NESTLE-ALAND

NOVUM TESTAMENTUM LATINE

Novam Vulgatam Bibliorum Sacrorum Editionem secuti
apparatibus titulisque additis ediderunt
Kurt Aland et Barbara Aland
una cum Instituto studiorum textus Novi Testamenti
Monasteriensi (Westphalia)

DEUTSCHE BIBELGESELLSCHAFT

1. Auflage
1.–3. Druck 1984–1989
2., neubearbeitete Auflage
1.– 5. Druck 1992–2005
6. Druck 2008

Die Deutsche Bibelgesellschaft ist eine gemeinnützige kirchliche Stiftung. Gemeinsam mit dem Weltbund der Bibelgesellschaften (United Bible Societies) fördert sie die biblische Textforschung sowie die weltweite Übersetzung der Bibel – damit alle Menschen die Bibel in ihrer Sprache lesen können.

The German Bible Society is a not for profit religious foundation. Its mission, in collaboration with other members of the United Bible Societies, is to promote biblical research and worldwide Bible translation work in order to make the Bible available to everybody in their own language.

Novum Testamentum Latine
30.–32. Tausend
© 1906 und 1984 Deutsche Bibelgesellschaft, Stuttgart
www.scholarly-bibles.com
Lateinischer Text: Nova Vulgata, Editio typica altera
© 1986 Libreria Editrice Vaticana
Gesamtherstellung: Druckerei C. H. Beck, Nördlingen
Alle Rechte vorbehalten
Printed in Germany

ISBN 978-3-438-05300-8

PRAEFATIO
IN EDITIONEM PRIMAM

Novum Testamentum Latine, ex quo anno 1906 primum prodiit, 11 editionibus est diffusum, quarum praeterea nonnullae anastatice sunt impressae. Eberhardus Nestle tum temporis recurrit ad textum Vulgatae Clementinae, anno 1592 editae, atque in apparatu critico ea perhibuit, quae in editione Sixtina (1590), in editionibus Wordsworth-White, Lachmann (1842/50), Tischendorf (1854) necnon in Codice Amiatino (secundum editiones, quas Tischendorf et Tregelles curarunt) et in Codice Fuldensi (secundum editionem ab E. Ranke confectam) inde discrepabant. Id prorsus factum est, ut rerum status annis 1906 seu 1912 secum ferebat: etenim editio Clementina textum praebebat publice vigentem, magnae vero editionis criticae textus Hieronymiani, a Wordsworth-White concinnatae, tomus I, Evangelia complectens, praesto erat (editio minor anno 1911 prodiit); qui quidem textus erat complendus.

Haec, quae nunc proponitur, nova editio ex alia rerum condicione est progressa. Editio enim Wordsworth-White anno 1954 est absoluta:

I. Wordsworth, H. I. White, H. F. D. Sparks, Novum Testamentum Domini nostri Iesu Christi Latine secundum editionem S. Hieronymi, Oxonii 1889–1954.

Praeterea anno 1969 «Vulgata Stuttgartiensis» est foras data:

Biblia Sacra iuxta Vulgatam versionem, adiuvantibus Bonifatio Fischer OSB, Iohanne Gribomont OSB, H. F. D. Sparks, W. Thiele, recensuit et brevi apparatu instruxit Robertus Weber OSB, Stuttgart [2]1975.

Ita factum est ut textus Hieronymianus duabus editionibus, ad criticam aetatis nostrae rationem confectis, praesto esset. Pro versione vero Sixtina-Clementina:

Biblia Sacra Vulgatae editionis Sixti Quinti iussu recognita et auctoritate Clementis Octavi edita, Romae 1592,
interea per Ioannis Pauli II Apostolicam Constitutionem a verbis «Scripturarum thesaurus» incipientem ac die 25 mensis Aprilis anno 1979 emissam, Nova Vulgata editio ut textus in Ecclesia catholica publice adhibendus est substituta:

Nova Vulgata Bibliorum Sacrorum editio, Sacros. Oecum. Concilii Vaticani II ratione habita, iussu Pauli PP. VI recognita, auctoritate Ioannis Pauli PP. II promulgata, Romae 1979.

Haec originem sumpsit a Concilio Vaticano II, quod mandavit ut Psalterium in cotidiana Liturgia Horarum non de translatione omnino nova, sed e Vulgata editione, cuius forma esset recognita et secundum hodiernum statum doctrinae exegeticae emendata, depromeretur. Qua in re «respectus habendus esset latinitatis christianae» (cfr. Const. *Sacrosanctum Concilium* de Sacra Liturgia, IV, 91), quemadmodum saeculo IV et V, aetate Patrum Ecclesiae, in consuetudine loquendi et scribendi viguit. Ad quod exsequendum decretum Paulus PP. VI, cum Concilium adhuc celebraretur (1964), consilium quinque virorum, id est exegetarum et peritorum in lingua Latina Patrum Ecclesiae, instituit. Deinde Summus Pontifex ante Concilii finem, die 29 mensis Novembris anno 1965, sua sponte iussit hoc mandatum ad universam Vulgatam editionem pertinere; cuius rei causa «Pontificiam Commissionem pro Nova Vulgata Bibliorum editione» condidit, cuius munus similibus rationibus, quas praedicti consilii psalterio recognoscendo proprias esse voluerat, descripsit. Hoc ea mente est factum ut textus certus et, ad linguam quod attinet, apertior ad intellegendum appararetur. Libri Novi Testamenti, hoc modo in novam formam redacti, postquam sententiae rei peritorum in orbe terrarum sunt expostulatae, tribus voluminibus, Officina Libraria Vaticana («Libreria Editrice Vaticana») curante, sunt editi: «Evangelia IV» 1970, «Epistolae S. Pauli Apostoli et Catholicae» 1970, «Actus Apostolorum et Apocalypsis Ioannis» 1971. Haec prima editio, postmodum recognita (praeter mutationes in textum inductas, dispositio, quae antea formam prae se tulerat «stichorum», talis facta est ut – paucis partibus exceptis – oratio esset continua), in unum volumen, cui titulus «Nova Vulgata Bibliorum Sacrorum Editio», anno 1979 est congesta et a Ioanne Paulo II ut «Editio typica» promulgata.

Quae cum ita se haberent, patebat textum editionis Sixtinae-Clementinae typis iterum imprimendum non esse. Nam praeterquam quod ea ab ipso textu primigenio et a pristino textu Vulgatae saepe discrepabat, iam vi obligandi erat destituta, siquidem Nova Vulgata editio ut textus publicus Ecclesiae catholicae

in eius locum successit. Verumtamen quaestio in primis est orta, num ad primigenium textum Hieronymianum – quo verius dicatur primigenius textus Vulgatae editionis, cum totum Novum Testamentum a S. Hieronymo non sit recognitum – esset recurrendum. De qua re in ipso Instituto studiorum textus Novi Testamenti et in Societatibus biblicis et inter peritos nobiscum amicitia coniunctos est pluries disceptatum; tandem vero statutum est ut textus Novae Vulgatae editionis sumeretur, ut nos, qui subscripsimus, iam ab initio cupiveramus. Nam si textus Hieronymianus – ut breviter appellatur – typis esset excusus, monumentum historicum esset propositum, quod etiam apud peritos criticae textus parum studii excitaret, quoniam in apparatu critico textui Graeco apposito omnes lectionis formae primigeniae Vulgatae editionis, quae ad cunctas lectiones varias pertinent, recensentur. Sed textus Novae Vulgatae editionis non solum textum exhibet, quo christiani catholici per totum orbem terrarum tenentur, sed etiam talem, qui ad litteram textus Graeci quam proxime fieri potest accedit ideoque legentem in translatione facienda revera adiuvat.

Consilium et auxiliatrix opera Eduardi Schick, professoris ac doctoris, episcopi Fuldensis necnon praesidis Commissionis praedictae pro Nova Vulgata, maximum momentum habuerunt ad textum eligendum – de qua re disceptabatur –, ad necessarias obtinendas permissiones typis imprimendae Novae Vulgatae editionis, ad disponendas paginas scripturam Latinam continentes. Quoniam in Nova Vulgata editione, publica auctoritate foras data, tituli pericopis superscripti et indicia locorum in margine desunt, haec, ratione habita eorum qui hac nostra utuntur editione, de versione Novi Testamenti, nomine unitatis appellata, sunt deprompta. Translatio titulorum pericopis superscriptorum a P. Ioanne Mallet OSB, sodali abbatiae S. Hieronymi in Urbe – interventu Eduardi Schick episcopi – est confecta, in formam vero, quae nunc aspicitur, illa sunt redacta inter disceptationes cum V. Reichmann et W. Grunewald habitas in Instituto studiorum textus Novi Testamenti; his de adiutrice opera etiam alias praestita ad hanc editionem accurandam gratias oportet agamus, necnon sociis et administris Instituti, qui in collationibus et emendationibus plagularum faciendis nos adiuverunt. Hoc Prooemium Carolus Egger, abbas C. R. S. A., officio Litteris Latinis conscribendis in Secretaria Status praepositus, Carolo M. Martini, Archiepiscopo Mediolanensi, suadente, in Latinum convertit. Quibus omnibus hic plurimas gratias persolvimus.

Quod ad textum Novae Vulgatae editionis attinet, editio anni 1979 est adhibita, quamvis hic illic ad praesentia accom-

modaretur. Etenim episcopus Eduardus Schick, cum haec Novi Testamenti editio typis imprimeretur, certiores nos fecit – de qua re ei gratiam habemus – de mutationibus, quas Pontificia Commissio pro Neo-Vulgata in editionem anni 1979 induxit et quae solum e proxima editione eiusdem Novae Vulgatae cunctis patescent. Si ergo alicubi inter textum Novae Vulgatae anni 1979 et hunc textum a nobis propositum est discrepantia, hic ipse censendus est germanus. Verumtamen partitio capitum, Novae Vulgatae editionis anni 1979 propria, interdum est mutata; nonnullis locis (iisque paucis), ubi quoad hanc partitionem Nova Vulgata editio et editio Novi Testamenti, unitatis nomine insignis, inter se differunt, servata est quidem eiusmodi partitio ut in Nova Vulgata invenitur. Sed ubi longiores textus in Nova Vulgata editione membratim non sunt divisi, cum in versione illa, ab unitate appellata, pericopae inter se seiungantur titulique congrui interponantur, eiusdem versionis partitio est inducta.

Quamquam ergo in Novo Testamento Latine edendo Nova Vulgata e tribus scripturae formis, quae hodie praesto sunt, ut textus potior et primarius est sumpta, visum est tamen curare ut legenti aditus ad Vulgatam Hieronymianam et Sixtinam-Clementinam prorsus pateret. Quapropter in apparatu critico omnia, quae in exemplo Sixtino-Clementino necnon in editionibus Wordsworth-White et Vulgatae Stuttgartiensis discrepant (exceptis rebus omnino orthographicis, quarum, ut facile intellegitur, ratio non est ducta), recensentur. Legens igitur semper dignoscere valet quale sit primigenium exemplum Vulgatae (quodsi editiones criticae inter se discrepant, unum e variis locis restitutis eligere potest) et quam formam induta ea per 400 fere annos viguerit. Cuius quidem apparatus usus est facilis.

Ibi enim solum haec sigla sunt adhibita:

C	=	versio (Sixtina-)Clementina
W	=	Wordsworth-White
S	=	Vulgata Stuttgartiensis
add.	=	additamentum
om.	=	omissio
~	=	transmutatio eorundem verborum
+	=	lectiones variae inferioris ordinis additae
-	=	aut omissae,
( )		parenthesi intercluduntur
]		hoc signo lemma terminatur, si necesse est ut indicetur (ex.gr.

cum verba addita sunt aut alia pro aliis substituta, aut cum omissiones et similia explanentur oportet); sed in universum apparatus ita est compositus ut sine lemmatum indicio intellegi possit.

Est etiam animadvertendum in apparatu lectiones varias Codicis Amiatini et Codicis Fuldensis non amplius, ut antea fiebat, proponi. Cuius rei duplex est causa: primum ambo Codices hi manu scripti, quamquam sunt magni momenti, soli non sufficiunt ad textum primigenium Vulgatae restituendum, sed ad hoc necesse est etiam ut multorum testimoniorum ratio habeatur, quae quidem in Vulgata Stuttgartiensi compendiose et apud Wordsworth-White fuse in apparatu recensentur. Deinde ei qui hac editione nostra utitur, satis erit ex apparatu eius eruere quid utraque editio critica, huius aetatis propria, in restituendo primigenio textu Vulgatae effecerit.

Textus huius editionis plane concordat cum textu Latino Novi Testamenti Graece et Latine.

Monasterii Westphaliae, die 30 Septembris 1983,
in memoria S. Hieronymi, Patris Ecclesiae

Kurt Aland
Barbara Aland

PRAEFATIO
IN EDITIONEM SECUNDAM RECOGNITAM

Novum Testamentum Graece et Latine Novumque Testamentum Latine anno 1984 in publicum prodierunt, ex quo utriusque libri editio una ter altera bis repetita est, Graece et Latine annis 1985, 1987 et 1990, Latine annis 1985 et 1989. Occasionibus datis textum quidem et apparatum criticum hic illic emendavimus, sed editio haec secunda praebet prima apparatum Latinum ab omni parte retractatum atque auctum, ut nunc diligentius inquiri possit, qua ratione textus Vulgatae ab editione principe a Gutenberg typis excusa usque ad versionem Clementinam auctoritate Ecclesiae approbatam recensus ac mutatus sit. Quo quidem modo Vulgata codicibus manu scriptis tradita esset, viri doctissimi et superiorum aetatum et nostri temporis mira diligentia penitus perscrutati sunt; sed editionum Vulgatae pristinarum historia tota fere latet, quamquam, paene dicam quia, saeculo XV. et XVI. permultae editiones prodibant, quae non raro inter se differunt, propterea quod textus anno demum 1592 versione Clementina promulgata ad legitimam normam exactus est. Quae cum ita se haberent, haud facile erat cognoscere, quae editiones saeculo XV. et XVI. latissime essent diffusae vel maxima laude atque auctoritate floruissent.

Ad huius editionis apparatum criticum componendum, quo loco adhuc variae lectiones Clementinae solum recensae erant, adhibitae sunt Vulgatae editiones hae:

G = Biblia. [Johannis Gutenberg, Mogontiae ca 1452/54, B 42]

Co = Nouum testamentum // grece & latine in academia // complutensi nouiter // impressum ... In ... Cõplutensi vniuersitate: de mãdato & sumptibus ... Frãcisci Ximenez ... industria ... Arnaldi guiliel // mi de Brocario ... Anno domini Mil // lesimo quingentesimo de = // cimo quarto. Mensis // ianuarij die decimo. [Alcalá: A. G. Brocarius, 10. 1. 1514]

E = IOANNES FROBENIVS CANDIDO // LECTORI S. D. // EN NOVVM TESTA // MENTVM, EX ERASMI ROTERODAMI RECOGNI- // tione, iam quartum damus studiose lector, adiecta uulgata transla- // tione, quo protinus ipsis oculis

conferre possis, quid conueniat quid // dissideat... BASILEAE ANNO M.D.XXVII.

= PENTATEVCHVS. LIBER IOSVE. LIBER IVDICVM. LIBRI REGVM. NOVVM TESTAMENTVM. WITTEMBERGAE. MDXXIX. Wi

= BIBLIA // ... PARISIIS // EX OFFICINA ROBERTI STEPHANI TYPOGRAPHI REGII. // M.D.XL. St

= BIBLIA // Ad vetustissima exemplaria nunc recens castigata. // ... LOVANII. // EX OFFICINA BARTHOLOMAEI GRAVII TYPOGRAPHI. // ANNO. M.D.XLVII. MENSE NOVEMBRI. L

= BIBLIA SACRA. // QVID IN HAC // EDITIONE // A THEOLOGIS // LOVANIENSIBVS // PRAESTITVM SIT, // EORVM // PRAEFATIO // INDICAT // ANTVERPIAE, // Ex officina Christophori Plantini. // M.D.LXXXIII. P

= BIBLIA SACRA // VVLGATAE EDITIONIS // AD // CONCILII TRIDENTINI // praescriptum emendata // ET // A SIXTO. V. P. M. // recognita et approbata. // ... ROMAE // Ex Typographia Apostolica Vaticana // M·D·XC. Si

= BIBLIA SACRA // VVLGATAE EDITIONIS // SIXTI QVINTI // PONT. MAX. // IVSSV // recognita atque edita. // ... ROMAE // Ex Typographia APOSTOLICA VATICANA // M·D·XCII. C

= I. Wordsworth, H. I. White, H. F. D. Sparks, Novum Testamentum Domini nostri Iesu Christi Latine secundum editionem S. Hieronymi, Oxonii 1889–1954. W

= Biblia Sacra iuxta Vulgatam versionem, adiuvantibus Bonifatio Fischer OSB, Iohanne Gribomont OSB, H. F. D. Sparks, W. Thiele, recensuit et brevi apparatu instruxit Robertus Weber OSB, editio tertia emendata quam paravit Bonifatius Fischer OSB cum sociis H. I. Frede, Iohanne Gribomont OSB, H. F. D. Sparks, W. Thiele, Stuttgart 1983. S

Quibus selectis nos id quod voluimus consecuturos esse speremus. Editionem Erasmi anno 1527 emissam ideo selegimus, quod Roterodamus ille quinque quidem editiones in publicum proposuit, haec autem sola est, cui praeter Erasmi interpretationem textus Vulgatae insit. Translationem autem Erasmi, quippe quae privato consilio confecta sit, in apparatu conscribendo neglexintus. Editionis autem Wittembergensis, in qua simili licentia usi sunt interpretes, tamen respectum egimus, cum maioris momenti esset. Theologi enim, qui tum disciplinam Christianam reformabant, non, ut forsitan conieceris, Novum Testamentum Graece solum, verum etiam Vulgatam legerunt. Quo fit ut habeamus non paucas Vulgatae editiones, quae saeculo XV. et XVI. nullo Ecclesiae catholicae consilio typis de-

scriptae sint. Editio autem Wittembergensis anno 1529 emissa (de qua parum scimus, nam et «Bibliae Germanicae» volumen V. ex operibus Lutheri Vimariae editum non omnes exspectationes explevit) extra Ecclesiam catholicam quasi pro norma habita est, qua de causa opinamur varias lectiones illius libri in apparatum relatas omnibus usui fore, qui indagent, quomodo textus Vulgatae per illos circiter 140 annos commutatus sit, dum editione Sixtina/Clementina promulgata constitutum atque defixum est, quo textu intra Ecclesiam catholicam utendum esset.

Collatae sunt editiones pristinae cum Novae Vulgatae editione typica altera anno 1986 emissa, de qua nonnulla consilia addita a P. Tarcisio Stramare OSJ (pro Pontificia Commissione pro Nova Vulgata Bibliorum editione) grato animo accepimus. De libris collatis B. Waldheim praecipuam laudem merita est, de editione perficienda B. Köster. In conferendo primigeniis scilicet editionum exemplis usi sumus, praeterquam quod illud Bibliae a Gutenberg typis impressae «Faksimile» adhibuimus, quod Paulus Schwenke anno 1923 Lipsiis ex exemplari in Bibliotheca Publica Berolinensi conservato edendum curaverat. Variae lectiones omnes ad litteram redditae sunt cum mendis typographicis, quorum nonnulla in omnibus vel plerisque editionibus posteris inveniuntur (cf. 1 Petr 3,8), ut interdum manifestum sit, quam affinis editio sit editioni, saepius autem, quo ordine alia aliam secuta sit. Res autem omnino orthographicae neglectae sunt neque notarum distinguendi nisi earum, quae momenti sunt ad sententias comprehendendas, ratio est ducta. Sed nomina propria accurate reddita sunt.

Apparatum criticum, quatenus fieri potuit, simplicem perspicuumque instruximus (cf. praefationem in editionem primam), ut per se intellegi possit. Sed cum loco unius nunc novem editiones saeculi XV. et XVI. adhibitae sint, non alienum esse videtur pauca de ea re dicere:

Sigla, quae editiones «textus Hieronymiani» (W, S) vel potius earum varias lectiones significant, primo semper loco annotantur; sigla editionum Vulgatae saeculi XV. et XVI. secundum ordinem temporum eis (W, S) postponuntur, nisi res ipsa aliam rationem disponendi praescripsit.

Variae lectiones, si procul dubio ad textum referri possunt, nullo lemmate dato redditae sunt, si minus, lectio Novae Vul-
] gatae in apparatu iteratur, signo] terminatur.

Novem illae XV. vel XVI. saeculi editiones (sc. G, Co, E, Wi, St, L, P, Si, C) dummodo omnes uno eodemque modo a Novae
V Vulgatae textu discrepent, sigillo V comprehenduntur.

Ex agmine vero V, etiamsi tres maxime a lectione agminis recedunt editiones, reliquae tamen sigillo V comprehenduntur, sigilla recedentium autem, dum textu cum Nova Vulgata concordant, anteposito signo – (intellege «praeter») uncis rotundis post V adduntur; quattuor vero vel plures, si recedunt, (servato scilicet temporis ordine) suis propriis sigillis separatim exhibentur. –

Sin autem a lectione et Novae Vulgatae et agminis V aberrat una alterave editio, quae tamen est editio ex agmine V, sigilla aberrantium signum : sequitur, post quod signum variam earum lectionem invenies. :

Ne de signo – ambigatur, omissiones semper breviatione *om.* designantur. *om.*

Ut exempla afferamus:

In Mt 2,5 Nova Vulgata verbi formam «Iudaeae» exhibet, quo loco in V «Iudae» legitur, praeterquam quod editio Complutensis (Co) Vulgataque Wittembergensis (Wi) cum Nova Vulgata congruunt et versio Sixtina variam lectionem «Iuda» praebet.

In Mt 18,26, quo loco lectio «autem» in ceteris editionibus invenitur, Nova Vulgata verbum «igitur» exhibet.

In Mk 4,22 in textu Novae Vulgatae verba «nisi ut» bis inveniuntur, pro quibus loco priore in omnibus editionibus lectio «quod non», loco altero in editionibus Wordsworth/White et Vulgatae Stuttgartiensis, accedentibus Lovaniensi anno 1547 emissa (L), Plantiniana (P), Clementina (C) editionibus, verba «sed ut» substituta sunt, ubi reliquae editiones saeculi XV. et XVI. (exceptis L, P, C) verba «quod non» perhibent.

In Act 22,22 loco verbi «eiusmodi» in textum Novae Vulgatae accepti verbum «huiusmodi» legitur in V, a quibus discrepant editio Complutensis et Erasmiana lectione «huiuscemodi», deinde Vulgata Wittembergensis lectione «talem».

Quocumque loco complures variae lectiones annotandae sunt, signo ; inter se dividuntur, signo | variae lectiones ad diversos locos eiusdem versus pertinentes inter se seiunguntur. ; |

Monasterii Westphaliae, die 28. Martii 1991

Kurt Aland
Barbara Aland

[illegible]

[illegible] exempla afferamus.

In Mt 2,5 Nova Vulgata verbi formam "Iudaeae" exhibet, quo loco in V "Iudae" legitur, [illegible] Complutensis (C), Vulgatae Wittenbergensis (W) cum Nova Vulgata congruunt [illegible]

In Mt 8,30, quo loco [illegible] Nova Vulgata verbum [illegible] exhibet.

In Mt 4,22 in textu Novae Vulgatae verba [illegible] loco priore in omnibus editionibus [illegible] loco altero in editionibus Wordsworth/White et Vulgatae Stuttgartiensis, accedunt Lovaniensis anno 1547 emissa (L), Plantiniana (P), Clementina (C) [illegible] verba [illegible] editiones [illegible] et V, (exceptis L, P, C) verba [illegible] non perhibent.

In Act 22,22 [illegible] in textu Novae Vulgatae accepti [illegible] Complutensis et Erasmiana [illegible] deinde Vulgata [illegible]

[illegible]

Monasterii Westphalorum, die [illegible] Martii [illegible]

Kurt Aland
Barbara Aland

Secundum Matthaeum 1
Secundum Marcum 88
Secundum Lucam 150
Secundum Ioannem 247
Actus Apostolorum 320
Ad Romanos 409
Ad Corinthios I 441
Ad Corinthios II 472
Ad Galatas 493
Ad Ephesios 503
Ad Philippenses 515
Ad Colossenses 523
Ad Thessalonicenses I 531
Ad Thessalonicenses II 538
Ad Timotheum I 542
Ad Timotheum II 550
Ad Titum 556
Ad Philemonem 560
Ad Hebraeos 563
Epistula Iacobi 588
Epistula Petri I 598
Epistula Petri II 608
Epistula Ioannis I 615
Epistula Ioannis II 625
Epistula Ioannis III 627
Epistula Iudae 628
Apocalypsis Ioannis 632

EVANGELIUM
SECUNDUM MATTHAEUM

DE ORIGINE ET INFANTIA IESU: 1,1–2,23

Genealogia Iesu: 1,1-17

1–17: L 3,23-38 — 1 Liber generationis Iesu Christi filii David filii Abraham.
Gn 21,2s; 25,26 — 2 Abraham genuit Isaac, Isaac autem genuit Iacob,
Gn 29,32–30,24; 38,29s — Iacob autem genuit Iudam et fratres eius, 3 Iudas autem
3–6: Rth 4,18-22 — genuit Phares et Zara de Thamar, Phares autem genuit
Esrom, Esrom autem genuit Aram, 4 Aram autem genuit
Aminadab, Aminadab autem genuit Naasson, Naasson
autem genuit Salmon, 5 Salmon autem genuit Booz de Ra-
hab, Booz autem genuit Obed ex Ruth, Obed autem genuit
Iesse, 6 Iesse autem genuit David regem.

2Sm 12,24 — David autem genuit Salomonem ex ea, quae fuit Uriae,
7–12: 1 Chr 3,10-19 — 7 Salomon autem genuit Roboam, Roboam autem genuit
Abiam, Abia autem genuit Asa, 8 Asa autem genuit Iosa-
phat, Iosaphat autem genuit Ioram, Ioram autem genuit
Oziam, 9 Ozias autem genuit Ioatham, Ioatham autem ge-
nuit Achaz, Achaz autem genuit Ezechiam, 10 Ezechias
autem genuit Manassen, Manasses autem genuit Amon,
Amon autem genuit Iosiam, 11 Iosias autem genuit Iecho-

¶ 1.3 Aram] Ram Wi ● 4 Aram] Ram Wi | Salomon G; Salma Wi ● 5 Salomon G; Salma Wi | Boas Wi ● 6 autem[2]] *add.* rex W S V ● 10 Iosia Wi ● 11 Iosia Wi

niam et fratres eius in transmigratione Babylonis.
12 Et post transmigrationem Babylonis Iechonias genuit
Salathiel, Salathiel autem genuit Zorobabel, **13** Zorobabel
autem genuit Abiud, Abiud autem genuit Eliachim, Elia-
chim autem genuit Azor, **14** Azor autem genuit Sadoc, Sa-
doc autem genuit Achim, Achim autem genuit Eliud,
15 Eliud autem genuit Eleazar, Eleazar autem genuit Mat-
than, Matthan autem genuit Iacob, **16** Iacob autem genuit L 1,27
Ioseph virum Mariae, de qua natus est Iesus, qui vocatur
Christus.

17 Omnes ergo generationes ab Abraham usque ad David
generationes quattuordecim; et a David usque ad transmi-
grationem Babylonis generationes quattuordecim; et a trans-
migratione Babylonis usque ad Christum generationes quat-
tuordecim.

De nativitate Iesu: 1,18-25

18 Iesu Christi autem generatio sic erat. L 1,35
Cum esset desponsata mater eius Maria Ioseph, ante-
quam convenirent inventa est in utero habens de Spiritu
Sancto.
19 Ioseph autem vir eius, cum esset iustus et nollet eam
traducere, voluit occulte dimittere eam. **20** Haec autem eo
cogitante, ecce angelus Domini in somnis apparuit ei dicens:
«Ioseph fili David, noli timere accipere Mariam coniugem
tuam. Quod enim in ea natum est, de Spiritu Sancto est;
21 pariet autem filium, et vocabis nomen eius Iesum: ipse L 1,31; 2,21
enim salvum faciet populum suum a peccatis eorum».
22 Hoc autem totum factum est, ut adimpleretur id, quod

11 Iechonia Wi • 12 Iechonia Wi • 17 ergo] itaque V • 18 Iesu *om.* W S V | eius] Iesu G E Wi St • 20 ~ apparuit in somnis V | ei] Ioseph G Co E Wi St • 22 impleretur Wi | id *om.* V

Is 7,14 ⊛ dictum est a Domino per prophetam dicentem: **23** «*Ecce,*
virgo in utero habebit et pariet filium, et vocabunt nomen eius
Emmanuel», quod est interpretatum *Nobiscum Deus.*

24 Exsurgens autem Ioseph a somno fecit, sicut praecepit
ei angelus Domini, et accepit coniugem suam; **25** et non
cognoscebat eam, donec peperit filium, et vocavit nomen
eius Iesum.

A Magis adoratur : 2,1-12

L 2,4-7 **2** Cum autem natus esset Iesus in Bethlehem Iudaeae in
diebus Herodis regis, ecce Magi ab oriente venerunt
Hierosolymam **2** dicentes: «Ubi est, qui natus est, rex
Nu 24,17 Iudaeorum? Vidimus enim stellam eius in oriente et veni-
mus adorare eum». **3** Audiens autem Herodes rex turbatus
est et omnis Hierosolyma cum illo; **4** et congregans omnes
principes sacerdotum et scribas populi, sciscitabatur ab eis
J 7,42 ubi Christus nasceretur. **5** At illi dixerunt ei: «In Bethlehem
Iudaeae. Sic enim scriptum est per prophetam:

Mch 5,1.3 **6** "*Et tu, Bethlehem* terra Iudae,
nequaquam *minima es in principibus Iudae;*
ex te enim exiet dux,
2Sm 5,2 *qui reget populum meum Israel*"».

7 Tunc Herodes, clam vocatis Magis, diligenter didicit
ab eis tempus stellae, quae apparuit eis, **8** et mittens illos in
Bethlehem dixit: «Ite et interrogate diligenter de puero; et
cum inveneritis renuntiate mihi, ut et ego veniens adorem
eum».

9 Qui cum audissent regem, abierunt. Et ecce stella, quam
viderant in oriente, antecedebat eos, usque dum veniens
staret supra, ubi erat puer. **10** Videntes autem stellam gavisi

22 dictum esset G ● **23** vocabitur V (– L P C) ● **24** praeceperat Wi ● **25** filium] *add.* suum primogenitum W S V
¶ **2.1** autem] ergo W S V (– G: *om.*) | Iuda Si C; Iudae G E St L P ● **5** Iudae V (– Co Wi; – Si: Iuda) ● **6** Iudae[1+2]] Iuda W S V | regat V ● **7** apparuerat Wi

sunt gaudio magno valde. **11** Et intrantes domum viderunt
puerum cum Maria matre eius, et procidentes adoraverunt
eum; et apertis thesauris suis, obtulerunt ei munera, aurum
et tus et myrrham. **12** Et responso accepto in somnis, ne
redirent ad Herodem, per aliam viam reversi sunt in regio-
nem suam.

Fuga in Aegyptum: 2,13-15

13 Qui cum recessissent, ecce angelus Domini apparet in
somnis Ioseph dicens: «Surge et accipe puerum et matrem
eius et fuge in Aegyptum et esto ibi, usque dum dicam tibi;
futurum est enim ut Herodes quaerat puerum ad perden-
dum eum».
14 Qui consurgens accepit puerum et matrem eius nocte
et recessit in Aegyptum **15** et erat ibi usque ad obitum
Herodis, ut adimpleretur, quod dictum est a Domino per
prophetam dicentem:
«*Ex Aegypto vocavi filium meum*». Hos 11,1

Occiduntur pueri in Bethlehem: 2,16-18

16 Tunc Herodes videns quoniam illusus esset a Magis,
iratus est valde et mittens occidit omnes pueros, qui erant
in Bethlehem et in omnibus finibus eius, a bimatu et infra,
secundum tempus, quod exquisierat a Magis. **17** Tunc adim-
pletum est, quod dictum est per Ieremiam prophetam dicen-
tem:
18 «*Vox in Rama audita est,* Jr 31,15
ploratus et ululatus multus:
Rachel plorans filios suos,
et noluit consolari, quia non sunt».

Reditus ex Aegypto: 2,19-23

19 Defuncto autem Herode, ecce apparet angelus Domini
in somnis Ioseph in Aegypto **20** dicens: «Surge et accipe
puerum et matrem eius et vade in terram Israel; defuncti
sunt enim, qui quaerebant animam pueri». **21** Qui surgens

11 viderunt] invenerunt W S V | aurum tus W S V • 13 apparuit W S V | ~ Ioseph in somnis Wi | et[1] *om.* Si • 14 in nocte Wi | secessit V • 17 impletum Wi • 19 apparuit W S V | ~ angelus Domini apparuit V • 21 consurgens V

accepit puerum et matrem eius et venit in terram Israel.
22 Audiens autem quia Archelaus regnaret in Iudaea pro
Herode patre suo, timuit illuc ire; et admonitus in somnis,
L 1,26; 2,39.51 J 1,46 secessit in partes Galilaeae 23 et veniens habitavit in civitate,
quae vocatur Nazareth, ut adimpleretur, quod dictum est
Jdc 13,5.7 ⊕ per Prophetas: «Nazaraeus vocabitur».

PRAEPARATIO MINISTERII: 3,1–4,11

De Ioanne Baptista: 3,1-12

(*1-6:* Mc 1,2-6 L 3,3-6 *7-10:* L 3,7-9 *11-12:* Mc 1,7s L 3,15-17)

1–6: J 1,19-23| Act 13,24; 19,4 3 In diebus autem illis venit Ioannes Baptista praedicans
in deserto Iudaeae 2 et dicens: «Paenitentiam agite; ap-
propinquavit enim regnum caelorum».

3 Hic est enim, qui dictus est per Isaiam prophetam dicen-
tem:

Is 40,3 ⊕ «*Vox clamantis in deserto:*
"*Parate viam Domini,*
rectas facite semitas eius!"».

2Rg 1,8 4 Ipse autem Ioannes habebat vestimentum de pilis cameli
et zonam pelliceam circa lumbos suos; esca autem eius erat
locustae et mel silvestre.

5 Tunc exibat ad eum Hierosolyma et omnis Iudaea et
omnis regio circa Iordanem, 6 et baptizabantur in Iordane
flumine ab eo, confitentes peccata sua.

7 Videns autem multos pharisaeorum et sadducaeorum
12,34; 23,33 venientes ad baptismum suum, dixit eis: «Progenies vipera-
rum, quis demonstravit vobis fugere a futura ira? 8 Facite
ergo fructum dignum paenitentiae 9 et ne velitis dicere
J 8,39 R 4,12 intra vos: "Patrem habemus Abraham"; dico enim vobis
quoniam potest Deus de lapidibus istis suscitare Abrahae
7,19 filios. 10 Iam enim securis ad radicem arborum posita est:

22 quia] quod S V | illuc] illo S V ● 23 Prophetas] *add.* quoniam W S V ¶ 3.2 appropinquabit V (– Co Wi C) ● 3 qui dictus est] de quo dictum est V (– L P C) ● 4 camelorum W S V ● 5 circum W ● 6 flumine *om.* W S V (~ ab eo in Iordane V) ● 7 demonstrabit G E Wi St | futura] ventura V ● 8 fructus dignos Wi ● 9 potest] potens est V | ~ filios Abrahae W S V ● 10 arboris Si

omnis ergo arbor, quae non facit fructum bonum, exciditur
et in ignem mittitur. 11 Ego quidem vos baptizo in aqua in J 1,15.24.25-28.30s.33
paenitentiam; qui autem post me venturus est, fortior me
est, cuius non sum dignus calceamenta portare; ipse vos Act 13,25
baptizabit in Spiritu Sancto et igni, 12 cuius ventilabrum Act 1,5; 11,16
in manu sua, et permundabit aream suam et congregabit
triticum suum in horreum, paleas autem comburet igni 13,30
inexstinguibili».

Iesus baptizatur: 3,13-17
(*13-17:* Mc 1,9-11 L 3,21s)

13 Tunc venit Iesus a Galilaea in Iordanem ad Ioannem, *13–17:* J 1,29-34
ut baptizaretur ab eo. 14 Ioannes autem prohibebat eum
dicens: «Ego a te debeo baptizari, et tu venis ad me?».
15 Respondens autem Iesus dixit ei: «Sine modo, sic enim
decet nos implere omnem iustitiam». Tunc dimittit eum.
16 Baptizatus autem Iesus, confestim ascendit de aqua; et
ecce aperti sunt ei caeli, et vidit Spiritum Dei descendentem Gn 22,2 Ps 2,7 Is 42,1
sicut columbam et venientem super se. 17 Et ecce vox de 12,18; 17,5 Mc 1,11; 9,7
caelis dicens: «Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi L 3,22; 9,35
complacui».

Tentatur a Diabolo: 4,1-11
(*1-11:* Mc 1,12s L 4,1-13)

4 Tunc Iesus ductus est in desertum a Spiritu, ut tentare-
tur a Diabolo. 2 Et cum ieiunasset quadraginta diebus Ex 34,28
et quadraginta noctibus, postea esuriit. 3 Et accedens ten-
tator dixit ei: «Si Filius Dei es, dic, ut lapides isti panes

10 excidetur W V (– Wi) | mittetur W V (– Wi) ● 11 ~ baptizo vos V | in[1+3] *om.* Wi ● 12 ~ in horreum suum G Co E Wi St ● 15 dimisit W S V ● 16 Iesus *om.* S | columbam venientem W S | se] ipsum Wi ● 17 complacui] bene placitum est Wi
¶ 4.3 et accedens ad eum tentator ille dixit ei *etc.* Wi

fiant». 4 Qui respondens dixit:
«Scriptum est:
Dt 8,3 *"Non in pane solo vivet homo,*
sed in omni verbo, quod procedit de ore Dei"».
5 Tunc assumit eum Diabolus in sanctam civitatem et
statuit eum supra pinnaculum templi 6 et dicit ei: «Si Filius
Dei es, mitte te deorsum. Scriptum est enim:
Ps 91,11s *"Angelis suis mandabit de te,*
et *in manibus tollent te,*
ne forte offendas ad lapidem pedem tuum"».
Dt 6,16 7 Ait illi Iesus: «Rursum scriptum est: *"Non tentabis Domi-*
num Deum tuum"».
8 Iterum assumit eum Diabolus in montem excelsum
valde et ostendit ei omnia regna mundi et gloriam eorum
9 et dicit illi: «Haec tibi omnia dabo, si cadens adoraveris
me». 10 Tunc dicit ei Iesus:
«Vade, Satanas! Scriptum est enim:
Dt 5,9; 6,13 *"Dominum Deum tuum adorabis*
et illi soli *servies"».*
11 Tunc reliquit eum Diabolus, et ecce angeli accesserunt
et ministrabant ei.

PRAEDICATIO ET SANATIONES IN GALILAEA: 4,12–18,35

Iesus evangelizare incipit: 4,12-17

(*12-17:* Mc 1,14s L 4,14s)

14,3 Mc 6,17 L 3,20 J 3,24 12 Cum autem audisset quod Ioannes traditus esset, se-
cessit in Galilaeam. 13 Et relicta Nazareth, venit et habitavit
J 2,12 in Capharnaum maritimam 14 in finibus Zabulon et
Nephthali, ut impleretur, quod dictum est per Isaiam pro-
phetam dicentem:
Is 8,23; 9,1 15 *«Terra Zabulon et terra Nephthali,*
ad viam maris, trans Iordanem,
Galilaea gentium;
16 *populus, qui sedebat in tenebris,*
lucem vidit magnam,

4 ~ in solo pane V | vivit W V (– Co) ● 5 assumpsit V | super V (– G Wi) ● 6 dixit W S V | scriptum est enim] *add.* quia W S V | mandavit V (– Co L P) | et ... tollent] ut ... tollant Si ● 7 ait illi Iesus rursum: Scriptum *etc.* V (– Wi C) ● 8 assumpsit V ● 9 dixit W S V | illi] ei V | ~ omnia tibi dabo V (– E: omnia dabo tibi) ● 10 dixit Wi | vade] *add.* retro me G | enim *om.* S ● 12 audisset] *add.* Iesus V ● 13 relicta] *add.* civitate W S V | in] *add.* civitate G Co E Wi St | Capernaum Wi | maritima V ● 14 adimpleretur S V | dicentem *om.* W S V (– Co) ● 15 ad viam] via W S V | Galilaeae W S V (– Co C) ● 16 sedebat] ambulabat V (– L P C) | ~ vidit lucem magnam V

et sedentibus in regione et umbra mortis L 1,79
lux orta est eis».
17 Exinde coepit Iesus praedicare et dicere: «Paeniten- 10,7 L 10,9.11
tiam agite; appropinquavit enim regnum caelorum».

Primos discipulos vocat: 4,18-22
(*18-22:* Mc 1,16-20 L 5,1-11 J 1,35-51)

18 Ambulans autem iuxta mare Galilaeae, vidit duos
fratres, Simonem, qui vocatur Petrus, et Andream fratrem
eius, mittentes rete in mare; erant enim piscatores. **19** Et
ait illis: «Venite post me, et faciam vos piscatores homi-
num». **20** At illi continuo, relictis retibus, secuti sunt eum.
21 Et procedens inde vidit alios duos fratres, Iacobum
Zebedaei et Ioannem fratrem eius, in navi cum Zebedaeo
patre eorum reficientes retia sua, et vocavit eos. **22** Illi
autem statim, relicta navi et patre suo, secuti sunt eum. 8,21 s

Turbae concurrunt: 4,23-25
(*23-25:* Mc 3,7-12 L 6,17-19)

23 Et circumibat Iesus totam Galilaeam, docens in syn- 9,35 Mc 1,39 L 4,14s.44
agogis eorum et praedicans evangelium regni et sanans
omnem languorem et omnem infirmitatem in populo. **24** Et
abiit opinio eius in totam Syriam; et obtulerunt ei omnes Mc 6,55 s
male habentes, variis languoribus et tormentis comprehen-
sos, et qui daemonia habebant, et lunaticos et paralyticos,
et curavit eos. **25** Et secutae sunt eum turbae multae de Ga-
lilaea et Decapoli et Hierosolymis et Iudaea et de trans
Iordanem.

Sermo in monte:
De vera iustitia:
5,1-7,29 L 6,20-49
(*1-12:* L 6,20-26)

5 Videns autem turbas, ascendit in montem; et cum se-
disset, accesserunt ad eum discipuli eius; **2** et aperiens
os suum docebat eos dicens:

Beatitudines: 5,3-12

3 «Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum Is 61,1
caelorum.

16 et umbra] umbrae V (– Co) • **17** appropinquabit V (– Co Wi C) • **18** autem] *add.* Iesus V (– G) • **19** vos] *add.* fieri W S V • **22** relicta navi et patre suo] relictis retibus et patre W S V • **24** opinio] fama Wi • **25** secuti sunt G; sequebantur Wi | et^{3+4}] *add.* de V | de trans Iordanem] Iordane Wi
¶ **5.1** autem] *add.* Iesus V (– Co L P)

Is 61,2 **4** Beati, qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur.
Ps 37,11 **5** Beati mites, quoniam ipsi possidebunt terram.
6 Beati, qui esuriunt et sitiunt iustitiam, quoniam ipsi
saturabuntur.
18,33 **7** Beati misericordes, quia ipsi misericordiam conse-
quentur.
Ps 24,3s **8** Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt.
9 Beati pacifici, quoniam filii Dei vocabuntur.
1 P 3,14 **10** Beati, qui persecutionem patiuntur propter iustitiam,
quoniam ipsorum est regnum caelorum.
10,22 Act 5,41 1 P 4,14 **11** Beati estis cum maledixerint vobis et persecuti vos
fuerint et dixerint omne malum adversum vos, mentientes,
propter me. **12** Gaudete et exsultate, quoniam merces vestra
23,30 H 11,32-38 copiosa est in caelis; sic enim persecuti sunt prophetas, qui
fuerunt ante vos.

De sale terrae et de luce mundi: 5,13-16
(*13:* Mc 9,50 L 14,34s)

13 Vos estis sal terrae; quod si sal evanuerit, in quo salie-
tur? Ad nihilum valet ultra, nisi ut mittatur foras et con-
culcetur ab hominibus.
E 5,8 1 Th 5,5 **14** Vos estis lux mundi. Non potest civitas abscondi supra
Mc 4,21 L 8,16; 11,33 montem posita; **15** neque accendunt lucernam et ponunt
eam sub modio, sed super candelabrum, ut luceat omnibus,
qui in domo sunt. **16** Sic luceat lux vestra coram hominibus,
ut videant vestra bona opera et glorificent Patrem vestrum,
qui in caelis est.

4 *hoc loco versum* **5** *habent* W S V (– Co) ● **5** *hoc loco versum* **4** *habent* W S V (– Co) ● **7** quia] quoniam W V ● **9** quoniam] *add.* ipsi W Co | ~ Dei filii Wi ● **11** vobis] *add.* homines Co E Wi St Si' ● **13** evanuerit in] infatuatus fuerit Wi ● **15** accendant G ● **16** ~ opera vestra bona V

De lege adimplenda: 5,17-20

17 Nolite putare quoniam veni solvere Legem aut Pro-
phetas; non veni solvere, sed adimplere. **18** Amen quippe
dico vobis: Donec transeat caelum et terra, iota unum aut L 16,17
unus apex non praeteribit a Lege, donec omnia fiant.
19 Qui ergo solverit unum de mandatis istis minimis et
docuerit sic homines, minimus vocabitur in regno caelo-
rum; qui autem fecerit et docuerit, hic magnus vocabitur
in regno caelorum.
20 Dico enim vobis: Nisi abundaverit iustitia vestra plus
quam scribarum et pharisaeorum, non intrabitis in regnum
caelorum.

Non occides. De iudicio et reconciliatione: 5,21-26
(25-26: L 12,58 s)

21 Audistis quia dictum est antiquis: "*Non occides*; qui Ex 20,13 Dt 5,17
autem occiderit, reus erit iudicio". **22** Ego autem dico vobis:
Omnis, qui irascitur fratri suo, reus erit iudicio; qui autem 1 J 3,15
dixerit fratri suo: "Racha", reus erit concilio; qui autem
dixerit: "Fatue", reus erit gehennae ignis. **23** Si ergo offeres
munus tuum ad altare, et ibi recordatus fueris quia frater
tuus habet aliquid adversum te, **24** relinque ibi munus Mc 11,25
tuum ante altare et vade prius, reconciliare fratri tuo et tunc
veniens offer munus tuum. **25** Esto consentiens adversario
tuo cito, dum es in via cum eo, ne forte tradat te adversarius
iudici, et iudex tradat te ministro, et in carcerem mittaris.
26 Amen dico tibi: Non exies inde, donec reddas novissi- 18,34
mum quadrantem.

De adulterio: 5,27-30

27 Audistis quia dictum est: "*Non moechaberis*". **28** Ego Ex 20,14 Dt 5,18
autem dico vobis: Omnis, qui viderit mulierem ad con-
cupiscendum eam, iam moechatus est eam in corde suo.
29 Quod si oculus tuus dexter scandalizat te, erue eum et 18,9 Mc 9,47

18 ~ apex unus Co E Wi ● 20 enim] autem G Co E St | vobis] *add.* quia W S V (- Wi) ● 22 vobis] *add.* quia W S V | erit[2] *om.* G ● 23 offers V ● 24 reconciliari V (- Co Wi) | offers W S; offeres V (- Wi: offeras) ● 25 ~ cum eo in via Co E | adversarius] *add.* tuus Wi ● 26 exies inde] exibis Wi ● 27 dictum est] *add.* antiquis W S V ● 28 vobis] *add.* quoniam W S; *add.* quia V

proice abs te; expedit enim tibi, ut pereat unum membro-
rum tuorum, quam totum corpus tuum mittatur in gehen-
18,8 Mc 9,43 nam. **30** Et si dextera manus tua scandalizat te, abscide eam
et proice abs te; expedit enim tibi, ut pereat unum mem-
brorum tuorum, quam totum corpus tuum abeat in gehen-
nam.

De repudio: 5,31-32
(*32:* L 16,18)

Dt 24,1 19,7 **31** Dictum est autem: "*Quicumque dimiserit uxorem suam,*
Mc 10,3s l 19,9 Mc 10,11s *det illi libellum repudii*". **32** Ego autem dico vobis: Omnis,
qui dimiserit uxorem suam, excepta fornicationis causa,
1 K 7,10s facit eam moechari; et, qui dimissam duxerit, adulterat.

De iuratione: 5,33-37

Lv 19,12 23,16-22 **33** Iterum audistis quia dictum est antiquis: "*Non periu-*
Nu 30,3 *rabis; reddes* autem *Domino iuramenta tua*". **34** Ego autem
Jc 5,12 dico vobis: Non iurare omnino, neque per *caelum*, quia
Is 66,1 Act 7,49 *thronus Dei est*, **35** neque per *terram*, quia *scabellum est*
Ps 48,3 *pedum eius*, neque per Hierosolymam, quia *civitas* est *magni*
Regis; **36** neque per caput tuum iuraveris, quia non potes
unum capillum album facere aut nigrum. **37** Sit autem ser-
2 K 1,17 Jc 5,12 mo vester: "Est, est", "Non, non"; quod autem his abun-
dantius est, a Malo est.

De retributione: 5,38-42
(*39-42:* L 6,29s)

Ex 21,24 **38** Audistis quia dictum est: "*Oculum pro oculo* et *dentem*
pro dente". **39** Ego autem dico vobis: Non resistere malo;
Prv 20,22; 24,29 1 P 3,9 sed si quis te percusserit in dextera maxilla tua, praebe illi
et alteram; **40** et ei, qui vult tecum iudicio contendere et
tunicam tuam tollere, remitte ei et pallium; **41** et quicum-
que te angariaverit mille passus, vade cum illo duo. **42** Qui
petit a te, da ei; et volenti mutuari a te, ne avertaris.

30 scandalizet E | abscinde Wi St L P Si | enim *om.* S | abeat] eat W S V • 31 illi] ei V • 32 vobis] *add.* quia W S V | ~ causa fornicationis Co • 35 Hierosolyma G • 37 autem] enim Wi | ~ sermo autem L P • 38 et *om.* G E Wi • 39 in dexteram maxillam tuam V • 40 in iudicio V (- C) | dimitte V | ei² *om.* G • 41 illo] *add.* alia W S L P; *add.* et alia V (- L P) • 42 qui] *add.* autem G Co Wi St | mutuare V (- Si C)

De dilectione inimicorum: 5,43-48
(*43-48:* L 6,27s.32-36)

43 Audistis quia dictum est: "*Diliges proximum tuum* et Lv 19,18 22,39
odio habebis inimicum tuum". 44 Ego autem dico vobis:
Diligite inimicos vestros et orate pro persequentibus vos, R 12,14.20
45 ut sitis filii Patris vestri, qui in caelis est, quia solem
suum oriri facit super malos et bonos et pluit super iustos
et iniustos. 46 Si enim dilexeritis eos, qui vos diligunt, quam
mercedem habetis? Nonne et publicani hoc faciunt? 47 Et
si salutaveritis fratres vestros tantum, quid amplius facitis?
Nonne et ethnici hoc faciunt? 48 Estote ergo vos perfecti, Lv 19,2
sicut Pater vester caelestis perfectus est.

De eleemosyna: 6,1-4

6 Attendite, ne iustitiam vestram faciatis coram homini- 23,5
bus, ut videamini ab eis; alioquin mercedem non habe-
tis apud Patrem vestrum, qui in caelis est. 2 Cum ergo
facies eleemosynam, noli tuba canere ante te, sicut hypo-
critae faciunt in synagogis et in vicis, ut honorificentur ab
hominibus. Amen dico vobis: Receperunt mercedem suam.
3 Te autem faciente eleemosynam, nesciat sinistra tua
quid faciat dextera tua, 4 ut sit eleemosyna tua in abscon-
dito, et Pater tuus, qui videt in abscondito, reddet tibi.

De oratione. Oratio dominica: 6,5-15
(*9-13:* L 11,2-4 *14-15:* Mc 11,25s)

5 Et cum oratis, non eritis sicut hypocritae, qui amant

44 vestros] *add.* benefacite his qui oderunt vos W S V | persequentibus] *add.* et calumniantibus W S V ● 45 quia] qui W S V | ~ bonos et malos W S V ● 46 dilexeritis] diligitis V; diligatis W S | habebitis W S V ● 48 sicut] *add.* et W S V
¶ 6.1 iustitiam] misericordiam Wi | habebitis W S V ● 2 facies] facis V | eleemosynam] misericordiam Wi | ~ ante te tuba canere G Wi ● 3 eleemosynam] misericordiam Wi ● 4 eleemosyna] misericordia Wi | tibi] *add.* in manifesto Wi ● 5 eritis] sitis Wi | sicut *om.* G

in synagogis et in angulis platearum stantes orare, ut videan-
tur ab hominibus. Amen dico vobis: Receperunt mercedem
2Rg 4,33 suam. 6 Tu autem cum orabis, intra in cubiculum tuum
et, clauso ostio tuo, ora Patrem tuum, qui est in abscondito;
et Pater tuus, qui videt in abscondito, reddet tibi. 7 Orantes
autem nolite multum loqui sicut ethnici: putant enim quia
in multiloquio suo exaudiantur. 8 Nolite ergo assimilari
32 L 12,30 eis; scit enim Pater vester, quibus opus sit vobis, antequam
petatis eum.

9 Sic ergo vos orabitis:
Pater noster, qui es in caelis,
sanctificetur nomen tuum,
10 adveniat regnum tuum,
fiat voluntas tua,
sicut in caelo, et in terra.
11 Panem nostrum supersubstantialem da nobis hodie;
Sir 28,2 12 et dimitte nobis debita nostra,
sicut et nos dimittimus debitoribus nostris;
13 et ne inducas nos in tentationem,
J 17,15 sed libera nos a Malo.

L 6,37 14 Si enim dimiseritis hominibus peccata eorum, dimittet
et vobis Pater vester caelestis; 15 si autem non dimiseritis

6 oraveris V | tuo *om.* V (- Wi) | qui est *om.* W S V | tibi] *add.* in manifesto Wi ● 7 ethnici] *add.* faciunt V (- L P C) | quia] quod V ● 8 quibus] quid V (- Wi) ● 9 ~ qui in caelis es S ● 10 veniat S ● 11 supersubstantialem] quotidianum Wi ● 12 dimisimus S ● 13 ~ nos inducas V | Malo] *add.* amen V (- G) ● 14 caelestis] *add.* delicta vestra W S V

hominibus, nec Pater vester dimittet peccata vestra.

De ieiunio: 6,16-18

16 Cum autem ieiunatis, nolite fieri sicut hypocritae
tristes; demoliuntur enim facies suas, ut pareant hominibus
ieiunantes. Amen dico vobis: Receperunt mercedem suam.
17 Tu autem cum ieiunas, unge caput tuum et faciem tuam
lava, 18 ne videaris hominibus ieiunans sed Patri tuo, qui
est in abscondito; et Pater tuus, qui videt in abscondito,
reddet tibi.

De thesaurizando et de vana sollicitudine: 6,19-34
(*19-21:* L 12,32-34 *22-23:* L 11,34-36 *24:* L 16,13 *25-33:* L 12,22-31)

19 Nolite thesaurizare vobis thesauros in terra, ubi Jc 5,2s
aerugo et tinea demolitur, et ubi fures effodiunt et furantur;
20 thesaurizate autem vobis thesauros in caelo, ubi neque 19,21 Mc 10,21 L 18,22
aerugo neque tinea demolitur, et ubi fures non effodiunt
nec furantur; 21 ubi enim est thesaurus tuus, ibi erit et cor
tuum.

22 Lucerna corporis est oculus. Si ergo fuerit oculus
tuus simplex, totum corpus tuum lucidum erit; 23 si autem
oculus tuus nequam fuerit, totum corpus tuum tenebrosum
erit. Si ergo lumen, quod in te est, tenebrae sunt, tenebrae
quantae erunt!

24 Nemo potest duobus dominis servire: aut enim unum
odio habebit et alterum diliget aut unum sustinebit et alte-
rum contemnet; non potestis Deo servire et mammonae.

25 Ideo dico vobis: Ne solliciti sitis animae vestrae quid
manducetis, neque corpori vestro quid induamini. Nonne
anima plus est quam esca, et corpus quam vestimentum?
26 Respicite volatilia caeli, quoniam non serunt neque 10,29-31 L 12,6s
metunt neque congregant in horrea, et Pater vester caeles-

15 dimittet] *add.* vobis V • 16 demoliuntur] exterminant V | appareant Co Si C | vobis] *add.* quia W S V (– Wi) • 18 abscondito[1+2]] absconso G Co St | tibi] *add.* in manifesto Wi • 19 terram G | et[2] *om.* S • 20 neque[1]] nec Co E Wi | neque[2]] nec G Co E Wi • 21 enim *om.* G St | erit] est W S V • 22 corporis] *add.* tui V | oculus[1]] *add.* tuus V | ergo *om.* W S V (– Co: igitur) | ~ oculus tuus fuerit V • 23 ~ fuerit nequam V (– Co) | tenebrae[2]] ipsae tenebrae V • 25 corpus] *add.* plus (+ est S) S V • 26 quoniam] quae G Co E Wi St

tis pascit illa. Nonne vos magis pluris estis illis? **27** Quis
autem vestrum cogitans potest adicere ad aetatem suam
cubitum unum? **28** Et de vestimento quid solliciti estis?
Considerate lilia agri quomodo crescunt: non laborant
1 Rg 10,5 neque nent. **29** Dico autem vobis quoniam nec Salomon in
omni gloria sua coopertus est sicut unum ex istis. **30** Si
autem fenum agri, quod hodie est et cras in clibanum mitti-
tur, Deus sic vestit, quanto magis vos, modicae fidei?
Ph 4,6 1 P 5,7 **31** Nolite ergo solliciti esse dicentes: "Quid manducabi-
mus?", aut: "Quid bibemus?", aut: "Quo operiemur?".
8 **32** Haec enim omnia gentes inquirunt; scit enim Pater vester
caelestis quia his omnibus indigetis. **33** Quaerite autem pri-
mum regnum Dei et iustitiam eius, et haec omnia adicien-
tur vobis. **34** Nolite ergo esse solliciti in crastinum; crastinus
enim dies sollicitus erit sibi ipse. Sufficit diei malitia sua.

Nolite iudicare: 7,1-5
(*1-2:* Mc 4,24s L 6,37s *3-5:* L 6,41s)

1-2: R 2,1 1 K 4,5 **7** Nolite iudicare, ut non iudicemini; **2** in quo enim iudi-
cio iudicaveritis, iudicabimini, et in qua mensura mensi
fueritis, metietur vobis. **3** Quid autem vides festucam in
oculo fratris tui, et trabem in oculo tuo non vides? **4** Aut
quomodo dices fratri tuo: "Sine, eiciam festucam de oculo
tuo", et ecce trabes est in oculo tuo? **5** Hypocrita, eice pri-
mum trabem de oculo tuo, et tunc videbis eicere festucam
de oculo fratris tui.

Margaritae ante porcos: 7,6

6 Nolite dare sanctum canibus, neque mittatis margari-
tas vestras ante porcos, ne forte conculcent eas pedibus
suis et conversi dirumpant vos.

27 aetatem] staturam W S V ● 28 vestimentis G Co E Wi St | neque] nec S ● 30 autem] enim G Co E St | modicae] minimae W S G L P ● 32 caelestis *om.* W S V ● 33 autem] ergo V | Dei *om.* S | ~ omnia haec S ● 34 ~ solliciti esse V | sibi ipsi V
¶ 7.1 ut non iudicemini] et non iudicabimini V (– L P C); *add.* nolite condemnare et non condemnabimini G E St Si ● 2 in[1+2] *om.* Wi | remetietur V ● 4 dicis W S V | frater sine G E Wi St Si ● 5 eicere] ut eicias Wi | de[2]] ex Wi ● 6 ~ sanctum dare Co E | et] *add.* canes Co E Wi St

Petenti dabitur: 7,7-11
(7-11: L 11,9-13)

7 Petite, et dabitur vobis; quaerite et invenietis; pulsate, 18,19; 21,22 Mc 11,24
et aperietur vobis. 8 Omnis enim qui petit, accipit; et, qui J 14,13s; 15,7; 16,24
quaerit, invenit; et pulsanti aperietur. 9 Aut quis est ex 1J 5,14s
vobis homo, quem si petierit filius suus panem, numquid
lapidem porriget ei? 10 Aut si piscem petierit, numquid
serpentem porriget ei? 11 Si ergo vos, cum sitis mali, nostis
dona bona dare filiis vestris, quanto magis Pater vester, qui
in caelis est, dabit bona petentibus se.

Regula aurea: 7,12
(12: L 6,31)

12 Omnia ergo, quaecumque vultis ut faciant vobis homines, ita et vos facite eis; haec est enim Lex et Prophetae. 22,40 R 13,8-10 G 5,14

De duabus viis: 7,13-14

13 Intrate per angustam portam, quia lata porta et spa- L 13,24
tiosa via, quae ducit ad perditionem, et multi sunt, qui
intrant per eam; 14 quam angusta porta et arta via, quae
ducit ad vitam, et pauci sunt, qui inveniunt eam!

De falsis prophetis: 7,15-23
(16-20: L 6,43s *21:* L 6,46 *22-23:* L 13,25-27)

15 Attendite a falsis prophetis, qui veniunt ad vos in 22,24 1J 4,1
vestimentis ovium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces.
16 A fructibus eorum cognoscetis eos: numquid colligunt J 10,12
de spinis uvas aut de tribulis ficus? 17 Sic omnis arbor bona Jc 3,12
fructus bonos facit, mala autem arbor fructus malos facit: 12,33
18 non potest arbor bona fructus malos facere, neque arbor
mala fructus bonos facere. 19 Omnis arbor, quae non facit 3,10 L 3,9
fructum bonum, exciditur et in ignem mittitur. 20 Igitur ex 12,33
fructibus eorum cognoscetis eos.

10 petet W S ● 11 dona bona] bona W S; bona data V ● 12 ita *om.* W S V | eis] illis V ● 13 via] *add.* est V ● 14 quam] quod E; quia Wi | via] *add.* est V ● 15 autem *om.* G ● 17 ~ malos fructus V (– Co) ● 18 potest] *add.* autem G Co Wi St | ~ malos fructus V | ~ bonos fructus V (– E) | arbor[1] ... bonos] arbor mala bonos fructus facere neque arbor bona malos fructus Wi ● 19 excidetur V | mittetur V

21 Non omnis, qui dicit mihi: "Domine Domine", in-
Jc 1,22 1 J 2,17 trabit in regnum caelorum, sed qui facit voluntatem Patris
mei, qui in caelis est. **22** Multi dicent mihi in illa die: "Do-
mine, Domine, nonne in tuo nomine prophetavimus, et in
tuo nomine daemonia eiecimus, et in tuo nomine virtutes
25,12 multas fecimus?". **23** Et tunc confitebor illis: Numquam
Ps 6,9 ⊕ novi vos; discedite a me, qui operamini iniquitatem.

De domo super petram aedificata: 7,24-27
(*24-27:* L 6,46-49)

24 Omnis ergo, qui audit verba mea haec et facit ea,
assimilabitur viro sapienti, qui aedificavit domum suam
supra petram. **25** Et descendit pluvia, et venerunt flumina,
et flaverunt venti et irruerunt in domum illam, et non ceci-
dit; fundata enim erat supra petram.
26 Et omnis, qui audit verba mea haec et non facit ea,
similis erit viro stulto, qui aedificavit domum suam supra
arenam. **27** Et descendit pluvia, et venerunt flumina, et
flaverunt venti et irruerunt in domum illam, et cecidit, et
fuit ruina eius magna».

Turbae admirantur: 7,28-29

Mc 1,22s L 4,32 **28** Et factum est cum consummasset Iesus verba haec,
admirabantur turbae super doctrinam eius; **29** erat enim
docens eos sicut potestatem habens et non sicut scribae
eorum.

De virtutibus et potestate Christi: 8,1–9,34
Leprosum mundat: 8,1-4
(*1-4:* Mc 1,40-45 L 5,12-14)

8 Cum autem descendisset de monte, secutae sunt eum
turbae multae.
2 Et ecce leprosus veniens adorabat eum dicens: «Do-

21 est] *add.* ipse intrabit in regnum caelorum W S V ● **22** ~ nomine tuo[1] S V; ~ nomine tuo[2] V; ~ nomine tuo[3] V (– G) ● **23** illis] *add.* quia W S V | me] *add.* omnes V (– L P C) ● **24** super G St L P ● **25** super S Wi St L P C ● **26** super V (– G Wi) ● **27** et fuit] fuitque Wi | eius] illius St L P Si C ● **28** doctrina V ● **29** et *om.* W S | eorum] *add.* et pharisaei W S V
¶ **8.1** descendisset] *add.* Iesus Co E St

mine, si vis, potes me mundare». **3** Et extendens manum,
tetigit eum dicens: «Volo, mundare!»; et confestim mundata
est lepra eius. **4** Et ait illi Iesus: «Vide, nemini dixeris; sed 9,30; 12,16
vade, ostende te sacerdoti, et offer munus, quod praecepit Mc 7,36 |
Moyses, in testimonium illis». Lv 13,49; 14,2-32
L 17,14

Servum centurionis sanat: 8,5-13
(5-10.13: L 7,1-10 J 4,46b-53 *11-12:* L 13,28s)

5 Cum autem introisset Capharnaum, accessit ad eum
centurio rogans eum **6** et dicens: «Domine, puer meus iacet
in domo paralyticus et male torquetur». **7** Et ait illi: «Ego
veniam et curabo eum». **8** Et respondens centurio ait: «Do-
mine, non sum dignus, ut intres sub tectum meum, sed tan-
tum dic verbo, et sanabitur puer meus. **9** Nam et ego homo
sum sub potestate, habens sub me milites, et dico huic:
"Vade", et vadit; et alii: "Veni", et venit; et servo meo:
"Fac hoc", et facit».

10 Audiens autem Iesus, miratus est et sequentibus se
dixit: «Amen dico vobis: Apud nullum inveni tantam fidem
in Israel! **11** Dico autem vobis quod multi ab oriente et
occidente venient et recumbent cum Abraham et Isaac et
Iacob in regno caelorum; **12** filii autem regni eicientur in 13,42.50; 22,13;
tenebras exteriores: ibi erit fletus et stridor dentium». **13** Et 24,51; 25,30
dixit Iesus centurioni: «Vade; sicut credidisti fiat tibi». Et L 13,28
sanatus est puer in hora illa.

3 extendens ... eum] *add.* Iesus *post* extendens V (– G Wi); *post* manum G Wi; *post* eum W S | mundare] mundus esto Wi | ~ est mundata Wi ● 4 sacerdotibus Wi | munus] *add.* tuum G E Wi St ● 5 Capernaum Wi ● 7 et[1] *om.* W | illi] *add.* Iesus W S V ● 8 ait] *add.* illi Wi | verbum Wi ● 9 potestate] *add.* constitutus V | alii] alio W S Co E Si; alteri Wi ● 10 autem] *add.* hoc Wi | apud nullum] non W S V ● 13 vade] *add.* et W S V | in] ex G Co E Wi St | ~ illa hora V

Socrum Petri a febribus liberat: 8,14-15
(*14-15:* Mc 1,29-31 L 4,38s)

14 Et cum venisset Iesus in domum Petri, vidit socrum eius iacentem et febricitantem; **15** et tetigit manum eius, et dimisit eam febris; et surrexit et ministrabat ei.

Daemoniacos et languentes curat: 8,16-17
(*16-17:* Mc 1,32-34 L 4,40s)

16 Vespere autem facto, obtulerunt ei multos daemonia habentes; et eiciebat spiritus verbo et omnes male habentes curavit, **17** ut adimpleretur, quod dictum est per Isaiam prophetam dicentem:

Is 53,4 «*Ipse infirmitates nostras accepit*
et aegrotationes portavit».

De sequela Christi: 8,18-22
(*19-22:* L 9,57-60)

18 Videns autem Iesus turbas multas circum se, iussit ire trans fretum. **19** Et accedens unus scriba ait illi: «Magister, sequar te quocumque ieris». **20** Et dicit ei Iesus: «Vulpes foveas habent et volucres caeli tabernacula, Filius autem hominis non habet, ubi caput reclinet».
4,22; 9,9; 19,21 Mc 2,14; 8,34; 10,21 L 5,27; 9,23; 18,22 J 1,43; 21,19.22 **21** Alius autem de discipulis eius ait illi: «Domine, permitte me primum ire et sepelire patrem meum». **22** Iesus autem ait illi: «Sequere me et dimitte mortuos sepelire mortuos suos».

De tempestate sedata: 8,23-27
(*23-27:* Mc 4,35-41 L 8,22-25)

23 Et ascendente eo in naviculam, secuti sunt eum discipuli eius. **24** Et ecce motus magnus factus est in mari, ita ut navicula operiretur fluctibus; ipse vero dormiebat. **25** Et
14,30 accesserunt et suscitaverunt eum dicentes: «Domine, salva
14,31 nos, perimus!». **26** Et dicit eis: «Quid timidi estis, modicae
14,32 Mc 6,51 fidei?». Tunc surgens increpavit ventis et mari, et facta est tranquillitas magna. **27** Porro homines mirati sunt dicentes: «Qualis est hic, quia et venti et mare oboediunt ei?».

In regione Gadarenorum duo daemoniacos curat: 8,28-34
(*28-34:* Mc 5,1-17 L 8,26-37)

28 Et cum venisset trans fretum in regionem Gadareno-

15 ei] eis W S E Wi Si C • 17 aegrotationes] *add.* nostras V (– Wi L P); morbos Wi • 18 iussit] *add.* discipulos V (– L P C) • 20 tabernacula] nidos V | caput] *add.* suum →

rum, occurrerunt ei duo habentes daemonia, de monumen-
tis exeuntes, saevi nimis, ita ut nemo posset transire per
viam illam. 29 Et ecce clamaverunt dicentes: «Quid nobis Mc 1,24; 3,11 L 4,34.41
et tibi, Fili Dei? Venisti huc ante tempus torquere nos?». J 2,4
30 Erat autem longe ab illis grex porcorum multorum
pascens. 31 Daemones autem rogabant eum dicentes: «Si
eicis nos, mitte nos in gregem porcorum». 32 Et ait illis:
«Ite». Et illi exeuntes abierunt in porcos; et ecce impetu
abiit totus grex per praeceps in mare, et mortui sunt in
aquis. 33 Pastores autem fugerunt et venientes in civitatem
nuntiaverunt omnia et de his, qui daemonia habuerant.
34 Et ecce tota civitas exiit obviam Iesu, et viso eo roga-
bant, ut transiret a finibus eorum.

Paralyticum sanat: 9,1-8
(*1-8:* Mc 2,1-12. L 5,17-26)

9 Et ascendens in naviculam transfretavit et venit in civi-
tatem suam. 2 Et ecce offerebant ei paralyticum iacen-
tem in lecto. Et videns Iesus fidem illorum, dixit paralytico:
«Confide, fili; remittuntur peccata tua». 3 Et ecce quidam L 7,48
de scribis dixerunt intra se: «Hic blasphemat». 4 Et cum
vidisset Iesus cogitationes eorum, dixit: «Ut quid cogitatis
mala in cordibus vestris? 5 Quid enim est facilius, dicere:

29 tibi] *add.* Iesu V • 30 autem] *add.* non W S V | ~ multorum porcorum St L P Si C • 31 nos[1]] *add.* hinc V (– L P) | mitte nos] permitte nos abire Wi • 32 et[2]] at W S V | magno impetu V (– L P C) • 33 nuntiaverunt] *add.* haec V (– L P C) | his] eis P Si C; iis St L • 34 rogabant] *add.* eum V (– L P C)
¶ 9.1 ascendens] *add.* Iesus V (– L P C) • 2 et videns] videns autem Co E Si | remittuntur] *add.* tibi W S V • 5 enim *om.* W S V

→ G E Wi St Si • 23 in navicula S • 25 accesserunt] *add.* ad eum discipuli eius V (– L P: *add.* ad eum) • 26 eis] *add.* Iesus V (– L P) | increpavit] imperavit S V | vento W • 27 et[1] *om.* V • 28 venisset] *add.* Iesus V (– L P C) | Gerasenorum W S V (– Wi: Gergesenorum)

"Dimittuntur peccata tua", aut dicere: "Surge et ambula"?
6 Ut sciatis autem quoniam Filius hominis habet potesta-
tem in terra dimittendi peccata – tunc ait paralytico –:
Surge, tolle lectum tuum et vade in domum tuam». **7** Et
surrexit et abiit in domum suam. **8** Videntes autem turbae
timuerunt et glorificaverunt Deum, qui dedit potestatem
talem hominibus.

Vocato Matthaeo cum publicanis manducat: 9,9-13
(*9-13:* Mc 2,13-17 L 5,27-32)

9 Et cum transiret inde Iesus, vidit hominem sedentem
8,22 in teloneo, Matthaeum nomine, et ait illi: «Sequere me». Et
surgens secutus est eum.
11,19 L 15,1s; 19,7 **10** Et factum est, discumbente eo in domo, ecce multi
publicani et peccatores venientes simul discumbebant cum
Iesu et discipulis eius. **11** Et videntes pharisaei dicebant
discipulis eius: «Quare cum publicanis et peccatoribus man-
ducat magister vester?». **12** At ille audiens ait: «Non est
opus valentibus medico, sed male habentibus. **13** Euntes
Hos 6,6 12,7 | L 19,10 autem discite quid est: "*Misericordiam volo et non sacrifi-
cium*". Non enim veni vocare iustos, sed peccatores».

Filii sponsi non ieiunant: 9,14-17
(*14-17:* Mc 2,18-22 L 5,33-38)

14 Tunc accedunt ad eum discipuli Ioannis dicentes:
«Quare nos et pharisaei ieiunamus frequenter, discipuli
11,18 autem tui non ieiunant?». **15** Et ait illis Iesus: «Numquid
possunt convivae nuptiarum lugere, quamdiu cum illis est
sponsus? Venient autem dies, cum auferetur ab eis sponsus,
et tunc ieiunabunt. **16** Nemo autem immittit commissuram
panni rudis in vestimentum vetus; tollit enim supplemen-
tum eius a vestimento, et peior scissura fit. **17** Neque mittunt

5 dimittuntur] *add.* tibi W S V | tua *om.* W S G Wi L P | aut] an V • 6 ~ autem sciatis V | quoniam] quia V | ~ dimittendi peccata in terra G Wi • 10 simul *om.* W S V • 12 ille] Iesus W S V | medicus V (– E) | ~ medico valentibus E • 13 est] sit Wi | enim *om.* Wi | peccatores] *add.* ad paenitentiam Co Wi • 14 accesserunt W S V • 15 convivae nuptiarum] filii sponsi W S V • 16 supplementum] plenitudinem W S V

vinum novum in utres veteres, alioquin rumpuntur utres,
et vinum effunditur, et utres pereunt; sed vinum novum in
utres novos mittunt, et ambo conservantur».

De haemorrhoissa sanata et de filia archisynagogi suscitata: 9,18-26
(*18-26:* Mc 5,21-43 L 8,40-56)

18 Haec illo loquente ad eos, ecce princeps unus accessit
et adorabat eum dicens: «Filia mea modo defuncta est; sed
veni, impone manum tuam super eam, et vivet». **19** Et
surgens Iesus sequebatur eum et discipuli eius.
20 Et ecce mulier, quae sanguinis fluxum patiebatur duo-
decim annis, accessit retro et tetigit fimbriam vestimenti 14,36
eius. **21** Dicebat enim intra se: «Si tetigero tantum vesti- Mc 6,56
mentum eius, salva ero». **22** At Iesus conversus et videns
eam dixit: «Confide, filia; fides tua te salvam fecit». Et salva Mc 10,52
facta est mulier ex illa hora. Lc 7,50; 17,19; 18,42 Act 14,9
23 Et cum venisset Iesus in domum principis et vidisset
tibicines et turbam tumultuantem, **24** dicebat: «Recedite;
non est enim mortua puella, sed dormit». Et deridebant
eum. **25** At cum eiecta esset turba, intravit et tenuit manum Mc 1,31; 9,27
eius, et surrexit puella. **26** Et exiit fama haec in universam
terram illam.

Duo caeci vident: 9,27-31

27 Et transeunte inde Iesu, secuti sunt eum duo caeci *27–30:* 20,29-34
clamantes et dicentes: «Miserere nostri, fili David!». Mc 10,46-52
28 Cum autem venisset domum, accesserunt ad eum caeci, L 18,35-43 | 15,22
et dicit eis Iesus: «Creditis quia possum hoc facere?». Di-
cunt ei: «Utique, Domine». **29** Tunc tetigit oculos eorum

18 dicens] *add.* Domine W S V | modo] mihi G | tuam *om.* W S • 22 ~ salvam te E Wi • 25 at] et W S V | eius] *add.* et dixit: puella surge V (– L P C) • 26 ~ haec fama Wi | illam *om.* G St • 28 dixit E | ~ hoc possum V | facere] *add.* vobis W S V (– Co)

dicens: «Secundum fidem vestram fiat vobis». **30** Et aperti
sunt oculi illorum. Et comminatus est illis Iesus dicens: «Vi-
dete, ne quis sciat». **31** Illi autem exeuntes diffamaverunt
eum in universa terra illa.

De muto daemonium habente: 9,32-34
(*32-34:* L 11,14s)

32–34: 12,22-24 **32** Egressis autem illis, ecce obtulerunt ei hominem mu-
tum, daemonium habentem. **33** Et eiecto daemone, locutus
est mutus. Et miratae sunt turbae dicentes: «Numquam
10,25 apparuit sic in Israel!». **34** Pharisaei autem dicebant: «In
Mc 3,22 principe daemoniorum eicit daemones».

Missio et instructio apostolorum: 9,35–11,1
De messe et operariis: 9,35-38
(*35:* Mc 6,6 L 8,1 *36:* Mc 6,34 *37-38:* L 10,2)

35 Et circumibat Iesus civitates omnes et castella, docens
in synagogis eorum et praedicans evangelium regni et
curans omnem languorem et omnem infirmitatem. **36** Vi-
14,14; 15,32 Mc 8,2 dens autem turbas, misertus est eis quia erant vexati et
Nu 27,17 1 Rg 22,17 iacentes sicut oves non habentes pastorem. **37** Tunc dicit
Ez 34,5 discipulis suis: «Messis quidem multa, operarii autem pauci;
38 rogate ergo Dominum messis, ut mittat operarios in
messem suam».

Nomina apostolorum: 10,1-4
(*1:* Mc 6,7 L 9,1 *1-4:* Mc 3,13-19 L 6,12-16)

10 Et convocatis Duodecim discipulis suis, dedit illis
potestatem spirituum immundorum, ut eicerent eos
et curarent omnem languorem et omnem infirmitatem.
2–4: J 1,40-44 **2** Duodecim autem apostolorum nomina sunt haec: pri-
Act 1,13 mus Simon, qui dicitur Petrus, et Andreas frater eius, et
Iacobus Zebedaei et Ioannes frater eius, **3** Philippus et
Bartholomaeus, Thomas et Matthaeus publicanus, Iacobus
Alphaei et Thaddaeus, **4** Simon Chananaeus et Iudas Isca-

30 illorum] eorum V | illis] eis G Wi • 31 universa] tota W S V (– Wi) | diffamaverunt ... illa] divulgaverunt famam eius per totam terram illam Wi • 33 daemonio V | paruit S • 35 ~ omnes civitates V • 37 dixit E | autem] vero Wi • 38 mittat] eiciat W S; emittat L P

¶ 10.1 spirituum immundorum] contra spiritus immundos Wi • 2 apostolorum] discipulorum G Wi St | et² *om.* W S V | Iacobus Zebedaei ... (3) ... Bartholomaeus] Philippus et Bartholomaeus, Iacobus Zebedaei et Ioannes frater eius G E St • 3 publicanus] *add.* et V (– Si) | Thaddaeus] Lebbaeus, qui cognominatus est Thaddaeus Co; Lebbaeus cognomento Thaddaeus Wi

riotes, qui et tradidit eum.

Instructio apostolorum: 10,5-15
(*5-15:* Mc 6,8-11 L 9,2-5)

5 Hos Duodecim misit Iesus praecipiens eis et dicens: «In *5-15:* L 10,4-12
viam gentium ne abieritis et in civitates Samaritanorum ne
intraveritis; **6** sed potius ite ad oves, quae perierunt domus 15,24
Israel. **7** Euntes autem praedicate dicentes: «Appropinqua- 4,17
vit regnum caelorum. **8** Infirmos curate, mortuos suscitate,
leprosos mundate, daemones eicite; gratis accepistis, gratis
date. **9** Nolite possidere aurum neque argentum neque pe-
cuniam in zonis vestris, **10** non peram in via neque duas tu-
nicas neque calceamenta neque virgam; dignus enim est 1 K 9,5-14
operarius cibo suo. 1 T 5,18

11 In quamcumque civitatem aut castellum intraveritis,
interrogate quis in ea dignus sit; et ibi manete donec exeatis.
12 Intrantes autem in domum, salutate eam; **13** et siqui-
dem fuerit domus digna, veniat pax vestra super eam; si
autem non fuerit digna, pax vestra ad vos revertatur. **14** Et
quicumque non receperit vos neque audierit sermones
vestros, exeuntes foras de domo vel de civitate illa, excutite Act 13,51
pulverem de pedibus vestris. **15** Amen dico vobis: Tolera- Gn 19,23-29
bilius erit terrae Sodomorum et Gomorraeorum in die 11,24
iudicii quam illi civitati.

De confessione coram hominibus: 10,16-39
(*16:* L 10,3 *17-22:* 24,9-14 Mc 13,9-13 L 21,12-19 *19-20:* L 12,11s
26-33: L 12,2-9 *34-36:* L 12,51-53 *37-38:* L 14,26s)

16 Ecce ego mitto vos sicut oves in medio luporum; J 10,12
estote ergo prudentes sicut serpentes et simplices sicut co-
lumbae. **17** Cavete autem ab hominibus; tradent enim vos J 16,1-4a

4 et *om.* Wi ● 5 et[1] *om.* St L P C ● 7 dicentes] *add.* quia W S V | appropinquabit E St ● 10 ~ est enim Co E ● 11 quamcumque] *add.* autem V (– E: *add.* enim) ● 12 eam] *add.* dicentes pax huic domui V ● 13 domus] *add.* illa V (– G) | veniet V | revertetur ad vos V (– Co: ad vos revertetur) ● 14 de civitate illa] de civitate W S; civitate V (– Co: civitate illa)

in conciliis, et in synagogis suis flagellabunt vos; **18** et ad
praesides et ad reges ducemini propter me in testimonium
illis et gentibus. **19** Cum autem tradent vos, nolite cogitare
quomodo aut quid loquamini; dabitur enim vobis in illa
hora quid loquamini. **20** Non enim vos estis, qui loquimini,
sed Spiritus Patris vestri, qui loquitur in vobis.

35 **21** Tradet autem frater fratrem in mortem, et pater
filium; et insurgent filii in parentes et morte eos afficient.
J 15,18 **22** Et eritis odio omnibus propter nomen meum; qui autem
24,13 perseveraverit in finem, hic salvus erit. **23** Cum autem per-
sequentur vos in civitate ista, fugite in aliam; amen enim
16,28 dico vobis: Non consummabitis civitates Israel, donec
veniat Filius hominis.

L 6,40 J 13,16; 15,20 **24** Non est discipulus super magistrum nec servus super
dominum suum. **25** Sufficit discipulo, ut sit sicut magister
12,24.27 Mc 3,22 L 11,15.18s eius, et servus sicut dominus eius. Si patrem familias Beelze-
bul vocaverunt, quanto magis domesticos eius!

Mc 4,22 L 8,17 **26** Ne ergo timueritis eos. Nihil enim est opertum, quod
non revelabitur, et occultum, quod non scietur. **27** Quod
dico vobis in tenebris, dicite in lumine; et quod in aure audi-
tis, praedicate super tecta. **28** Et nolite timere eos, qui occi-
dunt corpus, animam autem non possunt occidere; sed
Jc 4,12 potius eum timete, qui potest et animam et corpus perdere
in gehenna. **29** Nonne duo passeres asse veneunt? Et unus

20 ~ estis vos E • 22 omnibus] *add.* hominibus Co E Wi St Si | perseveraverit] *add.* usque V • 23 enim *om.* V • 25 servo V • 26 est *om.* W S E | reveletur Co E Wi St | sciatur G Co E Wi St • 28 ~ timete eum V | in gehennam W S V

ex illis non cadet super terram sine Patre vestro.
30 Vestri autem et capilli capitis omnes numerati sunt. L 21,18
31 Nolite ergo timere; multis passeribus meliores estis vos.
32 Omnis ergo qui confitebitur me coram hominibus,
confitebor et ego eum coram Patre meo, qui est in caelis;
33 qui autem negaverit me coram hominibus, negabo et Mc 8,38 L 9,26
ego eum coram Patre meo, qui est in caelis.
34 Nolite arbitrari quia venerim mittere pacem in ter-
ram; non veni pacem mittere sed gladium. **35** Veni enim 21
separare

hominem *adversus patrem suum* Mch 7,6
et filiam adversus matrem suam
et nurum adversus socrum suam:

36 et *inimici hominis domestici eius.*
37 Qui amat patrem aut matrem plus quam me, non est 19,29
me dignus; et, qui amat filium aut filiam super me, non est
me dignus; **38** et, qui non accipit crucem suam et sequitur *38–39:* 16,24s
me, non est me dignus. **39** Qui invenerit animam suam, Mc 8,34s
perdet illam; et, qui perdiderit animam suam propter me, L 9,23s J 12,25s | L 17,33
inveniet eam.

De mercede discipulos recipientium: 10,40-42
(42: Mc 9,41)

40 Qui recipit vos, me recipit; et, qui me recipit, recipit L 10,16 J 13,20
eum, qui me misit. **41** Qui recipit prophetam in nomine pro-
phetae, mercedem prophetae accipiet; et, qui recipit iustum
in nomine iusti, mercedem iusti accipiet. **42** Et, quicumque
potum dederit uni ex minimis istis calicem aquae frigidae
tantum in nomine discipuli, amen dico vobis: Non perdet
mercedem suam».

11 Et factum est cum consummasset Iesus praecipiens
Duodecim discipulis suis, transiit inde, ut doceret et
praedicaret in civitatibus eorum.

30 et *om.* Si C ● 32 ~ in caelis est V ● 33 eum *om.* G | ~ in caelis est V ● 34 ~ pacem venerim mittere L P St Si C; ~ venerim pacem mittere G Co E Wi | mittere²] *add.* in terram G Wi ● 39 invenerit] invenit W S V

Opiniones hominum de eo dividi incipiunt: 11,2–12,50
Ioannis legatio ad Iesum: 11,2-6
(*2-6:* L 7,18-23)

14,3 **2** Ioannes autem, cum audisset in vinculis opera Christi,
J 1,15.27; 3,31; 11,27 mittens per discipulos suos **3** ait illi: «Tu es qui venturus
es, an alium exspectamus?». **4** Et respondens Iesus ait illis:
Is 26,19; 29,18; 35,5s; 61,1 «Euntes renuntiate Ioanni, quae auditis et videtis: **5** *caeci
vident* et claudi ambulant, leprosi mundantur et surdi
audiunt et mortui resurgunt et *pauperes evangelizantur;* **6** et
beatus est, qui non fuerit scandalizatus in me».

Iudicium Iesu de Ioanne: 11,7-19
(*7-19:* L 7,24-35)

7 Illis autem abeuntibus, coepit Iesus dicere ad turbas de
Ioanne: «Quid existis in desertum videre? Arundinem vento
agitatam? **8** Sed quid existis videre? Hominem mollibus
vestitum? Ecce, qui mollibus vestiuntur, in domibus regum
sunt. **9** Sed quid existis videre? Prophetam? Etiam, dico
Mc 1,2 L 1,76 vobis, et plus quam prophetam. **10** Hic est, de quo scriptum
est:
Ex 23,20 Ml 3,1 "*Ecce ego mitto angelum meum ante faciem tuam,*
qui praeparabit viam tuam *ante* te".

11 Amen dico vobis: Non surrexit inter natos mulierum
maior Ioanne Baptista; qui autem minor est in regno caelo-
L 16,16 rum, maior est illo. **12** A diebus autem Ioannis Baptistae
usque nunc regnum caelorum vim patitur, et violenti ra-
1 P 1,10 piunt illud. **13** Omnes enim Prophetae et Lex usque ad Ioan-
17,12 Mc 9,13 | nem prophetaverunt; **14** et si vultis recipere, ipse est Elias,
13,9.43 qui venturus est. **15** Qui habet aures, audiat.
Mc 4,9.23; 7,16 L 8,8; 14,35 **16** Cui autem similem aestimabo generationem istam?
Similis est pueris sedentibus in foro, qui clamantes coaequa-
libus **17** dicunt:

¶ **11.2** per discipulos suos] duos de discipulis suis W S V ● **4** audistis et vidistis W V (– Wi) ● **5** et$^{1+2+3+4}$ *om.* W S V ● **7** arundinem] *add.* quae Wi | agitatam] agitatur Wi ● **10** hic est] hic enim est W S; hic est enim V ● **15** aures] *add.* audiendi W S V

"Cecinimus vobis, et non saltastis;
lamentavimus, et non planxistis".
18 Venit enim Ioannes neque manducans neque bibens, et 9,14
dicunt: "Daemonium habet!"; **19** venit Filius hominis man-
ducans et bibens, et dicunt: "Ecce homo vorax et potator 9,10s L 5,30; 15,1s;
vini, publicanorum amicus et peccatorum!". Et iustificata 19,7
est sapientia ab operibus suis».

Vae civitatibus Galileae: 11,20-24
(20-24: L 10,12-15)

20 Tunc coepit exprobrare civitatibus, in quibus factae
sunt plurimae virtutes eius, quia non egissent paenitentiam:
21 «Vae tibi, Chorazin! Vae tibi, Bethsaida! Quia si in Tyro
et Sidone factae essent virtutes, quae factae sunt in vobis, Joel 4,4s
olim in cilicio et cinere paenitentiam egissent. **22** Verumta- Esth 4,1
men dico vobis: Tyro et Sidoni remissius erit in die iudicii
quam vobis. **23** Et tu, Capharnaum, numquid *usque in cae-* Is 14,13.15
lum exaltaberis? Usque in infernum descendes! Quia si in
Sodomis factae fuissent virtutes, quae factae sunt in te,
mansissent usque in hunc diem. **24** Verumtamen dico vobis: 10,15
Terrae Sodomorum remissius erit in die iudicii quam tibi».

Iesus Patri confitetur: 11,25-27
(25-27: L 10,21 s)

25 In illo tempore respondens Iesus dixit: «Confiteor
tibi, Pater, Domine caeli et terrae, quia abscondisti haec Is 29,14 ⊕
a sapientibus et prudentibus et revelasti ea parvulis. **26** Ita,
Pater, quoniam sic fuit placitum ante te. **27** Omnia mihi 28,18
tradita sunt a Patre meo; et nemo novit Filium nisi Pater, J 3,35; 13,3
neque Patrem quis novit nisi Filius et cui voluerit Filius J 10,15
revelare.

De suavi iugo Iesu: 11,28-30

28 Venite ad me, omnes, qui laboratis et onerati estis, et Jr 31,25
ego reficiam vos. **29** Tollite iugum meum super vos et discite
a me, quia mitis sum et humilis corde, et invenietis requiem Jr 6,16 Is 28,12
animabus vestris. **30** Iugum enim meum suave et onus
meum leve est».

19 ~ et peccatorum amicus W S V | ab operibus] a filiis W S V • **20** ~ sunt factae E • **21** factae fuissent Wi • **23** numquid] quae Wi | exaltaberis] exaltata es Wi | forte mansissent W S V | hunc] hanc V (– Wi) • **24** vobis] *add.* quia W S V • **25** confitebor G E St • **26** ~ placitum fuit E • **30** suave] *add.* est W S V | est *om.* V

Spicae sabbato vulsae: 12,1-8
(*1-8:* Mc 2,23-28 L 6,1-5)

Dt 23,25 **12** In illo tempore abiit Iesus sabbatis per sata; discipuli
autem eius esurierunt et coeperunt vellere spicas et
manducare. **2** Pharisaei autem videntes dixerunt ei: «Ecce
discipuli tui faciunt, quod non licet facere sabbato». **3** At
1 Sm 21,2-7 ille dixit eis: «Non legistis quid fecerit David, quando
esuriit, et qui cum eo erant? **4** Quomodo intravit in domum
Lv 24,5-9 Dei et panes propositionis comedit, quod non licebat ei
edere neque his, qui cum eo erant, nisi solis sacerdotibus?
5 Aut non legistis in Lege quia sabbatis sacerdotes in
templo sabbatum violant et sine crimine sunt? **6** Dico
autem vobis quia templo maior est hic. **7** Si autem sciretis
Hos 6,6 9,13 quid est: "*Misericordiam volo et non sacrificium*", numquam
condemnassetis innocentes. **8** Dominus est enim Filius ho-
minis sabbati».

Manus arida sabbato restituta: 12,9-14
(*9-14:* Mc 3,1-6 L 6,6-11)

L 14,1-6 **9** Et cum inde transisset, venit in synagogam eorum;
10 et ecce homo manum habens aridam. Et interrogabant
L 13,16 J 5,9s eum dicentes: «Licet sabbatis curare?», ut accusarent eum.
11 Ipse autem dixit illis: «Quis erit ex vobis homo, qui ha-
L 13,15; 14,5 J 5,9s beat ovem unam et, si ceciderit haec sabbatis in foveam,
nonne tenebit et levabit eam? **12** Quanto igitur melior est
homo ove! Itaque licet sabbatis bene facere». **13** Tunc ait
homini: «Extende manum tuam». Et extendit, et restituta
Mc 11,18 L 19,47 J 5,18 est sana sicut altera. **14** Exeuntes autem pharisaei consilium
faciebant adversus eum, quomodo eum perderent.

Prophetia Isaiae de servo Domini: 12,15-21
(*15-16:* Mc 3,7-12 L 6,17-19)

15 Iesus autem sciens secessit inde. Et secuti sunt eum

¶ **12.1** sabbato W S V (~ per sata sabbato V) | esurierunt et] esurientes W S V ● **2** licet] *add.* eis W S V (– Co C) | sabbatis W S V ● **4** introivit Wi | quod] quos W S V ● **7** est] sit Wi ● **8** ~ enim est V (– G Wi) | hominis] *add.* etiam W S V ● **10** homo] *add.* erat Co Wi | dicentes] *add.* si W S V ● **12** igitur] magis W S V ● **13** sana] sanitati W S V ● **14** concilium E | ~ perderent eum V ● **15** recessit S V

multi, et curavit eos omnes **16** et comminatus est eis, ne
manifestum eum facerent, **17** ut adimpleretur, quod dictum
est per Isaiam prophetam dicentem:

18 «*Ecce puer meus, quem elegi,* Is 42,1-4 3,17
dilectus meus, in quo bene placuit animae meae;
ponam Spiritum meum super eum,
et iudicium gentibus nuntiabit.
19 *Non contendet neque clamabit,*
neque audiet aliquis in plateis vocem eius.
20 *Arundinem quassatam non confringet*
et linum fumigans non exstinguet,
donec eiciat ad victoriam iudicium;
21 *et in nomine eius gentes sperabunt*».

Iesu apologia: 12,22-37

(*22-23:* L 11,14 *24-30:* Mc 3,22-27 L 11,15.17-23 *31-32:* Mc 3,28-30 L 12,10 *33-35:* L 6,43-45)

22 Tunc oblatus est ei daemonium habens, caecus et *22–24:* 9,32-34
mutus, et curavit eum, ita ut mutus loqueretur et videret.
23 Et stupebant omnes turbae et dicebant: «Numquid hic est
filius David?». **24** Pharisaei autem audientes dixerunt: «Hic
non eicit daemones nisi in Beelzebul, principe daemonum». 10,25
25 Sciens autem cogitationes eorum dixit eis: «Omne
regnum divisum contra se desolatur, et omnis civitas vel
domus divisa contra se non stabit. **26** Et si Satanas Satanam
eicit, adversus se divisus est; quomodo ergo stabit regnum
eius? **27** Et si ego in Beelzebul eicio daemones, filii vestri
in quo eiciunt? Ideo ipsi iudices erunt vestri. **28** Si autem

16 comminatus est] praecepit W S V ● 18 complacuit V ● 22 mutus[2] *om.* W S V ● 23 est] *add.* Christus Co ● 24 in *om.* G | daemonum] daemoniorum S V ● 25 Iesus autem sciens W S V | divisum contra se] in se divisum E Wi | desolabitur V ● 27 ~ vestri erunt V (– G)

L 17,21 in Spiritu Dei ego eicio daemones, igitur pervenit in vos
Is 49,24 regnum Dei. 29 Aut quomodo potest quisquam intrare in
domum fortis et vasa eius diripere, nisi prius alligaverit
fortem? Et tunc domum illius diripiet. 30 Qui non est me-
cum, contra me est; et qui non congregat mecum, spargit.

31 Ideo dico vobis: Omne peccatum et blasphemia re-
mittetur hominibus, Spiritus autem blasphemia non remit-
tetur. 32 Et quicumque dixerit verbum contra Filium ho-
minis, remittetur ei; qui autem dixerit contra Spiritum Sanc-
tum, non remittetur ei neque in hoc saeculo neque in futuro.

7,17s 33 Aut facite arborem bonam et fructum eius bonum,
aut facite arborem malam et fructum eius malum: siquidem
3,7 ex fructu arbor agnoscitur. 34 Progenies viperarum, quo-
modo potestis bona loqui, cum sitis mali? Ex abundantia
enim cordis os loquitur. 35 Bonus homo de bono thesauro
profert bona, et malus homo de malo thesauro profert mala.
36 Dico autem vobis: Omne verbum otiosum, quod locuti
fuerint homines, reddent rationem de eo in die iudicii: 37 ex
verbis enim tuis iustificaberis, et ex verbis tuis condemna-
beris».

De signo Ionae: 12,38-42
(*38-42:* Mc 8,11s L 11,16.29-32)

16,1-4 J 6,30 38 Tunc responderunt ei quidam de scribis et pharisaeis
1 K 1,22 dicentes: «Magister, volumus a te signum videre». 39 Qui
respondens ait illis: «Generatio mala et adultera signum
requirit, et signum non dabitur ei nisi signum Ionae pro-
Jon 2,1 phetae. 40 Sicut enim *fuit Ionas in ventre ceti tribus diebus et*

28 ~ ego in Spiritu Dei W S V • 29 diripiet] diripiat W S • 31 blasphemia[2]] blasphemiae G E Wi St Si • 32 dixerit[2]] *add.* verbum E Wi • 35 ~ thesauro malo Wi • 36 vobis] *add.* quoniam W S V • 39 requirit] quaerit W S V

tribus noctibus, sic erit Filius hominis in corde terrae tribus 27,63
diebus et tribus noctibus. **41** Viri Ninevitae surgent in iudi-
cio cum generatione ista et condemnabunt eam, quia paeni-
tentiam egerunt in praedicatione Ionae; et ecce plus quam Jon 3,5
Iona hic! **42** Regina austri surget in iudicio cum generatione 1 Rg 10,1-10
ista et condemnabit eam, quia venit a finibus terrae audire
sapientiam Salomonis; et ecce plus quam Salomon hic!

De spiritu immundo in hominem revertente: 12,43-45
(43-45: L 11,24-26)

43 Cum autem immundus spiritus exierit ab homine,
ambulat per loca arida quaerens requiem et non invenit.
44 Tunc dicit: "Revertar in domum meam unde exivi"; et
veniens invenit vacantem, scopis mundatam et ornatam.
45 Tunc vadit et assumit secum septem alios spiritus ne-
quiores se, et intrantes habitant ibi; et fiunt novissima ho- 2 P 2,20
minis illius peiora prioribus. Sic erit et generationi huic
pessimae».

De vera cognatione Iesu: 12,46-50
(46-50: Mc 3,31-35 L 8,19-21)

46 Adhuc eo loquente ad turbas, ecce mater et fratres
eius stabant foris quaerentes loqui ei. **47** Dixit autem ei
quidam: «Ecce mater tua et fratres tui foris stant quaeren-
tes loqui tecum». **48** At ille respondens dicenti sibi ait:
«Quae est mater mea, et qui sunt fratres mei?». **49** Et exten-
dens manum suam in discipulos suos dixit: «Ecce mater
mea et fratres mei. **50** Quicumque enim fecerit voluntatem
Patris mei, qui in caelis est, ipse meus frater et soror et
mater est».

41 praedicatione] praeditione G | Ionas V (– G Co E) • **44** invenit] *add.* eam V • **45** ~ septem alios spiritus secum W S V • **46** ~ eius et fratres W S V • **47** loqui tecum] te W S V (– Co: te loqui) • **48** ille] ipse S V • **49** suam *om.* W S V | suos *om.* W • **50** meus] *add.* et W S | et[1] *om.* G E St

Sermo de regno caelorum: 13,1-53
Parabola seminatoris: 13,1-9
(*1-9:* Mc 4,1-9 L 8,4-8)

13 In illo die exiens Iesus de domo sedebat secus mare;
2 et congregatae sunt ad eum turbae multae, ita ut in
naviculam ascendens sederet, et omnis turba stabat in litore.
3 Et locutus est eis multa in parabolis dicens: «Ecce
exiit, qui seminat, seminare. **4** Et dum seminat, quaedam
ciderunt secus viam, et venerunt volucres et comederunt
ea. **5** Alia autem ceciderunt in petrosa, ubi non habebant
terram multam, et continuo exorta sunt, quia non habebant
altitudinem terrae; **6** sole autem orto, aestuaverunt et, quia
non habebant radicem, aruerunt. **7** Alia autem ceciderunt
in spinas, et creverunt spinae et suffocaverunt ea. **8** Alia
vero ceciderunt in terram bonam et dabant fructum: aliud
centesimum, aliud sexagesimum, aliud tricesimum. **9** Qui
11,15 habet aures, audiat».

Quare Iesus in parabolis loquatur: 13,10-17
(*10-17:* Mc 4,10-12 L 8,9s *16-17:* L 10,23s)

10 Et accedentes discipuli dixerunt ei: «Quare in para-
bolis loqueris eis?». **11** Qui respondens ait illis: «Quia vobis
datum est nosse mysteria regni caelorum, illis autem non
25,29 est datum. **12** Qui enim habet, dabitur ei, et abundabit; qui
Mc 4,25 L 8,18; 19,26 autem non habet, et quod habet, auferetur ab eo. **13** Ideo
in parabolis loquor eis, quia videntes non vident et audien-
tes non audiunt neque intellegunt; **14** et adimpletur eis pro-
phetia Isaiae dicens:
Is 6,9s J 12,40 “*Auditu audietis et non intellegetis*
Act 28,26s *et videntes videbitis et non videbitis.*

¶ **13**.1 in illa die Wi • **3** seminare] *add.* semen suum E Wi St Si • **4** volucres] *add.* caeli V(– G Co) • **5** habebant[1]] habebat S • **8** vero] autem V • **9** aures] *add.* audiendi W S V • **11** mysterium St • **14** et adimpletur] ut adimpleatur E Wi St Si | eis] in eis V | dicentis V(– L P)

15 *Incrassatum est enim cor populi huius,*
et auribus graviter audierunt
et oculos suos clauserunt,
ne quando oculis videant
et auribus audiant
et corde intellegant et convertantur,
et sanem eos".
16 Vestri autem beati oculi, quia vident, et aures vestrae,
quia audiunt. 17 Amen quippe dico vobis: Multi prophetae 1 P 1,10-12
et iusti cupierunt videre, quae videtis, et non viderunt, et
audire, quae auditis, et non audierunt!

Parabola seminatoris explicatur: 13,18-23
(18-23: Mc 4,13-20 L 8,11-15)

18 Vos ergo audite parabolam seminantis. 19 Omnis, qui
audit verbum regni et non intellegit, venit Malus et rapit,
quod seminatum est in corde eius; hic est, qui secus viam
seminatus est. 20 Qui autem supra petrosa seminatus est,
hic est, qui verbum audit et continuo cum gaudio accipit
illud, 21 non habet autem in se radicem, sed est temporalis;
facta autem tribulatione vel persecutione propter verbum,
continuo scandalizatur. 22 Qui autem est seminatus in
spinis, hic est, qui verbum audit, et sollicitudo saeculi et
fallacia divitiarum suffocat verbum, et sine fructu efficitur. 1 T 6,9
23 Qui vero in terra bona seminatus est, hic est, qui audit
verbum et intellegit et fructum affert et facit aliud quidem
centum, aliud autem sexaginta, porro aliud triginta».

Parabola de zizaniis: 13,24-30

24 Aliam parabolam proposuit illis dicens: «Simile fac- *24–30:* 13,36-43
tum est regnum caelorum homini, qui seminavit bonum
semen in agro suo. 25 Cum autem dormirent homines, venit
inimicus eius et superseminavit zizania in medio tritici et
abiit. 26 Cum autem crevisset herba et fructum fecisset,

15 ~ videant oculis V • 17 vobis] *add.* quia W S V • 20 super V | verbum] *add.* Dei St • 21 vel] et W S V • 22 ~ seminatus est V (– G) | verbum[1]] *add.* Dei G Co E Wi St | saeculi] *add.* istius W S V • 23 in terram bonam W V | affert et facit] facit et Wi | centesimum ... sexagesimum ... tricesimum V | aliud[2]] et aliud G | autem *om.* Wi | porro aliud] aliud vero V • 24 illis *om.* Wi | factum *om.* Wi

tunc apparuerunt et zizania. **27** Accedentes autem servi
patris familias dixerunt ei: "Domine, nonne bonum semen
seminasti in agro tuo? Unde ergo habet zizania?". **28** Et
ait illis: "Inimicus homo hoc fecit". Servi autem dicunt ei:
"Vis, imus et colligimus ea?". **29** Et ait: "Non; ne forte
colligentes zizania eradicetis simul cum eis triticum, **30** sinite
utraque crescere usque ad messem. Et in tempore messis
dicam messoribus: Colligite primum zizania et alligate ea
3,12 in fasciculos ad comburendum ea, triticum autem congre-
gate in horreum meum"».

Parabola de grano sinapis: 13,31-32
(31-32: Mc 4,30-32 L 13,18s)

31 Aliam parabolam proposuit eis dicens: «Simile est
17,20 L 17,6 regnum caelorum grano sinapis, quod accipiens homo semi-
navit in agro suo. **32** Quod minimum quidem est omnibus
seminibus; cum autem creverit, maius est holeribus et fit
Dn 4,8s.18 Ez 17,23 arbor, ita ut volucres caeli veniant et habitent in ramis eius».

Parabola de fermento: 13,33
(33: L 13,20s)

33 Aliam parabolam locutus est eis: «Simile est regnum
1 K 5,6 G 5,9 caelorum fermento, quod acceptum mulier abscondit in
farinae satis tribus, donec fermentatum est totum».

Ratio sermonis parabolici: 13,34-35
(34: Mc 4,33s)

34 Haec omnia locutus est Iesus in parabolis ad turbas
et sine parabola nihil loquebatur eis, **35** ut adimpleretur,
quod dictum erat per prophetam dicentem:
Ps 78,2 «*Aperiam in parabolis os meum,*
eructabo abscondita a constitutione mundi».

28 dixerunt W S V | vis] *add.* igitur Co ● **29** cum eis] cum eis et W S V (– G St: et) ● **30** in² *om.* W S G | ea² *om.* W S V ● **31** aliam] *add.* autem Wi ● **32** est²] *add.* omnibus W S V ● **34** sine parabolis W S V | nihil] non W S V ● **35** impleretur S V | dictum est E

Parabola de zizaniis explicatur: 13,36-43

36 Tunc dimissis turbis venit in domum, et accesserunt 36–43: 13,24-30
ad eum discipuli eius dicentes: «Dissere nobis parabolam
zizaniorum agri». 37 Qui respondens ait: «Qui seminat bo-
num semen, est Filius hominis; 38 ager autem est mundus;
bonum vero semen, hi sunt filii regni; zizania autem filii
sunt Mali; 39 inimicus autem, qui seminavit ea, est Diabo-
lus; messis vero consummatio saeculi est, messores autem
angeli sunt. 40 Sicut ergo colliguntur zizania et igni com- 3,10; 7,19 J 15,6
buruntur, sic erit in consummatione saeculi: 41 mittet Filius
hominis angelos suos, et colligent de regno eius omnia 24,31 s
scandala et eos, qui faciunt iniquitatem, 42 et mittent eos
in caminum ignis; ibi erit fletus et stridor dentium. 43 Tunc 8,12
iusti fulgebunt sicut sol in regno Patris eorum. Qui habet Dn 12,3 11,15
aures, audiat.

Parabolae de thesauro abscondito et de margarita inventa: 13,44-46

44 Simile est regnum caelorum thesauro abscondito in
agro, quem qui invenit homo abscondit et prae gaudio illius
vadit et vendit universa, quae habet, et emit agrum illum.
45 Iterum simile est regnum caelorum homini negotia-
tori quaerenti bonas margaritas. 46 Inventa autem una pre-
tiosa margarita, abiit et vendidit omnia, quae habuit, et
emit eam.

Parabola de sagena in mare missa: 13,47-50

47 Iterum simile est regnum caelorum sagenae missae in

36 domum] *add.* Iesus Co | edissere V ● 37 ait] *add.* illis V (- G E Wi) ● 38 hi *om.* Wi | Mali] Nequam W S V ● 41 mittet] *add.* ergo E; *add.* enim Wi ● 43 eorum] sui W | aures] *add.* audiendi V ● 44 iterum simile Co

mare et ex omni genere congreganti; **48** quam, cum impleta
esset, educentes secus litus et sedentes collegerunt bonos in
vasa, malos autem foras miserunt. **49** Sic erit in consum-
matione saeculi: exibunt angeli et separabunt malos de
medio iustorum **50** et mittent eos in caminum ignis; ibi
8,12 erit fletus et stridor dentium.

Conclusio sermonis de regno caelorum: 13,51-52

51 Intellexistis haec omnia?». Dicunt ei: «Etiam». **52** Ait
autem illis: «Ideo omnis scriba doctus in regno caelorum
similis est homini patri familias, qui profert de thesauro
suo nova et vetera».

Alia facta et dicta. Discipulorum instructio: 13,53–17,27

Iesus in patria sua reprobatur: 13,53-58

(*53-58:* Mc 6,1-6a L 4,16-30)

53 Et factum est cum consummasset Iesus parabolas
istas, transiit inde. **54** Et veniens in patriam suam, docebat
J 7,15 eos in synagoga eorum, ita ut mirarentur et dicerent: «Unde
J 6,42 huic sapientia haec et virtutes? **55** Nonne hic est fabri filius?
Nonne mater eius dicitur Maria, et fratres eius Iacobus et
Ioseph et Simon et Iudas? **56** Et sorores eius nonne omnes
apud nos sunt? Unde ergo huic omnia ista?». **57** Et scanda-
J 4,44 lizabantur in eo. Iesus autem dixit eis: «Non est propheta
sine honore nisi in patria et in domo sua». **58** Et non fecit
ibi virtutes multas propter incredulitatem illorum.

47 genere] *add.* piscium V ● 48 ~ et secus litus W S V | elegerunt W S V | vasa] *add.* sua Wi ● 51 etiam] *add.* Domine Co St ● 52 autem *om.* W S V ● 54 in synagogis W S V (– Wi) ● 57 patria] *add.* sua W S V

Quid Herodes de Iesu senserit: 14,1-2
(*1-2:* Mc 6,14-16 L 9,7-9)

14 In illo tempore audivit Herodes tetrarcha famam Iesu
2 et ait pueris suis: «Hic est Ioannes Baptista; ipse
surrexit a mortuis, et ideo virtutes operantur in eo».

Ioannes Baptista decollatur: 14,3-12
(*3-12:* Mc 6,17-29 L 3,19s)

3 Herodes enim tenuit Ioannem et alligavit eum et posuit
in carcere propter Herodiadem uxorem Philippi fratris sui.
4 Dicebat enim illi Ioannes: «Non licet tibi habere eam». Lv 18,16; 20,21
5 Et volens illum occidere, timuit populum, quia sicut pro- 21,26
phetam eum habebant.
6 Die autem natalis Herodis saltavit filia Herodiadis in
medio et placuit Herodi, 7 unde cum iuramento pollicitus
est ei dare, quodcumque postulasset. 8 At illa, praemonita
a matre sua: «Da mihi, inquit, hic in disco caput Ioannis
Baptistae». 9 Et contristatus rex propter iuramentum et eos,
qui pariter recumbebant, iussit dari 10 misitque et decolla-
vit Ioannem in carcere; 11 et allatum est caput eius in disco
et datum est puellae, et tulit matri suae. 12 Et accedentes
discipuli eius tulerunt corpus et sepelierunt illud et venien-
tes nuntiaverunt Iesu.

Quinque milia saturantur: 14,13-21
(*13-21:* Mc 6,31-44 L 9,10-17 J 6,1-13)

13 Quod cum audisset Iesus, secessit inde in navicula in *13-21:*
locum desertum seorsum; et cum audissent, turbae secutae 15,32-39 Mc 8,1-10

¶ 14.2 inoperantur S ● 3 tenuit] coeperat Wi | alligavit] vinxerat Wi | posuit] posuerat eum Wi | in carcerem W V | Philippi *om.* W S V (– Co Wi) ● 4 dixerat Wi ● 7 postulasset] *add.* ab eo W S V ● 8 ~ hic inquit Wi ● 9 contristatus] *add.* est W S V | iuramentum] *add.* autem W S V; ius iurandum E Si | et propter eos E Wi ● 11 attulit L P Si C; illa attulit G Co E Wi St ● 12 corpus] *add.* eius V (– G L P) ● 13 naviculam G Si

9,36 sunt eum pedestres de civitatibus. **14** Et exiens vidit turbam
multam et misertus est eorum et curavit languidos eorum.
15 Vespere autem facto, accesserunt ad eum discipuli di-
centes: «Desertus est locus, et hora iam praeteriit; dimitte
turbas, ut euntes in castella emant sibi escas». **16** Iesus au-
tem dixit eis: «Non habent necesse ire; date illis vos man-
ducare». **17** Illi autem dicunt ei: «Non habemus hic nisi
quinque panes et duos pisces». **18** Qui ait: «Afferte illos
mihi huc». **19** Et cum iussisset turbas discumbere supra
fenum, acceptis quinque panibus et duobus piscibus, aspi-
2Rg 4,43s ciens in caelum benedixit et fregit et dedit discipulis panes,
discipuli autem turbis. **20** Et manducaverunt omnes et satu-
rati sunt; et tulerunt reliquias fragmentorum duodecim co-
phinos plenos. **21** Manducantium autem fuit numerus fere
quinque milia virorum, exceptis mulieribus et parvulis.

Iesus super mare ambulat: 14,22-33
(22-33: Mc 6,45-52 J 6,15-21)

22 Et statim iussit discipulos ascendere in naviculam et
praecedere eum trans fretum, donec dimitteret turbas. **23** Et
L 6,12 dimissis turbis, ascendit in montem solus orare. Vespere
autem facto, solus erat ibi.

24 Navicula autem iam multis stadiis a terra distabat,
fluctibus iactata; erat enim contrarius ventus. **25** Quarta

14 eorum[1]] eis V (– Wi); eius W S Wi ● 15 discipuli] *add.* eius W S V | dimittet G ● 16 ire *om.* G ● 17 illi autem dicunt] responderunt W S V ● 18 ait] *add.* eis W S V | ~ mihi illos V ● 19 turbas] turbam W S V | super V | discipulis] *add.* suis Wi | autem] *add.* dederunt E Wi Si ● 20 ~ duodecim cophinos fragmentorum plenos W S V ● 21 fere *om.* W S V ● 22 iussit] compulit Iesus Co E Si C; *add.* Iesus St L P | in navicula S ● 23 dimissa turba W S V | orare] ad orandum Wi ● 24 iam multis stadiis a terra distabat fluctibus iactata] in medio mari iactabatur fluctibus W S V

autem vigilia noctis venit ad eos ambulans supra mare.
26 Discipuli autem, videntes eum supra mare ambulantem, L 24,37
turbati sunt dicentes: «Phantasma est», et prae timore cla-
maverunt. **27** Statimque Iesus locutus est eis dicens: «Ha-
bete fiduciam, ego sum; nolite timere!». **28** Respondens
autem ei Petrus dixit: «Domine, si tu es, iube me venire ad
te super aquas». **29** At ipse ait: «Veni!». Et descendens
Petrus de navicula ambulavit super aquas et venit ad Iesum.
30 Videns vero ventum validum timuit et, cum coepisset
mergi, clamavit dicens: «Domine, salvum me fac!». **31** Con-
tinuo autem Iesus extendens manum apprehendit eum et
ait illi: «Modicae fidei, quare dubitasti?». **32** Et cum ascen- 8,26
dissent in naviculam, cessavit ventus. **33** Qui autem in navi-
cula erant, adoraverunt eum dicentes: «Vere Filius Dei es!». 16,16; 27,54 Mc 15,39 J 1,49; 11,27

Male habentes in Gennesaret curat : 14,34-36
(*34-36:* Mc 6,53-56)

34 Et cum transfretassent, venerunt in terram Gennesa-
ret. **35** Et cum cognovissent eum viri loci illius, miserunt in
universam regionem illam et obtulerunt ei omnes male ha-
bentes, **36** et rogabant eum, ut vel fimbriam vestimenti eius 9,21 Mc 5,28 L 6,19; 8,44
tangerent; et, quicumque tetigerunt, salvi facti sunt.

25 eos] *add.* Iesus Co | super V (– E Wi Si) • **26** discipuli autem] et W S V | eum] *add.* disciPuli Co | super G St L P C | dicentes] *add.* quia W S V • **28** ei *om.* W S V | ~ ad te venire V (– G E Wi) • **29** ambulabat W S V | aquam W S V | et venit] ut veniret W S V • **31** continuo autem] et continuo W S V • **32** ascendisset G E St • **33** erant] *add.* venerunt et W S V • **34** Gennesar W S V (– Wi) • **36** facti sunt] fiebant Wi

Quid sit mundum et quid coinquinet hominem: 15,1-20
(1-20: Mc 7,1-23)

15 Tunc accedunt ad Iesum ab Hierosolymis pharisaei
et scribae dicentes: 2 «Quare discipuli tui transgre-
L 11,38 Kol 2,21 s diuntur traditionem seniorum? Non enim lavant manus
suas, cum panem manducant». 3 Ipse autem respondens ait
illis: «Quare et vos transgredimini mandatum Dei propter
Ex 20,12 Dt 5,16 | traditionem vestram? 4 Nam Deus dixit: "*Honora patrem*
Ex 21,17 Lv 20,9 *tuum et matrem*" et: "*Qui maledixerit patri vel matri, morte*
moriatur". 5 Vos autem dicitis: "Quicumque dixerit patri
vel matri: Munus est, quodcumque ex me profuerit, 6 non
honorificabit patrem suum"; et irritum fecistis verbum Dei
propter traditionem vestram. 7 Hypocritae! Bene prophe-
tavit de vobis Isaias dicens:

Is 29,13 ⓖ 8 "*Populus hic labiis me honorat,*
cor autem eorum longe est a me;
9 *sine causa autem colunt me,*
docentes doctrinas mandata hominum"».

10 Et convocata ad se turba, dixit eis: «Audite et intelle-
gite: 11 non quod intrat in os, coinquinat hominem; sed
quod procedit ex ore, hoc coinquinat hominem!».

12 Tunc accedentes discipuli dicunt ei: «Scis quia phari-
saei, audito verbo, scandalizati sunt?». 13 At ille respon-
dens ait: «Omnis plantatio, quam non plantavit Pater meus
23,16.24 L 6,39 caelestis, eradicabitur. 14 Sinite illos: caeci sunt duces cae-

¶ 15.1 accesserunt W S V | Iesum] eum W S V (– Co) | ~ scribae et pharisaei W S V ● 2 traditiones V (– L P C) ● 3 mandata Co ● 4 tuum *om.* S V ● 5 ~ quodcumque est W S V | profuerit] tibi proderit W S V ● 6 non] et non W S V | suum] *add.* aut matrem (+ suam V) W S V | verbum] mandatum W S V ● 9 doctrinas] *add.* et V ● 10 convocatis ... turbis W S V ● 12 discipuli] *add.* eius W S V | dixerunt W S V | quia] quod Wi | verbo] *add.* hoc V ● 14 sunt] *add.* et V (– L P)

corum. Caecus autem si caeco ducatum praestet, ambo in
foveam cadent». **15** Respondens autem Petrus dixit ei:
«Edissere nobis parabolam istam». **16** At ille dixit: «Adhuc
et vos sine intellectu estis? **17** Non intellegitis quia omne
quod in os intrat, in ventrem vadit et in secessum emittitur?
18 Quae autem procedunt de ore, de corde exeunt, et ea
coinquinant hominem. **19** De corde enim exeunt cogitatio- R 1,29-31
nes malae, homicidia, adulteria, fornicationes, furta, falsa 1 K 5,10s G 5,19-21
testimonia, blasphemiae. **20** Haec sunt, quae coinquinant E 5,3-5 Kol 3,5
hominem; non lotis autem manibus manducare non coin- 1 T 1,9s 2 T 3,2-4
quinat hominem». 1 P 4,3

Precatio mulieris ethnicae exauditur: 15,21-28
(*21-28:* Mc 7,24-30)

21 Et egressus inde Iesus, secessit in partes Tyri et Sido-
nis. **22** Et ecce mulier Chananaea a finibus illis egressa cla-
mavit dicens: «Miserere mei, Domine, fili David! Filia mea 9,27
male a daemonio vexatur». **23** Qui non respondit ei verbum.
Et accedentes discipuli eius rogabant eum dicentes: «Di-
mitte eam, quia clamat post nos». **24** Ipse autem respondens
ait: «Non sum missus nisi ad oves, quae perierunt domus 10,6
Israel». **25** At illa venit et adoravit eum dicens: «Domine,
adiuva me!». **26** Qui respondens ait: «Non est bonum su-
mere panem filiorum et mittere catellis». **27** At illa dixit:
«Etiam, Domine, nam et catelli edunt de micis, quae cadunt

14 cadunt W S V (– Co) ● 17 quia] quod Wi | in[3]] per Wi ● 19 ~ malae cogitationes G | et blasphemiae Wi ● 21 Iesus *om.* G ● 22 illis] illius G | dicens] *add.* ei W S V ● 26 mittere] proicere ante Wi | catellis] canibus W S V (– Wi: canes) ● 27 nam et catelli] catelli autem Wi

de mensa dominorum suorum». 28 Tunc respondens Iesus
ait illi: «O mulier, magna est fides tua! Fiat tibi, sicut vis».
Et sanata est filia illius ex illa hora.

Multi aegroti curantur: 15,29-31

Mc 7,31-37 29 Et cum transisset inde, Iesus venit secus mare Gali-
laeae et ascendens in montem sedebat ibi. 30 Et accesserunt
ad eum turbae multae habentes secum claudos, caecos, de-
biles, mutos et alios multos et proiecerunt eos ad pedes
eius, et curavit eos, 31 ita ut turba miraretur videntes mutos
loquentes, debiles sanos, et claudos ambulantes, et caecos
videntes. Et magnificabant Deum Israel.

Quattuor milia saturantur: 15,32-39
(*32-39:* Mc 8,1-9)

32–39: 14,13-21 Mc 6,32-44 L 9,10-17 J 6,1-13 32 Iesus autem convocatis discipulis suis dixit: «Mise-
reor turbae, quia triduo iam perseverant mecum et non
habent, quod manducent; et dimittere eos ieiunos nolo, ne
forte deficiant in via». 33 Et dicunt ei discipuli: «Unde nobis
in deserto panes tantos, ut saturemus turbam tantam?».
34 Et ait illis Iesus: «Quot panes habetis?». At illi dixerunt:
«Septem et paucos pisciculos». 35 Et praecepit turbae, ut
discumberet super terram; 36 et accipiens septem panes et
pisces et gratias agens fregit et dedit discipulis, discipuli
autem turbis. 37 Et comederunt omnes et saturati sunt; et,

28 illius] eius V ● 29 secus] ad Wi ● 30 ~ mutos caecos claudos debiles V (– Wi: claudos caecos mutos debiles); ~ mutos claudos caecos debiles W S | ante pedes Co ● 31 turbae mirarentur W S V | debiles sanos *om.* W S V (– Co Wi) | debiles] mutilos Wi | et^{1+2} *om.* W S V (– Wi) | magnificabant] glorificabant Wi ● 32 ~ iam triduo E | quod] quid Co | forte *om.* W S V ● 33 unde] *add.* ergo W S V | panes tantos] tot panes Wi ● 34 ~ habetis panes V (– G Co Wi) ● 35 discumberent V (– Wi) ● 36 et^{3} *om.* Co Wi | discipulis] *add.* suis W S V (– Co Wi) | disciplui autem turbis] et discipuli dederunt populo (turbae Wi) W S V

quod superfuit de fragmentis, tulerunt septem sportas ple-
nas. **38** Erant autem, qui manducaverant, quattuor milia
hominum extra mulieres et parvulos. **39** Et dimissis turbis,
ascendit in naviculam et venit in fines Magadan.

Signum non dabitur nisi signum Ionae: 16,1-4
(*1-4:* Mc 8,10-13)

16 Et accesserunt ad eum pharisaei et sadducaei tentan- 12,38s L 11,16.29-32
tes et rogaverunt eum, ut signum de caelo ostenderet J 6,30
eis. **2** At ille respondens ait eis: «Facto vespere dicitis: "Se-
renum erit, rubicundum est enim caelum"; **3** et mane: "Ho-
die tempestas, rutilat enim triste caelum". Faciem quidem
caeli diiudicare nostis, signa autem temporum non potes-
tis. **4** Generatio mala et adultera signum quaerit, et signum
non dabitur ei nisi signum Ionae». Et, relictis illis, abiit.

Cavendum a fermento pharisaeorum et sadducaeorum: 16,5-12
(*5-12:* Mc 8,14-21)

5 Et cum venissent discipuli trans fretum, obliti sunt
panes accipere. **6** Iesus autem dixit illis: «Intuemini et ca- L 12,1
vete a fermento pharisaeorum et sadducaeorum». **7** At illi
cogitabant inter se dicentes: «Panes non accepimus!».
8 Sciens autem Iesus dixit: «Quid cogitatis inter vos, mo- Mc 6,52
dicae fidei, quia panes non habetis? **9** Nondum intellegitis
neque recordamini quinque panum quinque milium ho- 14,21 Mc 6,44s
minum, et quot cophinos sumpsistis? **10** Neque septem
panum quattuor milium hominum, et quot sportas sumpsis- 15,38 Mc 8,9
tis? **11** Quomodo non intellegitis quia non de panibus dixi
vobis? Sed cavete a fermento pharisaeorum et sadducaeo-

38 manducaverunt V (– Wi) | extra] praeter Wi | ~ parvulos et mulieres W S V ● 39 dimissa turba W S V | Magdala Wi
¶ 16.2 eis] illis V | rubicundum est] rubet Wi ● 3 rutilat] rubet Wi | hypocritae faciem Wi | quidem] ergo W S V (– Wi: *om.*) | potestis] *add.* scire E Si C ● 4 Ionae] *add.* prophetae V (– G) ● 5 discipuli] *add.* eius W S V ● 6 Iesus autem] qui W S V | intuemini] attendite Wi ● 7 dicentes] *add.* quia W S V (– Wi) | intra C ● 8 intra C | quia] quod Wi ● 9 quinque milium] et quinque milia G; inter quinque milia Wi; et quinque milium Co St; in quinque milia E L P Si C | sumpsistis] tuleritis Wi ● 10 quattuor milium] et quattuor milia G; inter quattuor milia Wi; et quattuor milium Co St; in quattuor milia E L P Si C | sumpsistis] tuleritis Wi ● 11 quomodo] quare W S V | quia] quod Wi | de pane W S V | sed *om.* W S V

rum». **12** Tunc intellexerunt quia non dixerit cavendum a
fermento panum, sed a doctrina pharisaeorum et saddu-
caeorum.

Confessio Petri: 16,13-20
(*13-20:* Mc 8,27-30 L 9,18-21)

13 Venit autem Iesus in partes Caesareae Philippi et
interrogabat discipulos suos dicens: «Quem dicunt homines
14,2 esse Filium hominis?». **14** At illi dixerunt: «Alii Ioannem
Mc 6,14s L 9,7s Baptistam, alii autem Eliam, alii vero Ieremiam, aut unum
ex prophetis». **15** Dicit illis: «Vos autem quem me esse dici-
14,33; 27,54 Mc 15,39 tis?». **16** Respondens Simon Petrus dixit: «Tu es Christus,
J 1,49; 11,27 Filius Dei vivi». **17** Respondens autem Iesus dixit ei: «Bea-
tus es, Simon Bariona, quia caro et sanguis non revelavit
J 1,42 tibi, sed Pater meus, qui in caelis est. **18** Et ego dico tibi: Tu
es Petrus, et super hanc petram aedificabo Ecclesiam meam;
Job 38,17 et portae inferi non praevalebunt adversum eam. **19** Tibi
Sap 16,13 Is 38,10 | 18,18 dabo claves regni caelorum; et quodcumque ligaveris super
J 20,23; 21,15-17 terram, erit ligatum in caelis, et quodcumque solveris super
terram, erit solutum in caelis». **20** Tunc praecepit discipulis,
ut nemini dicerent quia ipse esset Christus.

Prima Passionis et Resurrectionis praedictio: 16,21-23
(*21-23:* Mc 8,31-33 L 9,22)

17,22; 20,18s; **21** Exinde coepit Iesus ostendere discipulis suis quia
26,2 Mc 9,31; 10,32-34 oporteret eum ire Hierosolymam et multa pati a senioribus
L 9,44; 18,31-33 et principibus sacerdotum et scribis et occidi et tertia die

12 quia] quod Wi • 14 autem *om.* G • 15 illis] *add.* Iesus V • 16 respondens] *add.* autem Co • 17 ei *om.* W | Bariona] filius Ionae Wi • 18 et¹ *om.* G | tibi] *add.* quia W S V (– Wi) | inferorum Wi | adversus V • 19 tibi dabo] et tibi dabo W S V (– Wi: et ego dabo tibi) | et¹ *om.* Wi | ligatum] *add.* et V | solutum] *add.* et V (– G Wi) • 20 discipulis] *add.* suis W S V | quia] quod Wi | esset] *add.* Iesus W S V • 21 quia] quod Wi | ~ et scribis et principibus sacerdotum W S V

resurgere. 22 Et assumens eum Petrus coepit increpare illum
dicens: «Absit a te, Domine, non erit tibi hoc». 23 Qui con-
versus dixit Petro: «Vade post me, Satana! Scandalum es
mihi, quia non sapis ea, quae Dei sunt, sed ea quae homi-
num!».

Discipulus Iesu tollat crucem suam: 16,24-28
(*24-28:* Mc 8,34–9,1 L 9,23-27)

24 Tunc Iesus dixit discipulis suis: «Si quis vult post me 10,38s L 14,27
venire, abneget semetipsum et tollat crucem suam et sequa-
tur me. 25 Qui enim voluerit animam suam salvam facere, 10,39 L 17,33
perdet eam; qui autem perdiderit animam suam propter me, J 12,25
inveniet eam. 26 Quid enim prodest homini, si mundum
universum lucretur, animae vero suae detrimentum patia-
tur? Aut quam dabit homo commutationem pro anima
sua? 27 Filius enim hominis venturus est in gloria Patris
sui cum angelis suis, et tunc reddet unicuique secundum Ps 62,13; 28,4
opus eius. 28 Amen dico vobis: Sunt quidam de hic stanti- 10,23; 24,34
bus, qui non gustabunt mortem, donec videant Filium ho-
minis venientem in regno suo».

Transfiguratio Iesu: 17,1-9
(*1-9:* Mc 9,2-10 L 9,28-36)

17 Et post dies sex assumit Iesus Petrum et Iacobum et
Ioannem fratrem eius et ducit illos in montem ex-
celsum seorsum. 2 Et transfiguratus est ante eos; et resplen- 2P 1,16-18
duit facies eius sicut sol, vestimenta autem eius facta sunt
alba sicut lux. 3 Et ecce apparuit illis Moyses et Elias cum
eo loquentes. 4 Respondens autem Petrus dixit ad Iesum:
«Domine, bonum est nos hic esse. Si vis, faciam hic tria ta-

23 Petro *om.* G | quia *om.* Wi | quae[2]] *add.* sunt G ● 26 ~ universum mundum E Wi | lucraretur Wi ● 27 opera V (– Wi)
¶ 17.1 assumpsit W S G Co E St Si | duxit Co E St Si ● 2 lux] nix W S V ● 3 apparuerunt V (– Wi) ● 4 faciamus W S V

bernacula: tibi unum et Moysi unum et Eliae unum». **5** Ad-
huc eo loquente, ecce nubes lucida obumbravit eos; et ecce
Ps 2,7 Is 42,1 vox de nube dicens: «Hic est Filius meus dilectus, in quo
Dt 18,15 mihi bene complacui; ipsum audite». **6** Et audientes disci-
3,17 puli ceciderunt in faciem suam et timuerunt valde. **7** Et
accessit Iesus et tetigit eos dixitque eis: «Surgite et nolite
timere». **8** Levantes autem oculos suos, neminem viderunt
nisi solum Iesum.

9 Et descendentibus illis de monte, praecepit eis Iesus
dicens: «Nemini dixeritis visionem, donec Filius hominis a
mortuis resurgat».

De Elia iterum venturo: 17,10-13
(*10-13:* Mc 9,13-29)

10 Et interrogaverunt eum discipuli dicentes: «Quid ergo
scribae dicunt quod Eliam oporteat primum venire?». **11** At
Ml 3,23 𝔊 ille respondens ait: «Elias quidem venturus est et restituet
11,14 omnia. **12** Dico autem vobis quia Elias iam venit, et non
cognoverunt eum, sed fecerunt in eo, quaecumque volue-
runt; sic et Filius hominis passurus est ab eis». **13** Tunc
L 1,17 intellexerunt discipuli quia de Ioanne Baptista dixisset eis.

Iesus puerum lunaticum a daemonio liberat: 17,14-21
(*14-21:* Mc 9,14-29 L 9,37-42)

14 Et cum venissent ad turbam, accessit ad eum homo
genibus provolutus ante eum **15** et dicens: «Domine, mise-
rere filii mei, quia lunaticus est et male patitur; nam saepe
cadit in ignem et crebro in aquam. **16** Et obtuli eum disci-
pulis tuis, et non potuerunt curare eum». **17** Respondens

4 et[1] *om.* Co E Wi Si C ● **5** bene *om.* Wi | complacuit S Co; complacitum est Wi ● **9** eis *om.* W S G E Wi St ● **11** ait] *add.* eis W S V (− E Wi: *add.* illis) | est] *add.* primum Co; *add.* prius Wi ● **12** quia] quod Wi ● **13** quia] quod Wi ● **14** venisset W S V ● **15** et[1] *om.* W S V | filio meo W V

autem Iesus ait: «O generatio incredula et perversa, quous-
que ero vobiscum? Usquequo patiar vos? Afferte huc illum
ad me». **18** Et increpavit eum Iesus, et exiit ab eo daemo-
nium, et curatus est puer ex illa hora. **19** Tunc accesserunt
discipuli ad Iesum secreto et dixerunt: «Quare nos non
potuimus eicere illum?». **20** Ille autem dicit illis: «Propter
modicam fidem vestram. Amen quippe dico vobis: Si ha- 21,21 Mc 11,23
bueritis fidem sicut granum sinapis, dicetis monti huic: L 17,6
"Transi hinc illuc!", et transibit, et nihil impossibile erit
vobis». **(21)**

Altera Passionis et Resurrectionis praedictio: 17,22-23
(*22-23:* Mc 9,30-32 L 9,43b-45)

22 Conversantibus autem eis in Galilaea, dixit illis Iesus:
«Filius hominis tradendus est in manus hominum, **23** et 16,21; 20,18s
occident eum, et tertio die resurget». Et contristati sunt
vehementer.

De didrachmate solvendo: 17,24-27

24 Et cum venissent Capharnaum, accesserunt, qui di-
drachma accipiebant, ad Petrum et dixerunt: «Magister
vester non solvit didrachma?». **25** Ait: «Etiam». Et cum Ex 30,13
intrasset domum, praevenit eum Iesus dicens: «Quid tibi
videtur, Simon? Reges terrae a quibus accipiunt tributum
vel censum? A filiis suis an ab alienis?». **26** Cum autem ille
dixisset: «Ab alienis», dixit illi Iesus: «Ergo liberi sunt filii.
27 Ut autem non scandalizemus eos, vade ad mare et mitte

17 autem *om.* W S G L P | ait] dixit G | perversa] prava Wi ● 18 eum] illum V; ei S ● 20 ille autem dicit illis] dicit illis W S G; dicit illis Iesus E; dixit illis Iesus V (– G E) | modicam fidem] incredulitatem W S V | illuc *om.* W S G E Wi Si ● 21 hoc autem genus non eicitur nisi per orationem et ieiunium W S V ● 23 tertia die V ● 24 Capernaum Wi | dixerunt] *add.* ei V (– Wi) | didrachmam[1+2] G Co E ● 25 intrasset] *add.* in V | vel] aut Wi ● 26 cum autem ille dixisset] et ille dixit W S V

hamum; et eum piscem, qui primus ascenderit, tolle, et aperto ore eius invenies staterem. Illum sumens, da eis pro me et te».

De conversatione fratrum: 18,1-35

Quis inter discipulos maior: 18,1-5

(*1-5:* Mc 9,33-37 L 9,46-48)

L 22,24-26 **18** In illa hora accesserunt discipuli ad Iesum dicentes:
«Quis putas maior est in regno caelorum?». **2** Et ad-
vocans parvulum, statuit eum in medio eorum **3** et dixit:
19,14 «Amen dico vobis: Nisi conversi fueritis et efficiamini sicut
Mc 10,15 L 18,17 parvuli, non intrabitis in regnum caelorum. **4** Quicumque
ergo humiliaverit se sicut parvulus iste, hic est maior in
regno caelorum. **5** Et, qui susceperit unum parvulum talem
in nomine meo, me suscipit.

Pusilli neque scandalizandi neque contemnendi: 18,6-11

(*6-9:* Mc 9,42-47 L 17,1 s)

6 Qui autem scandalizaverit unum de pusillis istis, qui in
me credunt, expedit ei, ut suspendatur mola asinaria in collo
eius et demergatur in profundum maris. **7** Vae mundo ab
scandalis! Necesse est enim ut veniant scandala; verumta-
men vae homini, per quem scandalum venit!
5,30 **8** Si autem manus tua vel pes tuus scandalizat te, abscide
eum et proice abs te: bonum tibi est ad vitam ingredi debi-
lem vel claudum, quam duas manus vel duos pedes haben-
5,29 tem mitti in ignem aeternum. **9** Et si oculus tuus scandalizat
te, erue eum et proice abs te: bonum tibi est unoculum in
vitam intrare, quam duos oculos habentem mitti in gehen-
nam ignis.
10 Videte, ne contemnatis unum ex his pusillis; dico enim
vobis quia angeli eorum in caelis semper vident faciem
Patris mei, qui in caelis est. **(11)**

¶ **18.2** advocans] *add.* Iesus W S V ● **4** ~ maior est Wi ● **7** ab] a V (- G E) | homini] *add.* illi V (- G E Wi) ● **8** abscinde V (- G E C) | ~ est tibi E Wi ● **9** ~ est tibi E Wi | unoculum] cum uno oculo E Wi Si C; unum oculum habentem G Co St L P ● **10** quia] quod Wi ● **11** venit enim Filius hominis salvare quod perierat W S V

Parabola de ove perdita: 18,12-14
(12-14: L 15,4-7)

12 Quid vobis videtur? Si fuerint alicui centum oves, et J 10,11-15
erraverit una ex eis, nonne relinquet nonaginta novem in
montibus et vadit quaerere eam, quae erravit? **13** Et si con-
tigerit ut inveniat eam, amen dico vobis quia gaudebit super
eam magis quam super nonaginta novem, quae non errave-
runt. **14** Sic non est voluntas ante Patrem vestrum, qui in
caelis est, ut pereat unus de pusillis istis.

De correctione fraterna: 18,15-20

15 Si autem peccaverit in te frater tuus, vade, corripe Lv 19,17 L 17,3
eum inter te et ipsum solum. Si te audierit, lucratus es fra-
trem tuum; **16** si autem non audierit, adhibe tecum adhuc
unum vel duos, ut *in ore duorum testium vel trium stet omne* Dt 19,15
verbum; **17** quod si noluerit audire eos, dic ecclesiae; si
autem et ecclesiam noluerit audire, sit tibi sicut ethnicus et
publicanus. **18** Amen dico vobis: Quaecumque alligaveritis 16,19 J 20,23
super terram, erunt ligata in caelo, et quaecumque solveritis
super terram, erunt soluta in caelo.
19 Iterum dico vobis: Si duo ex vobis consenserint super 7,7
terram de omni re, quamcumque petierint, fiet illis a Patre
meo, qui in caelis est. **20** Ubi enim sunt duo vel tres con-
gregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum». 28,20

Quoties de peccatis dimittendum: 18,21-22

21 Tunc accedens Petrus dixit ei: «Domine, quotiens pec-
cabit in me frater meus, et dimittam ei? Usque septies?».
22 Dicit illi Iesus: «Non dico tibi usque septies sed usque Gn 4,24 L 17,4
septuagies septies.

12 relinquit V (– Co) | in montibus] in deserto E | quaerere] et quaerit Wi • 13 quia] quod Wi | gaudet V (– E Wi) • 15 vade] *add.* et W S V | es] eris W V (– Wi) • 16 non] te non V (– G Co); non te W S G Co | ~ vel trium testium V • 17 noluerit audire[1+2]] non audierit W S V | et[1] *om.* V • 18 ligata] *add.* et W S V | soluta] *add.* et W S V | caelo[2]] caelis Wi • 19 vobis[1]] *add.* quia W S V (– Wi) | quacumque W S • 21 Petrus] *add.* ad eum W S V | ei[1] *om.* W S V • 22 dixit Co St L P | septuagesies E

Parabola de creditore inexorabili: 18,23-35

23 Ideo assimilatum est regnum caelorum homini regi,
25,19 qui voluit rationem ponere cum servis suis. **24** Et cum
coepisset rationem ponere, oblatus est ei unus, qui debebat
decem milia talenta. **25** Cum autem non haberet, unde red-
deret, iussit eum dominus venumdari et uxorem et filios
et omnia, quae habebat, er reddi. **26** Procidens igitur servus
ille adorabat eum dicens: "Patientiam habe in me, et omnia
L 7,42 reddam tibi". **27** Misertus autem dominus servi illius di-
misit eum et debitum dimisit ei. **28** Egressus autem servus
ille invenit unum de conservis suis, qui debebat ei centum
denarios, et tenens suffocabat eum dicens: "Redde, quod
debes!". **29** Procidens igitur conservus eius rogabat eum
dicens: "Patientiam habe in me, et reddam tibi". **30** Ille
autem noluit, sed abiit et misit eum in carcerem, donec
redderet debitum.

31 Videntes autem conservi eius, quae fiebant, contristati
sunt valde et venerunt et narraverunt domino suo omnia,
quae facta erant. **32** Tunc vocavit illum dominus suus et ait
illi: "Serve nequam, omne debitum illud dimisi tibi, quo-
niam rogasti me; **33** non oportuit et te misereri conservi
tui, sicut et ego tui misertus sum?". **34** Et iratus dominus
eius tradidit eum tortoribus, quoadusque redderet univer-
sum debitum. **35** Sic et Pater meus caelestis faciet vobis, si
6,15 non remiseritis unusquisque fratri suo de cordibus vestris».

24 debebat] *add.* ei V | talentorum Wi • 25 dominus] *add.* eius V (- E) | uxorem] *add.* eius W S V • 26 igitur] autem W S V | orabat W S V (- Co; - E Wi: rogabat) | dicens] *add.* Domine Co • 28 tenens] *add.* eum Wi | redde] *add.* mihi Co • 29 procidens igitur] et procidens W S V | eius] *add.* ad pedes eius Co | et] *add.* omnia W S V • 31 erant] fuerant V • 32 illud *om.* W S V (- Co) • 33 non] nonne ergo V; non ergo W S • 34 debitum] *add.* ei Co

ACTIONES IESU IN IUDAEA ET IERUSALEM: 19,1–25,46

Iter Hierosolymitanum: 19,1–20,34

Profectio in Iudaeam: 19,1-2

(*1-2:* Mc 10,1 L 9,51)

19 Et factum est cum consummasset Iesus sermones
istos, migravit a Galilaea et venit in fines Iudaeae
trans Iordanem. **2** Et secutae sunt eum turbae multae, et
curavit eos ibi.

De matrimonio et virginitate: 19,3-12

(*3-9:* Mc 10,2-12)

3 Et accesserunt ad eum pharisaei tentantes eum et di-
centes: «Licet homini dimittere uxorem suam quacumque
ex causa?». **4** Qui respondens ait: «Non legistis quia, qui
creavit ab initio, *masculum et feminam fecit eos* **5** et dixit: Gn 1,27
“*Propter hoc dimittet homo patrem et matrem et adhaerebit* Gn 2,24
uxori suae, et erunt duo in carne una?”. **6** Itaque iam non
sunt duo sed una caro. Quod ergo Deus coniunxit, homo
non separet». **7** Dicunt illi: «Quid ergo Moyses mandavit
dari libellum repudii et dimittere?». **8** Ait illis: «Moyses ad Dt 24,1 5,31
duritiam cordis vestri permisit vobis dimittere uxores ves-
tras; ab initio autem non sic fuit. **9** Dico autem vobis quia
quicumque dimiserit uxorem suam, nisi ob fornicationem, 5,32 L 16,18 1K 7,10s
et aliam duxerit, moechatur».
10 Dicunt ei discipuli eius: «Si ita est causa hominis cum
uxore, non expedit nubere». **11** Qui dixit eis: «Non omnes
capiunt verbum istud, sed quibus datum est. **12** Sunt enim
eunuchi, qui de matris utero sic nati sunt; et sunt eunuchi,

¶ 19.3 dicentes] *add.* si W S V | quacumque] qualibet Wi ● 4 ait] *add.* eis W S V (– Co: *add.* illis) | quia] quod Wi | creavit] fecit (+ hominem Co E Wi St Si C; + homines G) W S V ● 6 ergo] *om.* G; autem Wi ● 7 dare V (– G Co E) | dimittere] *add.* eam Co ● 8 ait] et ait E | illis] *add.* quoniam W S V (– Wi) | ~ fuit sic V ● 9 quia *om.* Wi | moechatur] *add.* et qui dimissam duxerit moechatur W S V (– Wi) ● 10 discipuli sui Wi | homini W S | uxore] muliere W ● 11 eis] illis V (– G); *om.* W S G

qui facti sunt ab hominibus; et sunt eunuchi, qui seipsos
castraverunt propter regnum caelorum. Qui potest capere,
capiat».

Parvulis manus imponit: 19,13-15
(*13-15:* Mc 10,13-16 L 18,15-17)

13 Tunc oblati sunt ei parvuli, ut manus eis imponeret et
oraret; discipuli autem increpabant eis. **14** Iesus vero ait:
18,3 «Sinite parvulos et nolite eos prohibere ad me venire; talium
est enim regnum caelorum». **15** Et cum imposuisset eis ma-
nus, abiit inde.

De divitiarum periculis et de mercede renuntiationis: 19,16-30
(*16-30:* Mc 10,17-31 L 18,18-30)

16 Et ecce unus accedens ait illi: «Magister, quid boni
faciam, ut habeam vitam aeternam?». Qui dixit ei: **17** «Quid
me interrogas de bono? Unus est bonus. Si autem vis ad
vitam ingredi, serva mandata».
Ex 20,12-16 Dt 5,16-20 **18** Dicit illi: «Quae?». Iesus autem dixit: «*Non homici-
dium facies, non adulterabis, non facies furtum, non falsum
testimonium dices,* **19** *honora patrem et matrem* et *diliges*
Lv 19,18 *proximum tuum sicut teipsum*». **20** Dicit illi adulescens:
«Omnia haec custodivi. Quid adhuc mihi deest?». **21** Ait
illi Iesus: «Si vis perfectus esse, vade, vende, quae habes, et
6,20 | 8,22 da pauperibus, et habebis thesaurum in caelo; et veni, se-
quere me». **22** Cum audisset autem adulescens verbum,
abiit tristis; erat enim habens multas possessiones.
23 Iesus autem dixit discipulis suis: «Amen dico vobis:

13 eis[2]] eos W V ● 14 ait] *add.* eis W S V ● 16 magister] *add.* bone W S V ● 17 interrogas ... bonus] dicis bonum? nullus est bonus nisi unus, nempe Deus Wi | bonus] *add.* Deus W S V (– Wi) ● 18 facies[1]] facias G ● 19 patrem] *add.* tuum V (– G) | matrem] *add.* tuam V (– G E Wi) | et[2] *om.* G Co St L P ● 20 custodivi] *add.* a iuventute mea V (– G Si) ● 21 Iesus *om.* Wi | vade] *add.* et Co E Wi | vende] *add.* omnia Co E St Si ● 23 vobis] *add.* quia W S V

Dives difficile intrabit in regnum caelorum. **24** Et iterum
dico vobis: Facilius est camelum per foramen acus transire,
quam divitem intrare in regnum Dei». **25** Auditis autem his,
discipuli mirabantur valde dicentes: «Quis ergo poterit sal-
vus esse?». **26** Aspiciens autem Iesus dixit illis: «Apud ho-
mines hoc impossibile est, apud Deum autem omnia possi- Gn 18,14
bilia sunt». Job 42,2 L 1,37

27 Tunc respondens Petrus dixit ei: «Ecce nos reliquimus
omnia et secuti sumus te. Quid ergo erit nobis?». **28** Iesus
autem dixit illis: «Amen dico vobis quod vos, qui secuti
estis me, in regeneratione, cum sederit Filius hominis in 25,31
throno gloriae suae, sedebitis et vos super thronos duode- Ap 3,21 L 22,30
cim, iudicantes duodecim tribus Israel. **29** Et omnis, qui
reliquit domos vel fratres aut sorores aut patrem aut ma-
trem aut filios aut agros propter nomen meum, centuplum
accipiet et vitam aeternam possidebit.

30 Multi autem erunt primi novissimi, et novissimi 20,16
primi. L 13,30

Parabola de operariis vineae: 20,1-16

20 Simile est enim regnum caelorum homini patri fami-
lias, qui exiit primo mane conducere operarios in
vineam suam; **2** conventione autem facta cum operariis ex
denario diurno, misit eos in vineam suam. **3** Et egressus
circa horam tertiam vidit alios stantes in foro otiosos **4** et
illis dixit: "Ite et vos in vineam; et, quod iustum fuerit, dabo
vobis". **5** Illi autem abierunt. Iterum autem exiit circa sex-

24 Dei] caelorum W S V • 25 esse] fieri Wi • 28 in throno gloriae] in sede maiestatis W S V | thronos] sedes W S V • 29 reliquerit V (– G) | domum W S V | matrem] *add.* aut uxorem W S V

¶ 20.1 enim *om.* V (– Wi: ~ enim est) | mane] diluculo Wi • 4 ~ dixit illis V (– G) | vineam] *add.* meam V (– G L P)

tam et nonam horam et fecit similiter. **6** Circa undecimam
vero exiit et invenit alios stantes et dicit illis: "Quid hic
statis tota die otiosi?". **7** Dicunt ei: "Quia nemo nos con-
duxit". Dicit illis: "Ite et vos in vineam".

Lv 19,13 Dt 24,15 **8** Cum sero autem factum esset, dicit dominus vineae
procuratori suo: "Voca operarios et redde illis mercedem
incipiens a novissimis usque ad primos". **9** Et cum venissent,
qui circa undecimam horam venerant, acceperunt singuli
denarium. **10** Venientes autem primi arbitrati sunt quod
plus essent accepturi; acceperunt autem et ipsi singuli dena-
rium. **11** Accipientes autem murmurabant adversus patrem
familias **12** dicentes: "Hi novissimi una hora fecerunt, et
pares illos nobis fecisti, qui portavimus pondus diei et
aestum!". **13** At ille respondens uni eorum dixit: "Amice,
non facio tibi iniuriam; nonne ex denario convenisti me-
cum? **14** Tolle, quod tuum est, et vade; volo autem et huic
novissimo dare sicut et tibi. **15** Aut non licet mihi, quod
volo, facere de meis? An oculus tuus nequam est, quia ego
bonus sum?".

19,30 Mc 10,31 L 13,30 **16** Sic erunt novissimi primi, et primi novissimi».

Tertia Passionis et Resurrectionis praedictio: 20,17-19
(17-19: Mc 10,32-34 L 18,31-34)

17 Et ascendens Iesus Hierosolymam assumpsit Duode-
cim discipulos secreto et ait illis in via: **18** «Ecce ascendimus

7 dixit Co E | vineam] *add.* meam V (- G L P) • 9 et cum venissent] cum venissent ergo W S V | singulos denarios W S V (- Wi) • 10 autem] *add.* et W S V | singulos denarios W S V (- Wi) • 11 accipientes autem] et accipientes W S V • 12 unam horam Wi | aestus W S V (- Wi) • 15 aut] an Wi | de meis *om.* W S V (- Wi: in rebus meis) | quia] quod Wi • 16 novissimi[2]] *add.* multi sunt enim (enim sunt V) vocati, pauci autem (vero V) electi W S V • 17 discipulos] *add.* suos E | in via *om.* W S V

Hierosolymam, et Filius hominis tradetur principibus sa- 16,21; 17,22s
cerdotum et scribis, et condemnabunt eum morte 19 et tra- 27,63; 28,6 L 9,22;
dent eum gentibus ad illudendum et flagellandum et cruci- 24,7.46 Act 10,40
figendum, et tertia die resurget». 1K 15,4

De dominando et de ministrando: 20,20-28
(*20-23:* Mc 10,35-40 *24-28:* Mc 10,41-45 L 22,24-27)

20 Tunc accessit ad eum mater filiorum Zebedaei cum
filiis suis, adorans et petens aliquid ab eo. 21 Qui dixit ei:
«Quid vis?». Ait illi: «Dic ut sedeant hi duo filii mei unus
ad dexteram tuam et unus ad sinistram in regno tuo».
22 Respondens autem Iesus dixit: «Nescitis quid petatis. 26,39 J 18,11
Potestis bibere calicem, quem ego bibiturus sum?». Dicunt
ei: «Possumus». 23 Ait illis: «Calicem quidem meum bibe-
tis, sedere autem ad dexteram meam et sinistram non est
meum dare illud, sed quibus paratum est a Patre meo».

24 Et audientes decem indignati sunt de duobus fratri-
bus. 25 Iesus autem vocavit eos ad se et ait: «Scitis quia
principes gentium dominantur eorum et, qui magni sunt,
potestatem exercent in eos. 26 Non ita erit inter vos, sed 23,11 Mc 9,35
quicumque voluerit inter vos magnus fieri, erit vester minis- L 9,48
ter; 27 et, quicumque voluerit inter vos primus esse, erit
vester servus; 28 sicut Filius hominis non venit ministrari

19 deludendum W S G • 21 unus²] alter Wi • 22 sum] *add.* et baptismate baptizari, quo ego baptizor Wi • 23 bibetis] *add.* et baptismate, quo ego baptizor, baptizamini Wi | et] vel Co E St Si C | illud] vobis W S V • 25 magni] maiores W S V | in eos] inter eos G Co E St • 26 ~ erit ita Wi | magnus] maior W S V | erit²] sit W S V • 27 quicumque] qui W S V • 28 ministrari] ut sibi ministretur Wi

Is 53,12 1 T 2,6 sed ministrare et dare animam suam redemptionem pro
multis».

Duo caeci prope Iericho sanantur: 20,29-34
(*29-34:* Mc 10,46-52 L 18,35-43)

29–34: 9,27-30 29 Et egredientibus illis ab Iericho, secuta est eum turba
multa. 30 Et ecce duo caeci sedentes secus viam audierunt
9,27; 15,22 quia Iesus transiret et clamaverunt dicentes: «Domine, mi-
serere nostri, fili David!». 31 Turba autem increpabat eos,
ut tacerent; at illi magis clamabant dicentes: «Domine, mi-
serere nostri, fili David!». 32 Et stetit Iesus et vocavit eos
et ait: «Quid vultis, ut faciam vobis?». 33 Dicunt illi: «Do-
mine, ut aperiantur oculi nostri». 34 Misertus autem Iesus,
tetigit oculos eorum; et confestim viderunt et secuti sunt
eum.

Disputationes in Ierusalem: 21,1–23,39
Iesus Hierosolymam intrat: 21,1-11
(*1-11:* Mc 11,1-11 L 19,28-40 J 12,12-19)

21 Et cum appropinquassent Hierosolymis et venissent
Bethfage, ad montem Oliveti, tunc Iesus misit duos
discipulos 2 dicens eis: «Ite in castellum, quod contra vos
est, et statim invenietis asinam alligatam et pullum cum ea;
solvite et adducite mihi. 3 Et si quis vobis aliquid dixerit,

28 ministrare] ut ministret Wi | dare] det Wi | in redemptionem Wi Si ● 29 et *om.* Wi | illis] eis S ● 30 quia] quod Wi ● 31 increpabant Wi ● 33 dicunt illi *om.* G ● 34 autem] *add.* eorum W S V
¶ 21.1 appropinquasset Co | Hierosolymis et venissent *om.* Wi | venisset Co

dicite: "Dominus eos necessarios habet", et confestim di-
mittet eos». **4** Hoc autem factum est, ut impleretur, quod
dictum est per prophetam dicentem:

5 «*Dicite filiae Sion:* Is 62,11 Zch 9,9
Ecce Rex tuus venit tibi,
mansuetus et sedens super asinam
et super pullum filium subiugalis».

6 Euntes autem discipuli fecerunt, sicut praecepit illis
Iesus, **7** et adduxerunt asinam et pullum, et imposuerunt
super eis vestimenta sua, et sedit super ea. **8** Plurima autem
turba straverunt vestimenta sua in via; alii autem caedebant
ramos de arboribus et sternebant in via. **9** Turbae autem,
quae praecedebant eum et quae sequebantur, clamabant
dicentes: «*Hosanna* filio David! *Benedictus, qui venit in no-* Ps 118,25s 23,39 L 13,35
mine Domini! Hosanna in altissimis!».

10 Et cum intrasset Hierosolymam, commota est uni-
versa civitas dicens: «Quis est hic?». **11** Turbae autem dice-
bant: «Hic est Iesus propheta a Nazareth Galilaeae».

Mercatores e templo eicit: 21,12-17
(*12-17:* Mc 11,15-19 L 19,45-48 J 2,13-16)

12 Et intravit Iesus in templum et eiciebat omnes ven-
dentes et ementes in templo, et mensas nummulariorum
evertit et cathedras vendentium columbas, **13** et dicit eis:

3 dicite] *add.* quia W S V (– Wi) | eos necessarios] his opus W S V • 4 autem] *add.* totum Si C | adimpleretur V (– Wi) • 5 et[1] *om.* V (– L P) | super[2] *om.* W S V • 7 super eis] super eos V | et sedit super ea] et eum desuper sedere fecerunt W S V • 9 eum *om.* W S V | venit] venturus est W S | altissimis] excelsis Wi • 11 turbae] populi W S V | Iesus] *add.* ille Wi • 12 templum] *add.* Dei W S V | ~ et cathedras vendentium columbas evertit W S V • 13 dixit E Wi

Is 56,7 «Scriptum est: "*Domus mea domus orationis vocabitur*". Vos
Jr 7,11 autem facitis eam *speluncam latronum*».

14 Et accesserunt ad eum caeci et claudi in templo, et
sanavit eos. **15** Videntes autem principes sacerdotum et
scribae mirabilia, quae fecit, et pueros clamantes in templo
et dicentes: «Hosanna filio David», indignati sunt **16** et
dixerunt ei: «Audis quid isti dicant?». Iesus autem dicit eis:
Ps 8,3 «Utique; numquam legistis: "*Ex ore infantium et lactantium*
perfecisti laudem"?». **17** Et relictis illis, abiit foras extra
civitatem in Bethaniam ibique mansit.

De ficulnea arefacta: 21,18-22
(*18-19:* Mc 11,12-14 *20-22:* Mc 11,20-25)

18 Mane autem revertens in civitatem, esuriit. **19** Et
L 13,6 videns fici arborem unam secus viam, venit ad eam; et nihil
invenit in ea nisi folia tantum et ait illi: «Numquam ex te
fructus nascatur in sempiternum». Et arefacta est continuo
ficulnea. **20** Et videntes discipuli mirati sunt dicentes: «Quo-
modo continuo aruit ficulnea?». **21** Respondens autem
L 17,6 Iesus ait eis: «Amen dico vobis: Si habueritis fidem et non
haesitaveritis, non solum de ficulnea facietis, sed et si monti
huic dixeritis: "Tolle et iacta te in mare", fiet. **22** Et omnia,
7,7 quaecumque petieritis in oratione credentes, accipietis».

De potestate Iesu et de baptismo Ioannis: 21,23-27
(*23-27:* Mc 11,27-33 L 20,1-8)

23 Et cum venisset in templum, accesserunt ad eum do-
centem principes sacerdotum et seniores populi dicentes:
«In qua potestate haec facis? Et quis tibi dedit hanc potes-
tatem?». **24** Respondens autem Iesus dixit illis: «Interro-
gabo vos et ego unum sermonem, quem si dixeritis mihi,
et ego vobis dicam, in qua potestate haec facio: **25** Baptis-
mum Ioannis unde erat? A caelo an ex hominibus?». At

13 fecistis W S V | eam] illam W V ● **16** dicant] dicunt V | dicit] dixit V (– Wi) | legistis] *add.* quia W S V (– Wi) | lactentium V (– G) ● **20** ficulnea *om.* W S V ● **21** et[2] *om.* Wi | tolle] tollere Co Wi ● **23** seniores] *add.* et Wi | in qua] qua Wi ● **24** autem *om.* W S V (– E Wi) | illis] eis V | in qua] qua Wi ● **25** baptismus V (– G Co) | a caelo] e caelo W S V

illi cogitabant inter se dicentes: «Si dixerimus: "E caelo",
dicet nobis: "Quare ergo non credidistis illi?"; 26 si autem
dixerimus: "Ex hominibus", timemus turbam; omnes enim 14,5
habent Ioannem sicut prophetam». 27 Et respondentes Iesu
dixerunt: «Nescimus». Ait illis et ipse: «Nec ego dico vobis
in qua potestate haec facio».

Parabola de duobus filiis: 21,28-32

28 «Quid autem vobis videtur? Homo quidam habebat
duos filios. Et accedens ad primum dixit: "Fili, vade hodie,
operare in vinea". 29 Ille autem respondens ait: "Nolo";
postea autem paenitentia motus abiit. 30 Accedens autem
ad alterum dixit similiter. At ille respondens ait: "Eo, do-
mine"; et non ivit. 31 Quis ex duobus fecit voluntatem pa- L 7,29s
tris?». Dicunt: «Primus». Dicit illis Iesus: «Amen dico vo-
bis: Publicani et meretrices praecedunt vos in regnum Dei.
32 Venit enim ad vos Ioannes in via iustitiae, et non credi-
distis ei; publicani autem et meretrices crediderunt ei. Vos
autem videntes nec paenitentiam habuistis postea, ut cre-
deretis ei.

Parabola de vinitoribus malis: 21,33-46
(33-46: Mc 12,1-12 L 20,9-19)

33 Aliam parabolam audite. Homo erat pater familias,
qui *plantavit vineam et saepem circumdedit ei et fodit in ea* Is 5,1 s ⓐ
torcular et aedificavit turrim et locavit eam agricolis et pere-
gre profectus est. 34 Cum autem tempus fructuum appro-
pinquasset, misit servos suos ad agricolas, ut acciperent

26 habebant V (– L P) ● 27 in qua] qua Wi | faciam W ● 28 quidam *om.* W S | operari G E St; et operare Wi | vinea] *add.* mea W S V (– Co E: vineam meam) ● 31 dicunt] et dicunt E Wi; *add.* ei V (– G) | primus] novissimus S | vobis] *add.* quia W S V (– Wi) | praecedent E Wi St Si C | in regno S G Co E Wi St ● 32 enim] autem G ● 33 saepe W

22,6 fructus eius. **35** Et agricolae, apprehensis servis eius, alium
ceciderunt, alium occiderunt, alium vero lapidaverunt.
36 Iterum misit alios servos plures prioribus, et fecerunt
illis similiter. **37** Novissime autem misit ad eos filium suum
dicens: "Verebuntur filium meum". **38** Agricolae autem
videntes filium dixerunt intra se: "Hic est heres. Venite,
occidamus eum et habebimus hereditatem eius". **39** Et ap-
prehensum eum eiecerunt extra vineam et occiderunt.
40 Cum ergo venerit dominus vineae, quid faciet agricolis
illis?». **41** Aiunt illi: «Malos male perdet et vineam locabit
aliis agricolis, qui reddant ei fructum temporibus suis».
42 Dicit illis Iesus: «Numquam legistis in Scripturis:

Ps 118,22s ⊕ "*Lapidem quem reprobaverunt aedificantes,*
hic factus est in caput anguli;
a Domino factum est istud
et est mirabile in oculis nostris"?

43 Ideo dico vobis quia auferetur a vobis regnum Dei et dabitur genti facienti fructus eius. **44** Et, qui ceciderit super lapidem istum confringetur; super quem vero ceciderit, conteret eum».

45 Et cum audissent principes sacerdotum et pharisaei
parabolas eius, cognoverunt quod de ipsis diceret; **46** et
26,4s quaerentes eum tenere, timuerunt turbas, quoniam sicut
prophetam eum habebant.

Parabola de nuptiis regis: 22,1-14
(*1-10:* L 14,15-24)

22 Et respondens Iesus dixit iterum in parabolis eis
dicens: **2** «Simile factum est regnum caelorum ho-
mini regi, qui fecit nuptias filio suo. **3** Et misit servos suos

35 alium occiderunt *om.* Wi • 37 verebuntur] *add.* forte Co E St Si • 41 vineam] *add.* suam V(– G) | reddent St L P • 42 ~ est factus G Co St L P | istud] illud Wi • 43 quia *om.* Wi • 44 conterit G

vocare invitatos ad nuptias, et nolebant venire. **4** Iterum
misit alios servos dicens: "Dicite invitatis: Ecce prandium
meum paravi, tauri mei et altilia occisa, et omnia parata;
venite ad nuptias". **5** Illi autem neglexerunt et abierunt,
alius in villam suam, alius vero ad negotiationem suam;
6 reliqui vero tenuerunt servos eius et contumelia affectos 21,35
occiderunt.

7 Rex autem iratus est et, missis exercitibus suis, perdidit
homicidas illos et civitatem illorum succendit. **8** Tunc ait
servis suis: "Nuptiae quidem paratae sunt, sed qui invitati
erant, non fuerunt digni; **9** ite ergo ad exitus viarum et
quoscumque inveneritis, vocate ad nuptias". **10** Et egressi
servi illi in vias, congregaverunt omnes, quos invenerunt,
malos et bonos; et impletae sunt nuptiae discumbentium.
11 Intravit autem rex, ut videret discumbentes, et vidit ibi
hominem non vestitum veste nuptiali **12** et ait illi: "Amice,
quomodo huc intrasti, non habens vestem nuptialem?". At
ille obmutuit. **13** Tunc dixit rex ministris: "Ligate pedes
eius et manus et mittite eum in tenebras exteriores: ibi erit 8,12
fletus et stridor dentium". **14** Multi enim sunt vocati, pauci
vero electi».

De censu Caesaris: 22,15-22
(*15-22:* Mc 12,13-17 L 20,20-26)

15 Tunc abeuntes pharisaei consilium inierunt, ut cape-
rent eum in sermone. **16** Et mittunt ei discipulos suos cum
herodianis dicentes: «Magister, scimus quia verax es et
viam Dei in veritate doces et non est tibi cura de aliquo;

¶ **22.3** vocare] ut vocarent Wi • **4** occisa] *add.* sunt Co E Wi Si C • **6** contumeliis V (– G) • **7** autem] *add.* cum audisset W S V • **10** illi] eius W S V | discumbentibus Wi • **11** ibi *om.* Wi • **13** ligate pedes eius et manus et] ligatis manibus et pedibus eius V (– Wi St); ligatis pedibus eius et manibus W S; ligatis pedibus et manibus eius Wi St • **14** enim] autem W S Co E

non enim respicis personam hominum. **17** Dic ergo nobis
quid tibi videatur: Licet censum dare Caesari an non?».
18 Cognita autem Iesus nequitia eorum, ait: «Quid me ten-
tatis, hypocritae? **19** Ostendite mihi nomisma census». At
illi obtulerunt ei denarium. **20** Et ait illis: «Cuius est imago
haec et suprascriptio?». **21** Dicunt ei: «Caesaris». Tunc ait
illis: «Reddite ergo, quae sunt Caesaris, Caesari et, quae
sunt Dei, Deo». **22** Et audientes mirati sunt et relicto eo
abierunt.

De resurrectione mortuorum: 22,23-33
(*23-33:* Mc 12,18-27 L 20,27-38)

Act 23,8 **23** In illo die accesserunt ad eum sadducaei, qui dicunt
non esse resurrectionem, et interrogaverunt eum **24** dicen-
Dt 25,5s tes: «Magister, Moyses dixit, *si quis mortuus fuerit non habens*
Gn 38,8 *filios, ut ducat frater eius uxorem illius et suscitet semen fratri*
suo. **25** Erant autem apud nos septem fratres: et primus,
uxore ducta, defunctus est et non habens semen reliquit
uxorem suam fratri suo; **26** similiter secundus et tertius
usque ad septimum. **27** Novissime autem omnium mulier
defuncta est. **28** In resurrectione ergo cuius erit de septem
uxor? Omnes enim habuerunt eam». **29** Respondens autem
Iesus ait illis: «Erratis nescientes Scripturas neque virtutem
Dei; **30** in resurrectione enim neque nubent neque nuben-
tur, sed sunt sicut angeli in caelo. **31** De resurrectione autem
mortuorum non legistis, quod dictum est vobis a Deo di-
Ex 3,6 cente: **32** "*Ego sum Deus Abraham et Deus Isaac et Deus*
Iacob"? Non est Deus mortuorum sed viventium». **33** Et
audientes turbae mirabantur in doctrina eius.

17 videtur V | dari W Co E | an] aut E ● 20 illis] *add.* Iesus W S V | superscriptio V ● 24 filium W S V ● 27 omnium] *add.* et W S V ● 30 sunt] erunt Co E St Si C | angeli] *add.* Dei W S V (- Wi) ● 31 ~ a Deo dicente vobis W S V ● 32 est] *add.* autem Wi

De primo omnium mandato: 22,34-40
(*34-40:* Mc 12,28-31 L 10,25-28)

34 Pharisaei autem audientes quod silentium imposuisset
sadducaeis, convenerunt in unum. 35 Et interrogavit unus
ex eis legis doctor tentans eum: 36 «Magister, quod est
mandatum magnum in Lege?». 37 Ait autem illi: «*Diliges* Dt 6,5
Dominum Deum tuum in toto corde tuo et in tota anima tua
et in tota mente tua: 38 hoc est magnum et primum manda- Lv 19,18
tum. 39 Secundum autem simile est huic: *Diliges proximum* 5,43
tuum sicut teipsum. 40 In his duobus mandatis universa Lex R 13,9 G 5,14
pendet et Prophetae». 7,12

De Messia, filio et domino David: 22,41-46
(*41-45:* Mc 12,35-37 L 20,41-44)

41 Congregatis autem pharisaeis, interrogavit eos Iesus
42 dicens: «Quid vobis videtur de Christo? Cuius filius
est?». Dicunt ei: «David». 43 Ait illis: «Quomodo ergo
David in Spiritu vocat eum Dominum dicens:
44 "*Dixit Dominus Domino meo: Sede a dextris meis,* Ps 110,1
donec ponam inimicos tuos sub pedibus tuis"?
45 Si ergo David vocat eum Dominum, quomodo filius eius
est?». 46 Et nemo poterat respondere ei verbum, neque
ausus fuit quisquam ex illa die eum amplius interrogare. Mc 12,34 L 20,40

Vae scribis et pharisaeis: 23,1-39
(*1-36:* Mc 12,38-40 L 20,45-47; 11,39-52 *16-22:* 5,34-37 *37-39:* L 13,34s)

23 Tunc Iesus locutus est ad turbas et ad discipulos suos
2 dicens: «Super cathedram Moysis sederunt scribae
et pharisaei. 3 Omnia ergo, quaecumque dixerint vobis,

35 interrogavit] *add.* eum W S V • 37 autem illi] illi Iesus W S V | in¹] ex S V (– Wi: *om.*) | in²⁺³ *om.* Wi • 38 magnum] maximum W S V • 39 est *om.* Wi • 44 sub pedibus tuis] scabellum pedum tuorum W S V • 46 ~ ei respondere V (– G)
¶ 23.1 ad² *om.* S Wi

Ml 2,7s facite et servate; secundum opera vero eorum nolite facere:
dicunt enim et non faciunt. **4** Alligant autem onera gravia
et importabilia et imponunt in umeros hominum, ipsi autem
digito suo nolunt ea movere. **5** Omnia vero opera sua fa-
Ex 13,9 Nu 15,38s ciunt, ut videantur ab hominibus: dilatant enim phylacteria
L 14,7 sua et magnificant fimbrias, **6** amant autem primum recubi-
tum in cenis et primas cathedras in synagogis **7** et salutatio-
nes in foro et vocari ab hominibus Rabbi. **8** Vos autem
J 13,13 nolite vocari Rabbi; unus enim est Magister vester, omnes
autem vos fratres estis. **9** Et Patrem nolite vocare vobis
super terram, unus enim est Pater vester, caelestis. **10** Nec
vocemini Magistri, quia Magister vester unus est, Christus.
20,26s Mc 9,35; 10,43 **11** Qui maior est vestrum, erit minister vester. **12** Qui autem
L 9,48; 22,26 ! L 14,11; 18,14 se exaltaverit, humiliabitur; et, qui se humiliaverit, exalta-
bitur.

L 11,52 **13** Vae autem vobis, scribae et pharisaei hypocritae, quia
clauditis regnum caelorum ante homines! Vos enim non
intratis nec introeuntes sinitis intrare. **(14)**

3 ~ servate et facite W S V ● 4 autem[1]] enim L P Si C | ipsi autem digito] digito autem W S V ● 6 primos recubitus W S V (- Wi: primos accubitus) ● 8 ~ est enim V ● 9 vobis *om.* Wi | ~ est enim V | caelestis] qui in caelis est W S V ● 13 *hoc loco versum* 14 *habet* Co | quia] qui Co E ● 14 Vae vobis, scribae et pharisaei hypocritae, quia (qui Co E St) comeditis domos (domus G) viduarum orationes longas orantes! Propter hoc amplius accipietis iudicium V | *hoc loco versum* 13 *habet* Co

15 Vae vobis, scribae et pharisaei hypocritae, quia cir-
cuitis mare et aridam, ut faciatis unum proselytum, et cum
fuerit factus, facitis eum filium gehennae duplo quam vos!

16 Vae vobis, duces caeci, qui dicitis: “Quicumque iura-
verit per templum, nihil est; quicumque autem iuraverit in 5,34
auro templi, debet”. **17** Stulti et caeci! Quid enim maius
est: aurum an templum, quod sanctificat aurum? **18** Et:
“Quicumque iuraverit in altari, nihil est; quicumque autem
iuraverit in dono, quod est super illud, debet”. **19** Caeci!
Quid enim maius est: donum an altare, quod sanctificat do-
num? **20** Qui ergo iuraverit in altari, iurat in eo et in omni-
bus, quae super illud sunt; **21** et, qui iuraverit in templo,
iurat in illo et in eo, qui inhabitat in ipso; **22** et, qui iuraverit
in caelo, iurat in throno Dei et in eo, qui sedet super eum.

23 Vae vobis, scribae et pharisaei hypocritae, quia deci-
matis mentam et anethum et cyminum et reliquistis, quae Lv 27,30 L 18,12
graviora sunt legis: iudicium et misericordiam et fidem!
Haec oportuit facere et illa non omittere. **24** Duces caeci,
excolantes culicem, camelum autem glutientes.

25 Vae vobis, scribae et pharisaei hypocritae, quia mun-
datis, quod de foris est calicis et paropsidis, intus autem Mc 7,4
pleni sunt rapina et immunditia! **26** Pharisaee caece, munda
prius, quod intus est calicis, ut fiat et id, quod de foris eius
est, mundum.

27 Vae vobis, scribae et pharisaei hypocritae, quia similes

15 quia] qui Co E | duplo] *add.* magis Wi ● 16 quicumque[2]] qui W S V | in aurum S; per aurum Wi | debet] debitor est G Co E Wi St ● 18 in altari] per altare Wi | in dono] per donum Wi ● 19 caeci] stulti et caeci Co ● 20 iuraverit] iurat W S V | in altare S; per altare Wi | in eo] per ipsum Wi | in omnibus] per omnia Wi ● 21 qui[1]] quicumque V | in templo] per templum Wi | in illo] per ipsum Wi | in eo] per ipsum Wi | habitat V ● 22 iuraverit] iurat W S V | in caelo] per caelum Wi | in throno] per thronum Wi | in eo] per eum Wi ● 23 vae] *add.* autem G | quia] qui V (– Wi L P) ● 25 quia] qui G Co E St Si | calicis et paropsidis] poculi et patinae Wi | plena Wi | sunt] estis V (– Wi) | immunditia] intemperantia Wi ● 26 intus] intra Wi | est calicis] poculum et patinam est Wi | calicis] *add.* et parapsidis W S V (– Wi) | et *om.* L P Si C | eius *om.* W S V ● 27 similis Wi

Act 23,3 estis sepulcris dealbatis, quae a foris quidem parent spe-
ciosa, intus vero plena sunt ossibus mortuorum et omni
L 16,15 spurcitia! **28** Sic et vos a foris quidem paretis hominibus
iusti, intus autem pleni estis hypocrisi et iniquitate.

29 Vae vobis, scribae et pharisaei hypocritae, qui aedi-
ficatis sepulcra prophetarum et ornatis monumenta iusto-
rum **30** et dicitis: "Si fuissemus in diebus patrum nostro-
5,12 Act 7,52 rum, non essemus socii eorum in sanguine prophetarum"!
31 Itaque testimonio estis vobismetipsis quia filii estis
eorum, qui prophetas occiderunt. **32** Et vos implete mensu-
3,7 ram patrum vestrorum. **33** Serpentes, genimina viperarum,
quomodo fugietis a iudicio gehennae? **34** Ideo ecce ego
1 Th 2,15 mitto ad vos prophetas et sapientes et scribas; ex illis occi-
detis et crucifigetis et ex eis flagellabitis in synagogis vestris
et persequemini de civitate in civitatem, **35** ut veniat super
vos omnis sanguis iustus, qui effusus est super terram a
Gn 4,8.10 2 Chr 24,20-22 sanguine Abel iusti usque ad sanguinem Zachariae filii
Barachiae, quem occidistis inter templum et altare. **36** Amen
dico vobis: Venient haec omnia super generationem istam.

37 Ierusalem, Ierusalem, quae occidis prophetas et lapi-
das eos, qui ad te missi sunt, quotiens volui congregare
filios tuos, quemadmodum gallina congregat pullos suos
Jr 12,7; 22,5 Ps 69,26 sub alas, et noluistis! **38** Ecce *relinquitur vobis domus vestra*
deserta! **39** Dico enim vobis: Non me videbitis amodo,
Ps 118,26 Mt 21,9 donec dicatis: "*Benedictus, qui venit in nomine Domini!*"».

27 quidem *om.* W S V | parent] *add.* hominibus W S V | ~ sunt plena Co ● 29 qui] quia S Wi L P ● 30 essemus] fuissemus Wi ● 31 quia] quod Wi ● 33 serpentes] *add.* et G St ● 34 ideo] *add.* dico vobis G Co E St | ex illis] et ex illis W V ● 37 ~ congregat gallina Wi | alas] *add.* suas St | noluisti W S V ● 38 relinquetur V

Sermo de novissimis: 24,1–25,46
Eversio templi praedicitur: 24,1-2
(*1-2:* Mc 13,1 L 21,5)

24 Et egressus Iesus de templo ibat, et accesserunt disci-
puli eius, ut ostenderent ei aedificationes templi;
2 ipse autem respondens dixit eis: «Non videtis haec omnia?
Amen dico vobis: Non relinquetur hic lapis super lapidem, L 19,44
qui non destruetur».

De tribulatione magna imminente: 24,3-14
(*3-14:* Mc 13,3-13 L 21,7-19)

3 Sedente autem eo super montem Oliveti, accesserunt
ad eum discipuli secreto dicentes: «Dic nobis: Quando haec
erunt, et quod signum adventus tui et consummationis sae-
culi?».
4 Et respondens Iesus dixit eis: «Videte, ne quis vos se-
ducat. 5 Multi enim venient in nomine meo dicentes: "Ego
sum Christus", et multos seducent. 6 Audituri enim estis
proelia et opiniones proeliorum. Videte, ne turbemini;
oportet enim fieri, sed nondum est finis. 7 Consurget enim Dn 2,28 𝔊 | Is 19,2
gens in gentem, et regnum in regnum, et erunt fames et
terrae motus per loca; 8 haec autem omnia initia sunt dolo-
rum. 9 Tunc tradent vos in tribulationem et occident vos, *9–13:* 10,17-22
et eritis odio omnibus gentibus propter nomen meum. 10 Et J 16,1-4
tunc scandalizabuntur multi et invicem tradent et odio ha-
bebunt invicem; 11 et multi pseudoprophetae surgent et 23
seducent multos. 12 Et, quoniam abundavit iniquitas, refri-
gescet caritas multorum; 13 qui autem permanserit usque
in finem, hic salvus erit. 14 Et praedicabitur hoc evangelium 28,19
regni in universo orbe in testimonium omnibus gentibus;
et tunc veniet consummatio.

De desolatione Iudaeae et de suprema tribulatione: 24,15-28
(*15-28:* Mc 13,14-23 L 21,20-24)

15 Cum ergo videritis *abominationem desolationis*, quae Dn 9,27; 11,31; 12,11
dicta est a Daniele propheta, stantem *in loco sancto*, qui 1 Mcc 1,54
legit, intellegat: 16 tunc qui in Iudaea sunt, fugiant ad mon-
tes; 17 qui in tecto, non descendat tollere aliquid de domo Mc 13,15s L 17,31

¶ 24.1 abibat Wi ● 2 eis] illis V | non[1] *om.* W S V | destruatur W S V ● 3 discipuli] *add.* eius E ● 4 et *om.* Wi ● 6 enim[1]] autem S | enim[2]] *add.* haec W S V ● 7 in[1]] contra E Wi | in[2]] contra Wi | erunt] *add.* pestilentiae et W S V ● 12 quoniam] quomodo G | abundabit W S V (– C) | caritatis E ● 13 permanserit] perseveraverit W V ● 17 et qui W S V | descendant G Wi | tollere] ut tollant Wi

sua; **18** et, qui in agro, non revertatur tollere pallium suum.
19 Vae autem praegnantibus et nutrientibus in illis diebus!

20 Orate autem, ut non fiat fuga vestra hieme vel sabbato:
Dn 12,1 Joel 2,2 **21** erit enim tunc *tribulatio* magna, *qualis non fuit ab initio*
mundi usque modo neque fiet. **22** Et nisi breviati fuissent dies
illi, non fieret salva omnis caro; sed propter electos brevia-
buntur dies illi. **23** Tunc si quis vobis dixerit: "Ecce hic
Christus" aut: "Hic", nolite credere. **24** Surgent enim pseu-
dochristi et pseudoprophetae et dabunt signa magna et pro-
digia, ita ut in errorem inducantur, si fieri potest, etiam
L 17,23 electi. **25** Ecce praedixi vobis. **26** Si ergo dixerint vobis:
"Ecce in deserto est", nolite exire; "Ecce in penetralibus",
nolite credere: **27** sicut enim fulgur exit ab oriente et paret
usque in occidentem, ita erit adventus Filii hominis. **28** Ubi-
L 17,37 cumque fuerit corpus, illuc congregabuntur aquilae.

De adventu Filii hominis: 24,29-31
(29-31: Mc 13,24-27 L 21,25-28)

Is 13,10; 34,4 ⊕ Joel 2,10 Hgg 2,6.21 2P 3,10 **29** Statim autem post tribulationem dierum illorum, *sol*
obscurabitur, et luna non dabit lumen suum, et stellae cadent
de caelo, *et virtutes caelorum* commovebuntur. **30** Et tunc
Zch 12,10.12 parebit signum Filii hominis in caelo, et tunc *plangent*
Dn 7,13 26,64 Mc 14,62 Ap 1,7 *omnes tribus terrae* et videbunt *Filium hominis venientem in*
nubibus caeli cum virtute et gloria multa; **31** et mittet ange-
Zch 2,10 ⊕ los suos cum tuba magna, et congregabunt electos eius a

18 tollere] ut tollat Wi | pallium suum] tunicam suam W S V (– Wi: vestes suas) ● 19 nutrientibus] lactantibus Wi ● 20 hieme] in hieme V (– Wi) ● 22 omnis] ulla Wi ● 23 hic[1]] *add.* est V (– Wi) | hic[2]] illic W S V; ecce illic G ● 26 penetrabilibus S G Wi ● 27 in occidente S; ad occidentem Wi | erit] *add.* et W S V ● 28 ubicumque] *add.* autem Wi | illic E L P Si C | congregabuntur] *add.* et V (– Wi) ● 30 et gloria multa] multa et maiestate W S V ● 31 tuba] *add.* et voce W S V

quattuor ventis, a summis caelorum usque ad terminos
eorum.

Vigilate, quia nescitis horam: 24,32-42
(*32-36:* Mc 13,28-32 L 21,29-33 *37-42:* Mc 13,35 L 17,26-36)

32 Ab arbore autem fici discite parabolam: cum iam
ramus eius tener fuerit, et folia nata, scitis quia prope est
aestas. **33** Ita et vos, cum videritis haec omnia, scitote quia
prope est in ianuis. **34** Amen dico vobis: Non praeteribit 16,28 Mc 9,1 L 9,27
haec generatio, donec omnia haec fiant. **35** Caelum et terra
transibunt, verba vero mea non praeteribunt.
36 De die autem illa et hora nemo scit, neque angeli cae-
lorum neque Filius, nisi Pater solus. **37** Sicut enim dies Gn 6,11-13; 7,7-13
Noe, ita erit adventus Filii hominis. **38** Sicut enim erant in
diebus ante diluvium comedentes et bibentes, nubentes et
nuptum tradentes, usque ad eum diem, quo introivit in Gn 7,7
arcam Noe, **39** et non cognoverunt, donec venit diluvium et
tulit omnes, ita erit et adventus Filii hominis. **40** Tunc duo
erunt in agro: unus assumitur, et unus relinquitur; **41** duae
molentes in mola: una assumitur, et una relinquitur.
42 Vigilate ergo, quia nescitis qua die Dominus vester 25,13 L 21,36
venturus sit.

Parabola de patre familias vigilanti: 24,43-44
(*43-44:* L 12,39s)

43 Illud autem scitote quoniam si sciret pater familias

34 vobis] *add.* quia W S V | ~ generatio haec V | haec[2]] *om.* G E St; ista Co Wi ● 35 vero] autem V (- G) | praeteribunt] transibunt Wi ● 36 neque Filius *om.* W S V | ~ solus Pater V (- G Co) ● 37 enim] autem W S V | dies] in diebus W S V | erit] *add.* et W S V ● 38 nuptui V | introivit] intravit W V | ~ Noe in arcam V (- G) ● 39 et[3] *om.* Wi ● 40 assumetur W S V | unus[2]] alter Wi | relinquetur W S V ● 41 assumetur W S V | una[2]] altera Wi | relinquetur W S V (- Wi); *add.* duo in lecto, unus assumetur et unus (alter E) relinquetur G Co E St Si ● 42 die] hora W S V

1Th 5,2 2P 3,10 qua hora fur venturus esset, vigilaret utique et non sineret
perfodi domum suam. **44** Ideo et vos estote parati, quia,
qua nescitis hora, Filius hominis venturus est.

Parabola de dispensatore fideli et de servo malo: 24,45-51
(45-51: L 12,42-46)

45 Quis putas est fidelis servus et prudens, quem constituit dominus supra familiam suam, ut det illis cibum in
tempore? **46** Beatus ille servus, quem cum venerit dominus
25,21.23 eius invenerit sic facientem. **47** Amen dico vobis quoniam
super omnia bona sua constituet eum. **48** Si autem dixerit
malus servus ille in corde suo: "Moram facit dominus meus
venire", **49** et coeperit percutere conservos suos, manducet
42.44 autem et bibat cum ebriis, **50** veniet dominus servi illius in
die, qua non sperat, et in hora, qua ignorat, **51** et dividet
8,12 eum partemque eius ponet cum hypocritis; illic erit fletus et
stridor dentium.

Parabola de decem virginibus: 25,1-13

25 Tunc simile erit regnum caelorum decem virginibus,
L 12,35s quae accipientes lampades suas exierunt obviam
sponso. **2** Quinque autem ex eis erant fatuae et quinque
prudentes. **3** Fatuae enim, acceptis lampadibus suis, non
sumpserunt oleum secum; **4** prudentes vero acceperunt
oleum in vasis cum lampadibus suis. **5** Moram autem faciente sponso, dormitaverunt omnes et dormierunt. **6** Media
autem nocte clamor factus est: "Ecce sponsus! Exite obviam ei". **7** Tunc surrexerunt omnes virgines illae et orna-

43 perfodiri W S ● 44 ideoque S; *om.* Wi | ~ nescitis qua hora E Wi ● 45 dominus] *add.* suus W S V (– Co E; – Wi: *add.* eius) | super V (– G E) ● 47 quoniam *om.* Wi ● 49 suos *om.* Wi | ebriis] ebriosis V (– Wi) ● 50 in[2] *om.* W S V
¶ 25.1 sponso] *add.* et sponsae W S V ● 3 fatuae enim acceptis lampadibus suis] sed quinque fatuae acceptis lampadibus W S V ● 4 oleum] *add.* suum Wi | ~ suis cum lampadibus W S V ● 6 sponsus] *add.* venit W S V

verunt lampades suas. **8** Fatuae autem sapientibus dixerunt:
"Date nobis de oleo vestro, quia lampades nostrae exstin-
guuntur". **9** Responderunt prudentes dicentes: "Ne forte
non sufficiat nobis et vobis, ite potius ad vendentes et emite
vobis". **10** Dum autem irent emere, venit sponsus, et quae
paratae erant, intraverunt cum eo ad nuptias; et clausa est
ianua. **11** Novissime autem veniunt et reliquae virgines di- L 13,25-27
centes: "Domine, Domine, aperi nobis". **12** At ille respon- 7,23
dens ait: "Amen dico vobis: Nescio vos". **13** Vigilate itaque, 24,42.50 Mc 13,35s
quia nescitis diem neque horam.

Parabola de pecunia commendata: 25,14-30
(14-30: L 19,11-27)

14 Sicut enim homo peregre proficiscens vocavit servos Mc 13,34
suos et tradidit illis bona sua. **15** Et uni dedit quinque talenta,
alii autem duo, alii vero unum, unicuique secundum pro-
priam virtutem, et profectus est. Statim **16** abiit, qui quin-
que talenta acceperat, et operatus est in eis et lucratus est
alia quinque; **17** similiter qui duo acceperat, lucratus est
alia duo. **18** Qui autem unum acceperat, abiens fodit in
terra et abscondit pecuniam domini sui. **19** Post multum
vero temporis venit dominus servorum illorum et ponit ra- 18,23
tionem cum eis. **20** Et accedens, qui quinque talenta acce-
perat, obtulit alia quinque talenta dicens: "Domine, quin-
que talenta tradidisti mihi; ecce alia quinque superlucratus
sum". **21** Ait illi dominus eius: "Euge, serve bone et fidelis. 24,45-47 L 16,10
Super pauca fuisti fidelis; supra multa te constituam: intra

9 nequaquam ne Wi • **11** novissime] deinde Wi | autem] vero V; *om.* W S • **14** peregre *om.* S • **16** abiit] *add.* autem W S V | quinque²] duo G • **17** similiter] *add.* et L P St Si C | alia] altera Wi • **18** in terram V • **19** posuit W S V (– Wi) • **20** ~ mihi tradidisti W S | ecce] et ecce W • **21** ~ bone serve S | fidelis¹] *add.* quia W S V | supra] super S V

in gaudium domini tui". **22** Accessit autem et qui duo ta-
lenta acceperat, et ait: "Domine, duo talenta tradidisti mihi;
ecce alia duo lucratus sum". **23** Ait illi dominus eius: "Euge,
L 12,44 serve bone et fidelis. Super pauca fuisti fidelis; supra multa
te constituam: intra in gaudium domini tui". **24** Accedens
autem et qui unum talentum acceperat, ait: "Domine, novi
te quia homo durus es: metis, ubi non seminasti, et congre-
gas, ubi non sparsisti; **25** et timens abii et abscondi talen-
tum tuum in terra. Ecce habes, quod tuum est". **26** Respon-
dens autem dominus eius dixit ei: "Serve male et piger!
Sciebas quia meto, ubi non seminavi, et congrego, ubi non
sparsi? **27** Oportuit ergo te mittere pecuniam meam num-
mulariis, et veniens ego recepissem, quod meum est cum
usura. **28** Tollite itaque ab eo talentum et date ei, qui habet
13,12 decem talenta: **29** omni enim habenti dabitur, et abundabit;
Mc 4,25 L 8,18; 19,26 ei autem, qui non habet, et quod habet, auferetur ab eo.
8,12 **30** Et inutilem servum eicite in tenebras exteriores: illic erit
fletus et stridor dentium".

De novissimo iudicio: 25,31-46

16,27 Dt 33,2 𝔊 | **31** Cum autem venerit Filius hominis in gloria sua, et
19,28 Ap 3,21 omnes angeli cum eo, tunc sedebit super thronum gloriae
suae. **32** Et congregabuntur ante eum omnes gentes; et se-
Ez 34,17 parabit eos ab invicem, sicut pastor segregat oves ab haedis,
33 et statuet oves quidem a dextris suis, haedos autem a
sinistris. **34** Tunc dicet Rex his, qui a dextris eius erunt:
"Venite, benedicti Patris mei; possidete paratum vobis reg-
num a constitutione mundi. **35** Esurivi enim, et dedistis

22 accessit] accedens Wi | et[2] *om.* Wi | alia] altera Wi ● **23** fidelis[1]] *add.* quia W S V | supra] super V ● **24** novi te] scio W S V | es] *add.* et W ● **26** quia] quod Wi | semino W S V (– Wi) ● **27** committere V | recepissem] *add.* utique W S V ● **29** habet[2]] videtur habere W S V (– Wi) ● **31** gloria] maiestate W S V | angeli] *add.* eius Si | thronum gloriae] sedem maiestatis W S V ● **33** suis *om.* Co ● **34** vobis *om.* Wi ● **35** dedisti E

mihi manducare; sitivi, et dedistis mihi bibere; hospes eram,
et collegistis me; 36 nudus, et operuistis me; infirmus, et
visitastis me; in carcere eram, et venistis ad me". 37 Tunc
respondebunt ei iusti dicentes: "Domine, quando te vidimus esurientem et pavimus, aut sitientem et dedimus tibi
potum? 38 Quando autem te vidimus hospitem et collegimus, aut nudum et cooperuimus? 39 Quando autem te vidimus infirmum aut in carcere et venimus ad te?". 40 Et respondens Rex dicet illis: "Amen dico vobis: Quamdiu fecistis uni de his fratribus meis minimis, mihi fecistis". 41 Tunc
dicet et his, qui a sinistris erunt: "Discedite a me, maledicti,
in ignem aeternum, qui praeparatus est Diabolo et angelis Ap 20,10
eius. 42 Esurivi enim, et non dedistis mihi manducare; sitivi,
et non dedistis mihi potum; 43 hospes eram, et non collegistis me; nudus, et non operuistis me; infirmus et in carcere, et non visitastis me". 44 Tunc respondebunt et ipsi
dicentes: "Domine, quando te vidimus esurientem aut sitientem aut hospitem aut nudum aut infirmum vel in carcere et non ministravimus tibi?". 45 Tunc respondebit illis
dicens: "Amen dico vobis: Quamdiu non fecistis uni de
minimis his, nec mihi fecistis". 46 Et ibunt hi in supplicium Dn 12,2 J 5,29
aeternum, iusti autem in vitam aeternam».

PASSIO ET RESURRECTIO IESU: 26,1–28,20

De consilio sacerdotum: 26,1-5

(*1-5:* Mc 14,1s L 22,1s J 11,47-53)

26 Et factum est cum consummasset Iesus sermones hos
omnes, dixit discipulis suis: 2 «Scitis quia post biduum Pascha fiet, et Filius hominis traditur, ut crucifigatur». 16,21

3 Tunc congregati sunt principes sacerdotum et seniores
populi in aulam principis sacerdotum, qui dicebatur Caiphas, 4 et consilium fecerunt, ut Iesum dolo tenerent et 21,46

35 collexistis S • 36 cooperuistis Si C • 37 pavimus] *add.* te E Wi Si C | aut *om.* W S V • 38 collegimus] *add.* te W V; colleximus te S | cooperuimus] *add.* te V • 39 quando autem] aut quando W S V • 40 quamdiu] quicquid Wi | fecistis[1]] fecisti St | de his] ex his L P Si C • 41 dicet] *add.* rex E | paratus S V • 42 manducare] ad manducandum Wi • 43 collexistis S | cooperuistis Si C | carcere] *add.* eram E Wi • 44 respondebunt] *add.* ei V | vel] aut V • 45 quamdiu] quicquid Wi | minimis] minoribus W S V
¶ 26.1 hos *om.* Wi • 2 quia] quod Wi | tradetur W S V • 3 aulam] atrium W S V • 4 concilium Co

occiderent; 5 dicebant autem: «Non in die festo, ne tumul-
tus fiat in populo».

Iesus in Bethania ungitur: 26,6-13
(*6-13:* Mc 14,3-9 L 7,36-50 J 12,1-8)

6 Cum autem esset Iesus in Bethania, in domo Simonis
leprosi, 7 accessit ad eum mulier habens alabastrum un-
guenti pretiosi et effudit super caput ipsius recumbentis.
8 Videntes autem discipuli, indignati sunt dicentes: «Ut
quid perditio haec? 9 Potuit enim istud venumdari multo
et dari pauperibus». 10 Sciens autem Iesus ait illis: «Quid
molesti estis mulieri? Opus enim bonum operata est in me;
Dt 15,11 11 nam semper pauperes habetis vobiscum, me autem non
semper habetis. 12 Mittens enim haec unguentum hoc supra
corpus meum, ad sepeliendum me fecit. 13 Amen dico vobis:
Ubicumque praedicatum fuerit hoc evangelium in toto
mundo, dicetur et quod haec fecit in memoriam eius».

A Iuda proditur: 26,14-16
(*14-16:* Mc 14,10s L 22,3-6)

14 Tunc abiit unus de Duodecim, qui dicebatur Iudas
J 11,57; 13,2 Iscariotes, ad principes sacerdotum 15 et ait: «Quid vultis
Zch 11,12 mihi dare, et ego vobis eum tradam?». *At illi constituerunt*
ei *triginta argenteos.* 16 Et exinde quaerebat opportunita-
tem, ut eum traderet.

Pascha praeparatur: 26,17-19
(*17-19:* Mc 14,12-16 L 22,7-13)

Ex 12,14-20 17 Prima autem Azymorum accesserunt discipuli ad
Iesum dicentes: «Ubi vis paremus tibi comedere Pascha?».
18 Ille autem dixit: «Ite in civitatem ad quendam et dicite
ei: "Magister dicit: Tempus meum prope est; apud te facio
Pascha cum discipulis meis"». 19 Et fecerunt discipuli, sicut
constituit illis Iesus, et paraverunt Pascha.

Cena Domini: 26,20-29
(*20-29:* Mc 14,17-25 L 22,14-23 *20-25:* J 13,2.21-30 *26-28:* 1 K 11,23-25)

20 Vespere autem facto, discumbebat cum Duodecim.

5 ne] *add.* forte W S V | fieret W S V (– Wi) ● 6 ~ Iesus esset V (– G) ● 9 istud] *add.* unguentem Wi | multo] magno Wi | dare G ● 10 estis] *add.* huic V | enim *om.* W S G St ● 11 semper[1+2]] quovis tempore Wi | habetis[1]] habebitis E Si | vobiscum *om.* Wi | habetis[2]] habebitis Co E St Si ● 12 enim] autem Wi | supra] in W S V ● 13 et *om.* E | ~ fecit haec Co ● 14 dicitur S G | Scarioth G Co E ● 15 ait] *add.* illis W S V ● 17 autem] *add.* die V | comedere] ad edendum Wi ● 18 ille autem] at Iesus W S V ● 20 Duodecim] *add.* discipulis suis (– W S Wi) W S V

21 Et edentibus illis, dixit: «Amen dico vobis: Unus vestrum
me traditurus est». **22** Et contristati valde, coeperunt singuli
dicere ei: «Numquid ego sum, Domine?». **23** At ipse re-
spondens ait: «Qui intingit mecum manum in paropside,
hic me tradet. **24** Filius quidem hominis vadit, sicut scrip- Ps 22,7s.16-18
tum est de illo; vae autem homini illi, per quem Filius ho- Is 53,8s
minis traditur! Bonum erat ei, si natus non fuisset homo
ille». **25** Respondens autem Iudas, qui tradidit eum, dixit:
«Numquid ego sum, Rabbi?». Ait illi: «Tu dixisti».

26 Cenantibus autem eis, accepit Iesus panem et bene-
dixit ac fregit deditque discipulis et ait: «Accipite, come-
dite: hoc est corpus meum». **27** Et accipiens calicem, gratias 1 K 10,16
egit et dedit illis dicens: «Bibite ex hoc omnes: **28** hic est Ex 24,8
enim sanguis meus novi testamenti, qui pro multis effundi- Jr 31,31 H 7,22; 9,15
tur in remissionem peccatorum. **29** Dico autem vobis: Non
bibam amodo de hoc genimine vitis usque in diem illum,
cum illud bibam vobiscum novum in regno Patris mei».

Iesus cum discipulis in Montem Oliveti exit: 26,30-35
(*30-35*: Mc 14,26-31)

30 Et hymno dicto, exierunt in montem Oliveti. **31** Tunc L 22,39
dicit illis Iesus: «Omnes vos scandalum patiemini in me in J 18,1
ista nocte. Scriptum est enim: "*Percutiam pastorem, et dis-* 56 | Zch 13,7 J 16,32
pergentur oves gregis". **32** Postquam autem resurrexero, 28,7.16

21 vobis] *add.* quia W S V (– Wi) ● 22 ei *om.* W S V ● 23 intinxit Wi | paropside] patina Wi ● 24 tradetur V (– Wi) ● 26 discipulis] *add.* suis W S V | accipite] *add.* et W S V ● 28 effundetur V (– Wi) ● 30 in montem olivarum Wi ● 31 in[2] *om.* Wi

praecedam vos in Galilaeam». **33** Respondens autem Petrus
ait illi: «Et si omnes scandalizati fuerint in te, ego numquam
34–35: L 22,31-34 J 13,36-38 | 75 scandalizabor». **34** Ait illi Iesus: «Amen dico tibi: In hac
nocte, antequam gallus cantet, ter me negabis». **35** Ait illi
Petrus: «Etiam si oportuerit me mori tecum, non te negabo».
Similiter et omnes discipuli dixerunt.

Orat in Gethsemani: 26,36-46
(*36-46:* Mc 14,32-42 L 22,39-46)

36 Tunc venit Iesus cum illis in praedium, quod dicitur
Gethsemani. Et dicit discipulis: «Sedete hic, donec vadam
illuc et orem». **37** Et assumpto Petro et duobus filiis Zebe-
H 5,7 daei, coepit contristari et maestus esse. **38** Tunc ait illis:
Ps 42,6.12; 43,5 J 12,27 «Tristis est anima mea usque ad mortem; sustinete hic et
vigilate mecum». **39** Et progressus pusillum, procidit in fa-
ciem suam orans et dicens: «Pater mi, si possibile est, trans-
20,22 6,38; 18,11 H 10,9 eat a me calix iste; verumtamen non sicut ego volo, sed
sicut tu». **40** Et venit ad discipulos et invenit eos dormien-
tes; et dicit Petro: «Sic non potuistis una hora vigilare me-
cum? **41** Vigilate et orate, ut non intretis in tentationem;
spiritus quidem promptus est, caro autem infirma». **42** Ite-
rum secundo abiit et oravit dicens: «Pater mi, si non potest
hoc transire, nisi bibam illud, fiat voluntas tua». **43** Et venit

34 tibi] *add.* quia W S V (– Wi: *add.* quod) ● 36 illis] illo Wi | in praedium quod] in villam quae W S V | Gethsemane Wi | dixit W S V | discipulis] *add.* suis W S V ● 39 Pater mi] Pater W; mi Pater S G | tu] *add.* vis E Wi ● 40 discipulos] *add.* suos V | potuisti E ● 42 hoc] hic calix W S V | transire] *add.* a me Wi | illud] illum W S V

iterum et invenit eos dormientes: erant enim oculi eorum
gravati. 44 Et relictis illis, iterum abiit et oravit tertio, eun-
dem sermonem iterum dicens. 45 Tunc venit ad discipulos
et dicit illis: «Dormite iam et requiescite; ecce appropin- J 2,4; 7,30; 8,20;
quavit hora, et Filius hominis traditur in manus peccato- 12,23; 13,1; 17,1
rum. 46 Surgite, eamus; ecce appropinquavit, qui me tradit».

Comprehenditur: 26,47-56
(*47-56:* Mc 14,43-50 L 22,47-53 J 18,3-12)

47 Et adhuc ipso loquente, ecce Iudas, unus de Duode-
cim, venit et cum eo turba multa cum gladiis et fustibus,
missi a principibus sacerdotum et senioribus populi. 48 Qui
autem tradidit eum, dedit illis signum dicens: «Quemcum-
que osculatus fuero, ipse est; tenete eum!». 49 Et confestim
accedens ad Iesum dixit: «Ave, Rabbi!» et osculatus est
eum. 50 Iesus autem dixit illi: «Amice, ad quod venisti!».
Tunc accesserunt et manus iniecerunt in Iesum et tenuerunt
eum. 51 Et ecce unus ex his, qui erant cum Iesu, extendens
manum exemit gladium suum et percutiens servum principis
sacerdotum amputavit auriculam eius.
52 Tunc ait illi Iesus: «Converte gladium tuum in locum
suum. Omnes enim, qui acceperint gladium, gladio peri-
bunt. 53 An putas quia non possum rogare Patrem meum,
et exhibebit mihi modo plus quam duodecim legiones ange- L 2,13
lorum? 54 Quomodo ergo implebuntur Scripturae quia sic
oportet fieri?». 55 In illa hora dixit Iesus turbis: «Tamquam

44 iterum[2] *om.* W S V • 45 discipulos] *add.* suos W S V | dixit E | appropinquabit G E St | tradetur W V (– Wi) • 46 appropinquabit G E | tradet V (– Wi) • 47 et[1] *om.* W S V | ipso] eo V (– G) | missi *om.* S • 50 Iesus autem dixit illi] dixitque illi Iesus W S V | quod] quid V • 53 quia] quod Wi

ad latronem existis cum gladiis et fustibus comprehendere
L 19,47 J 18,20 me? Cotidie sedebam docens in templo, et non me tenuistis».
56 Hoc autem totum factum est, ut implerentur scripturae
31 J 16,32 Prophetarum. Tunc discipuli omnes, relicto eo, fugerunt.

Inquisitio synedrii: 26,57-68
(*57-68*: Mc 14,53-65 L 22,54s.66-71 J 18,12-24)

57 Illi autem tenentes Iesum duxerunt ad Caipham prin-
cipem sacerdotum, ubi scribae et seniores convenerant.
58 Petrus autem sequebatur eum a longe usque in aulam
principis sacerdotum; et ingressus intro sedebat cum minis-
tris, ut videret finem.

59 Principes autem sacerdotum et omne concilium quae-
rebant falsum testimonium contra Iesum, ut eum morti tra-
derent, **60** et non invenerunt, cum multi falsi testes acces-
sissent. Novissime autem venientes duo **61** dixerunt: «Hic
27,40 J 2,19 dixit: "Possum destruere templum Dei et post triduum aedi-
Act 6,14 ficare illud"». **62** Et surgens princeps sacerdotum ait illi:
«Nihil respondes? Quid isti adversum te testificantur?».
Is 53,7 **63** Iesus autem tacebat. Et princeps sacerdotum ait illi:
16,16 J 10,24 «Adiuro te per Deum vivum, ut dicas nobis, si tu es Christus
Filius Dei». **64** Dicit illi Iesus: «Tu dixisti. Verumtamen dico
Dn 7,13 Ps 110,1 vobis: Amodo videbitis *Filium hominis sedentem a dextris*
24,30 Mc 13,26 *Virtutis* et *venientem in nubibus caeli*».
L 21,27 **65** Tunc princeps sacerdotum scidit vestimenta sua di-

55 comprehendere] ut comprehendatis Wi | cotidie] *add.* apud vos W S V • 56 adimplerentur V (– G Wi) • 57 illi autem] at illi W S V • 58 in] ad Wi | aulam] atrium W S V • 59 omne] totum Wi | consilium E | ~ morti eum E • 60 venientes duo] venerunt duo falsi testes W S V • 61 et dixerunt W S V | reaedificare V • 62 quid] ad ea quae W S V (– Wi) • 63 et] *add.* surgens E • 64 dixit E Wi | virtutis] *add.* Dei V

cens: «Blasphemavit! Quid adhuc egemus testibus? Ecce Lv 24,16 J 19,7
nunc audistis blasphemiam. 66 Quid vobis videtur?». Illi
autem respondentes dixerunt: «Reus est mortis!». 67 Tunc
exspuerunt in faciem eius et colaphis eum ceciderunt; alii Is 50,6
autem palmas in faciem ei dederunt 68 dicentes: «Prophe-
tiza nobis, Christe: Quis est, qui te percussit?».

Negatio Petri: 26,69-75
(*69-75:* Mc 14,66-72 L 22,56-62 J 18,15-18.25-27)

69 Petrus vero sedebat foris in atrio; et accessit ad eum
una ancilla dicens: «Et tu cum Iesu Galilaeo eras!». 70 At
ille negavit coram omnibus dicens: «Nescio quid dicis!».
71 Exeunte autem illo ad ianuam, vidit eum alia et ait his,
qui erant ibi: «Hic erat cum Iesu Nazareno!». 72 Et iterum
negavit cum iuramento: «Non novi hominem!». 73 Post
pusillum autem accesserunt, qui stabant et dixerunt Petro:
«Vere et tu ex illis es, nam et loquela tua manifestum te
facit». 74 Tunc coepit detestari et iurare: «Non novi homi-
nem!». Et continuo gallus cantavit; 75 et recordatus est Pe- 34
trus verbi Iesu, quod dixerat: «Priusquam gallus cantet, ter
me negabis». Et egressus foras ploravit amare.

Iesus Pilato traditur: 27,1-2
(*1-2:* Mc 15,1 L 23,1 J 18,28)

27 Mane autem facto, consilium inierunt omnes princi-
pes sacerdotum et seniores populi adversus Iesum,
ut eum morti traderent. 2 Et vinctum adduxerunt eum et
tradiderunt Pilato praesidi.

Iudas facti paenitens se suspendit: 27,3-10

3 Tunc videns Iudas, qui eum tradidit, quod damnatus Act 1,16-19
esset, paenitentia ductus, rettulit triginta argenteos princi- 26,15

66 illi autem] at illi W S V • 67 autem *om.* Wi | ei] eius V (– G) • 70 dicas G Wi • 71 ad *om.* W S V | alia] *add.* ancilla V | hic] et hic W S V • 72 iuramento] *add.* quia W S V • 73 post pusillum autem] et post pusillum W S V | ~ te manifestum Co E Wi • 74 iurare] *add.* quia W S V (– Wi: *add.* quod) | novisset W S V • 75 ploravit] flevit V
¶ 27.1 concilium E | adversum E • 2 tradiderunt] *add.* (+ eum Wi) Pontio W S V

pibus sacerdotum et senioribus 4 dicens: «Peccavi tradens
sanguinem innocentem». At illi dixerunt: «Quid ad nos?
Tu videris!». 5 Et proiectis argenteis in templo, recessit et
abiens laqueo se suspendit. 6 Principes autem sacerdotum,
Dt 23,19 acceptis argenteis, dixerunt: «Non licet mittere eos in cor-
banam, quia pretium sanguinis est». 7 Consilio autem inito,
emerunt ex illis agrum Figuli in sepulturam peregrinorum.
8 Propter hoc vocatus est ager ille ager Sanguinis usque in
hodiernum diem. 9 Tunc impletum est quod dictum est per
Zch 11,12s Ieremiam prophetam dicentem: «*Et acceperunt triginta ar-*
genteos, pretium appretiati quem appretiaverunt a filiis Israel,
Jr 18,2s; 32,8s Ex 9,12 𝔊 10 *et dederunt eos in agrum Figuli, sicut constituit* mihi *Do-*
minus».

Apud tribunal Pilati: 27,11-26
(*11-26:* Mc 15,2-15 L 23,2-5.13-25 J 18,29–19,1)

29.37; 2,2 Mc 15,18.26 L 23,37s J 19,3.19.21 11 Iesus autem stetit ante praesidem; et interrogavit eum
praeses dicens: «Tu es Rex Iudaeorum?». Dixit autem Iesus:
«Tu dicis». 12 Et cum accusaretur a principibus sacerdo-
tum et senioribus, nihil respondit. 13 Tunc dicit illi Pilatus:
«Non audis quanta adversum te dicant testimonia?». 14 Et
J 19,9 non respondit ei ad ullum verbum, ita ut miraretur praeses
vehementer.

15 Per diem autem sollemnem consueverat praeses di-
mittere turbae unum vinctum, quem voluissent. 16 Habe-
bant autem tunc vinctum insignem, qui dicebatur Barabbas.
17 Congregatis ergo illis dixit Pilatus: «Quem vultis dimit-
tam vobis: Barabbam an Iesum, qui dicitur Christus?».
18 Sciebat enim quod per invidiam tradidissent eum.

19 Sedente autem illo pro tribunali, misit ad illum uxor
eius dicens: «Nihil tibi et iusto illi. Multa enim passa sum

4 innocentem] iustum W S V ● 6 ~ eos mittere V ● 7 concilio E | ex *om.* Wi ● 8 ager sanguinis] Haceldama (Acheldemach G Co E) hoc est (hoc est *om.* W S) ager sanguinis W S V (- Wi) ● 9 et tunc W ● 10 in agrum] pro agro Wi ● 11 dixit autem] dicit illi V (- E Wi: dixit illi); dicit ei W S ● 13 dicant] dicunt V ● 15 sollemnem] festum Wi | turbae] populo W S V (~ populo dimittere V (- G)) | voluisset St ● 16 habebat W S V (- Co) | tunc] *add.* unum E; *om.* Wi ● 17 quem] utrum Wi ● 19 illum] eum V | et] cum Wi

hodie per visum propter eum». **20** Principes autem sacerdo-
tum et seniores persuaserunt turbis, ut peterent Barabbam,
Iesum vero perderent. **21** Respondens autem praeses ait Act 3,13s
illis: «Quem vultis vobis de duobus dimittam?». At illi dixe-
runt: «Barabbam!». **22** Dicit illis Pilatus: «Quid igitur fa-
ciam de Iesu, qui dicitur Christus?». Dicunt omnes: «Cru-
cifigatur!». **23** Ait autem: «Quid enim mali fecit?». At illi J 19,14s
magis clamabant dicentes: «Crucifigatur!».
24 Videns autem Pilatus quia nihil proficeret, sed magis
tumultus fieret, accepta aqua, lavit manus coram turba di-
cens: «Innocens ego sum a sanguine hoc; vos videritis!».
25 Et respondens universus populus dixit: «Sanguis eius
super nos et super filios nostros». **26** Tunc dimisit illis Ba-
rabbam; Iesum autem flagellatum tradidit, ut crucifigeretur.

Iesus a militibus illuditur: 27,27-31
(*27-31:* Mc 15,16-20 J 19,2s)

27 Tunc milites praesidis suscipientes Iesum in praetorio
congregaverunt ad eum universam cohortem. **28** Et exuen- L 23,11
tes eum, clamydem coccineam circumdederunt ei **29** et plec-
tentes coronam de spinis posuerunt super caput eius et
arundinem in dextera eius et, genu flexo ante eum, illude-
bant ei dicentes: «Ave, rex Iudaeorum!». **30** Et exspuentes
in eum acceperunt arundinem et percutiebant caput eius. Is 50,6
31 Et postquam illuserunt ei, exuerunt eum clamyde et in-
duerunt eum vestimentis eius et duxerunt eum, ut crucifige-
rent.

19 per visum] in somno Wi • 20 princeps S | turbis] populis W S V • 21 quem] utrum Wi | dimitti W S V (– Wi) • 22 dixit E | illis *om.* Co • 23 autem] illis praeses W S V (– Wi: praeses) | enim *om.* Wi • 24 quia nihil] quod non Wi | turba] populo W S V | hoc] iusti huius W S V (– G E: huius iusti) • 26 tradidit] *add.* eis W S V (– Wi) • 27 in praetorium V (– Co E Wi) • 29 deposuerunt E | ei *om.* W S • 31 illusissent Wi | clamydem S E St L P | eius] suis Wi

De crucifixione Iesu: 27,32-44
(*32-44:* Mc 15,21-32 L 23,26.33-43 J 19,17-27)

32 Exeuntes autem invenerunt hominem Cyrenaeum no-
mine Simonem; hunc angariaverunt, ut tolleret crucem eius.
33 Et venerunt in locum, qui dicitur Golgotha, quod est
Ps 69,22 Calvariae locus, **34** et *dederunt* ei vinum *bibere* cum *felle*
mixtum; et cum gustasset, noluit bibere. **35** Postquam autem
Ps 22,19 crucifixerunt eium, *diviserunt vestimenta* eius *sortem mittentes*
36 et sedentes servabant eum ibi. **37** Et imposuerunt super
caput eius causam ipsius scriptam: «Hic est Iesus Rex Iu-
daeorum».
Is 53,12 **38** Tunc crucifiguntur cum eo duo latrones: unus a dex-
tris et unus a sinistris. **39** Praetereuntes autem blasphema-
Ps 22,8 bant eum *moventes capita sua* **40** et dicentes: «Qui destruis
26,61 J 2,19 templum et in triduo illud reaedificas, salva temetipsum; si
Filius Dei es, descende de cruce!». **41** Similiter et principes
sacerdotum illudentes cum scribis et senioribus dicebant:
42 «Alios salvos fecit, seipsum non potest salvum facere.
Rex Israel est; descendat nunc de cruce, et credemus in eum.
Ps 22,9 **43** *Confidit in Deo; liberet* nunc, *si vult eum.* Dixit enim:
"Dei Filius sum"». **44** Idipsum autem et latrones, qui cru-
cifixi erant cum eo, improperabant ei.

33 Golgatha G E • 34 vinum] acetum Wi • 35 mittentes] *add.* ut impleretur quod dictum est per prophetam dicentem: diviserunt sibi vestimenta mea et super vestem meam miserunt sortem V (- G Si) • 36 ibi *om.* W S V • 37 Iesus *om.* G • 38 crucifiguntur] crucifixi sunt W S V | unus[2]] alter Wi • 40 dicentes] *add.* vah V | destruit W S | templum] *add.* Dei V | reaedificat W S • 41 dicentes S • 42 rex] si rex W S V | credimus W V (- Co Wi) | in eum] ei W S V • 43 confidet S | nunc si vult eum] ~ *1423* S G L P St Si; *1423* + eum W; *4123* Co E; *4123* + eum Wi | enim] *add.* quia W S V (- Wi) | ~ Filius Dei V (- G) • 44 crucifixi] fixi S | improperabunt G

De morte Iesu: 27,45-56
(*45-56:* Mc 15,33-41 L 23,44-49 J 19,28-30)

45 A sexta autem hora tenebrae factae sunt super univer-
sam terram usque ad horam nonam. **46** Et circa horam no-
nam clamavit Iesus voce magna dicens: «*Eli, Eli, lema sa-* Ps 22,2
bacthani?», hoc est: «*Deus meus, Deus meus, ut quid dereli-*
quisti me?». **47** Quidam autem ex illic stantibus audientes
dicebant: «Eliam vocat iste». **48** Et continuo currens unus
ex eis acceptam spongiam implevit *aceto* et imposuit arun- Ps 69,22
dini et *dabat* ei *bibere*. **49** Ceteri vero dicebant: «Sine, videa-
mus an veniat Elias liberans eum». **50** Iesus autem iterum
clamans voce magna emisit spiritum.

51 Et ecce velum templi scissum est a summo usque deor- Ex 26,31
sum in duas partes, et terra mota est, et petrae scissae sunt,
52 et monumenta aperta sunt et multa corpora sanctorum,
qui dormierant, surrexerunt **53** et exeuntes de monumentis
post resurrectionem eius venerunt in sanctam civitatem et
apparuerunt multis. **54** Centurio autem et, qui cum eo erant
custodientes Iesum, viso terrae motu et his, quae fiebant,
timuerunt valde dicentes: «Vere Dei Filius erat iste!». 16,16

55 Erant autem ibi mulieres multae a longe aspicientes,
quae secutae erant Iesum a Galilaea ministrantes ei; **56** inter
quas erat Maria Magdalene et Maria Iacobi et Ioseph mater
et mater filiorum Zebedaei.

In sepulcro ponitur: 27,57-61
(*57-61:* Mc 15,42-47 L 23,50-56 J 19,38-42)

57 Cum sero autem factum esset, venit homo dives ab

46 Iesus *om.* G • 47 ex illic stantibus] illic stantes et W S V • 48 bibere] ad bibendum Wi • 51 ~ in duas partes a summo usque (+ ad Wi) deorsum W S V • 54 ~ Filius Dei V • 55 ~ ibi autem G | aspicientes *om.* W S V | erant[2]] fuerant Wi • 57 ~ autem sero V | venit] *add.* quidam W S V

Arimathaea nomine Ioseph, qui et ipse discipulus erat Iesu.
Dt 21,22 **58** Hic accessit ad Pilatum et petiit corpus Iesu. Tunc Pilatus
iussit reddi. **59** Et accepto corpore, Ioseph involvit illud in
sindone munda **60** et posuit illud in monumento suo novo,
quod exciderat in petra, et advolvit saxum magnum ad
ostium monumenti et abiit. **61** Erat autem ibi Maria Magda-
lene et altera Maria sedentes contra sepulcrum.

Sepulcrum munitur et custoditur: 27,62-66

J 19,42 **62** Altera autem die, quae est post Parascevem, convene-
runt principes sacerdotum et pharisaei ad Pilatum **63** dicen-
tes: «Domine, recordati sumus quia seductor ille dixit ad-
20,19; 12,40 huc vivens: "Post tres dies resurgam". **64** Iube ergo custo-
28,13 diri sepulcrum usque in diem tertium, ne forte veniant dis-
cipuli eius et furentur eum et dicant plebi: "Surrexit a mor-
tuis", et erit novissimus error peior priore». **65** Ait illis Pila-
tus: «Habetis custodiam; ite, custodite, sicut scitis». **66** Illi
autem abeuntes munierunt sepulcrum, signantes lapidem,
cum custodia.

Praedicatio angeli ad sepulcrum inane sedentis: 28,1-8
(*1-8:* Mc 16,1-8 L 24,1-12 J 20,1-13)

28 Sero autem post sabbatum, cum illucesceret in pri-
mam sabbati, venit Maria Magdalene et altera Maria
videre sepulcrum. **2** Et ecce terrae motus factus est magnus:
angelus enim Domini descendit de caelo et accedens revol-
vit lapidem et sedebat super eum. **3** Erat autem aspectus

57 ~ erat discipulus Co ● 58 reddi] *add.* corpus W S V ● 59 in *om.* S ● 63 quia] quod Wi ● 66 cum custodibus W S V

¶ 28.1 sero autem post sabbatum cum illucesceret] vespere autem sabbati quae lucescit W S V | in prima W V | videre] ut viderent Wi

eius sicut fulgur, et vestimentum eius candidum sicut nix.
4 Prae timore autem eius exterriti sunt custodes et facti sunt
velut mortui. 5 Respondens autem angelus dixit mulieribus:
«Nolite timere vos! Scio enim quod Iesum, qui crucifixus
est, quaeritis. 6 Non est hic: surrexit enim, sicut dixit. Ve- 12,40; 16,21; 17,23; 20,19
nite, videte locum, ubi positus erat. 7 Et cito euntes dicite
discipulis eius: "Surrexit a mortuis et ecce praecedit vos in
Galilaeam; ibi eum videbitis". Ecce dixi vobis». 8 Et exeun-
tes cito de monumento cum timore et magno gaudio cu-
currerunt nuntiare discipulis eius.

Iesus occurrit mulieribus: 28,9-10
(*9-10*: J 20,14-18)

9 Et ecce Iesus occurrit illis dicens: «Avete». Illae autem
accesserunt et tenuerunt pedes eius et adoraverunt eum.
10 Tunc ait illis Iesus: «Nolite timere; ite, nuntiate fratribus
meis, ut eant in Galilaeam et ibi me videbunt».

De fraude sacerdotum: 28,11-15

11 Quae cum abiissent, ecce quidam de custodia vene-
runt in civitatem et nuntiaverunt principibus sacerdotum
omnia, quae facta fuerant. 12 Et congregati cum senioribus,
consilio accepto, pecuniam copiosam dederunt militibus
13 dicentes: «Dicite: "Discipuli eius nocte venerunt et furati 27,64
sunt eum, nobis dormientibus". 14 Et si hoc auditum fuerit
a praeside, nos suadebimus ei et securos vos faciemus».
15 At illi, accepta pecunia, fecerunt, sicut erant docti. Et

3 vestimenta E St Si | candidum *om.* W S V ● 6 venite] *add.* et V | erat] *add.* Dominus W S V ● 7 eius] *add.* quia W S V (– Wi: *add.* quod) | a mortuis *om.* W S V (– Wi) | praecedet V (– L P C) | dixi] praedixi W S V ● 8 exeuntes] exierunt W S V | ~ gaudio magno V | cucurrerunt] currentes W S V | nuntiare] ut nuntiarent Wi ● 10 et *om.* W S V ● 11 de custodibus W S V ● 13 dicite] *add.* quia W S V (– Wi) ● 15 edocti V

divulgatum est verbum istud apud Iudaeos usque in hodiernum diem.

Euntes docete omnes gentes: 28,16-20

16 Undecim autem discipuli abierunt in Galilaeam, in
montem ubi constituerat illis Iesus, **17** et videntes eum ado-
raverunt; quidam autem dubitaverunt. **18** Et accedens Iesus
locutus est eis dicens: «Data est mihi omnis potestas in
24,14 caelo et in terra. **19** Euntes ergo docete omnes gentes, bapti-
zantes eos in nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti, **20** do-
centes eos servare omnia, quaecumque mandavi vobis. Et
ecce ego vobiscum sum omnibus diebus usque ad consum-
mationem saeculi».

19 ergo *om.* Wi

EVANGELIUM
SECUNDUM MARCUM

PRAEPARATIO MINISTERII: 1,1-13

De Ioanne Baptista: 1,1-8
(*1-8:* Mt 3,1-6.11 L 3,3-6.15s)

1 Initium evangelii Iesu Christi Filii Dei. 2 Sicut scriptum est in Isaia propheta: «*Ecce mitto angelum meum ante faciem tuam, qui praeparabit viam* tuam;
3 *vox clamantis in deserto:*
"*Parate viam Domini,*
rectas facite semitas eius"»,
4 fuit Ioannes Baptista in deserto praedicans baptismum paenitentiae in remissionem peccatorum. 5 Et egrediebatur ad illum omnis Iudaeae regio et Hierosolymitae universi et baptizabantur ab illo in Iordane flumine confitentes peccata sua. 6 Et erat Ioannes vestitus pilis cameli, et zona pellicea circa lumbos eius, et locustas et mel silvestre edebat. 7 Et praedicabat dicens: «Venit fortior me post me, cuius non sum dignus procumbens solvere corrigiam calceamentorum eius. 8 Ego baptizavi vos aqua; ille vero baptizabit vos in Spiritu Sancto».

1-8: 15,39 J 1,19-28 | Ml 3,1 Ex 23,20 Mt 11,10 L 1,76; 7,27 Is 40,3 ⊕

Act 13,24; 19.4

¶ 1.2 in Isaia propheta] in prophetis Wi | ecce] *add.* ego V (– G E St) | tuam²] *add.* ante te V ● 4 Ioannes ... praedicans] Ioannes in deserto (in deserto Ioannes G Co E Wi) baptizans et praedicans W S V ● 5 illum] eum V | Iordanis V ● 6 camelorum G Co Wi St Si ● 7 veniet St ● 8 baptizo Co | in aqua Co | in *om.* W S V

Iesus baptizatur: 1,9-11
(*9-11:* Mt 3,13-17 L 3,21s)

9–11: J 1,29-34 **9** Et factum est in diebus illis, venit Iesus a Nazareth
Galilaeae et baptizatus est in Iordane ab Ioanne. **10** Et
statim ascendens de aqua vidit apertos caelos et Spiritum
tamquam columbam descendentem in ipsum; **11** et vox
Gn 22,2 facta est de caelis: «Tu es Filius meus dilectus; in te com-
Ps 2,7 Is 42,1 Mt 3,17 placui».

Tentatur a Diabolo: 1,12-13
(*12-13:* Mt 4,1s.11 L 4,1s)

12 Et statim Spiritus expellit eum in desertum. **13** Et erat
in deserto quadraginta diebus et tentabatur a Satana; erat-
que cum bestiis, et angeli ministrabant illi.

PRAEDICATIO ET SANATIONES IN GALILAEA: 1,14–8,26

Iesus evangelizare incipit: 1,14-15
(*14-15:* Mt 4,12.17 L 4,14s)

14 Postquam autem traditus est Ioannes, venit Iesus in
Galilaeam praedicans evangelium Dei **15** et dicens: «Imple-
tum est tempus, et appropinquavit regnum Dei; paenite-
mini et credite evangelio».

Primos discipulos vocat: 1,16-20
(*16-20:* Mt 4,18-22)

16–20: L 5,1-11 J 1,35-51 **16** Et praeteriens secus mare Galilaeae vidit Simonem et
Andream fratrem Simonis mittentes in mare; erant enim
piscatores. **17** Et dixit eis Iesus: «Venite post me, et faciam
vos fieri piscatores hominum». **18** Et protinus, relictis reti-
bus, secuti sunt eum. **19** Et progressus pusillum vidit Iaco-
bum Zebedaei et Ioannem fratrem eius, et ipsos in navi
componentes retia, **20** et statim vocavit illos. Et, relicto

9 ~ a Ioanne in Iordane V ● **10** ~ caelos apertos V | spiritum] *add.* sanctum V (- L P C) | in ipsum] et manentem in ipso W S V (- Wi) ● **11** de caelo Co | complacui] mihi complacitum est Wi ● **12** expulit V ● **13** diebus] *add.* et quadraginta noctibus W S V (- Wi) | illi] ei G ● **14** evangelium] *add.* regni W S V ● **15** et[1] *om.* Wi | dicens] *add.* quoniam W S V (- Wi) | appropinquabit E St ● **16** Simonis] eius W S V | mittentes] *add.* retia W S V ● **19** progressus] *add.* inde W S V | ~ componentes retia in navi V ● **20** et[2]] *add.* illi Wi

patre suo Zebedaeo in navi cum mercennariis, abierunt
post eum.

In synagoga Capharnaum: 1,21-28
(21-28: L 4,31-37)

21 Et ingrediuntur Capharnaum. Et statim sabbatis in- Mt 7,28s
gressus synagogam docebat. **22** Et stupebant super doctrina
eius: erat enim docens eos quasi potestatem habens et non
sicut scribae. **23** Et statim erat in synagoga eorum homo in
spiritu immundo; et exclamavit **24** dicens: «Quid nobis et 5,7 Mt 8,29 L 8,28
tibi, Iesu Nazarene? Venisti perdere nos? Scio qui sis: Sanc- J 2,4
tus Dei». **25** Et comminatus est ei Iesus dicens: «Obmutesce
et exi de homine!». **26** Et discerpens eum spiritus immundus
et exclamans voce magna exivit ab eo. **27** Et mirati sunt
omnes, ita ut conquirerent inter se dicentes: «Quidnam est
hoc? Doctrina nova cum potestate; et spiritibus immundis Mt 7,29
imperat, et oboediunt ei». **28** Et processit rumor eius statim
ubique in omnem regionem Galilaeae.

Iesus socrum Petri a febribus liberat: 1,29-31
(29-31: Mt 8,14s L 4,38s)

29 Et protinus egredientes de synagoga venerunt in do-
mum Simonis et Andreae cum Iacobo et Ioanne. **30** Socrus
autem Simonis decumbebat febricitans; et statim dicunt ei
de illa. **31** Et accedens elevavit eam apprehensa manu; et

20 abierunt post eum] secuti sunt eum W S V • **21** ingressus] *add.* in V | docebat] *add.* eos W S V • **23** statim *om.* W S V | in² *om.* Wi • **24** venisti] *add.* ante tempus St Si | perdere nos] nos ad perdendum Wi | qui] quod Co E Wi St • **27** doctrina nova cum potestate] quae (quaenam V) doctrina haec nova quia in (cum Wi) potestate W S V | et²] etiam L P Si C; *om.* G Co E Wi St • **28** processit] emanavit Wi | ubique *om.* W S V • **30** ~ decumbebat (recumbebat Co E St) autem socrus Simonis W S V • **31** manu] *add.* eius W S V | et²] *add.* continuo W S V

dimisit eam febris, et ministrabat eis.

Daemoniacos et languentes curat: 1,32-34
(*32-34:* Mt 8,16 L 4,40s)

32 Vespere autem facto, cum occidisset sol, afferebant ad
eum omnes male habentes et daemonia habentes; 33 et erat
omnis civitas congregata ad ianuam. 34 Et curavit multos,
qui vexabantur variis languoribus, et daemonia multa eiecit
et non sinebat loqui daemonia, quoniam sciebant eum.

Capharnaum relinquit: 1,35-39
(*35-39:* L 4,42-44 *39:* Mt 4,23)

L 5,16; 9,18 35 Et diluculo valde mane surgens egressus est et abiit in
desertum locum ibique orabat. 36 Et persecutus est eum
Simon et, qui cum illo erant; 37 et cum invenissent eum,
dixerunt ei: «Omnes quaerunt te!». 38 Et ait illis: «Eamus
alibi in proximos vicos, ut et ibi praedicem: ad hoc enim
veni». 39 Et venit praedicans in synagogis eorum per om-
nem Galilaeam et daemonia eiciens.

Leprosum mundat: 1,40-45
(*40-45:* Mt 8,2-4 L 5,12-16)

40 Et venit ad eum leprosus deprecans eum et genu flec-
tens et dicens ei: «Si vis, potes me mundare». 41 Et misertus
extendens manum suam tetigit eum et ait illi: «Volo, mun-

31 ministrabit W *per err.?* ● 34 eiciebat W S V | loqui daemonia] ea loqui V; loqui ea W S | sciebant] noscebant Wi ● 35 mane *om.* W S V | egressus est] egrediebatur Wi | est et *om.* W S V(– Wi) ● 36 prosecutus V ● 37 ei] *add.* quia W S V (– Wi) ● 38 alibi *om.* W S V | vicos] *add.* et civitates W S V | et² *om.* Co E ● 39 venit] erat W S V | per omnem Galilaeam] et (– Wi) in (– W S) omni Galilaea W S V ● 40 flectens et dicens] flexo dixit (dicit L P St Si) W S V | ei *om.* W S Wi ● 41 et misertus extendens manum suam tetigit eum et] Iesus autem misertus eius extendit manum suam et tangens eum W S V | mundare] mundus esto Wi

dare!»; **42** et statim discessit ab eo lepra, et mundatus est.
43 Et infremuit in eum statimque eiecit illum **44** et dicit ei:
«Vide, nemini quidquam dixeris; sed vade, ostende te sa- 5,43 |
cerdoti et offer pro emundatione tua, quae praecepit Moy- Lv 13,49; 14,2-32 L 17,14
ses, in testimonium illis». **45** At ille egressus coepit prae-
dicare multum et diffamare sermonem, ita ut iam non posset
manifesto in civitatem introire, sed foris in desertis locis
erat; et conveniebant ad eum undique.

Paralyticum sanat: 2,1-12
(*1-12:* Mt 9,1-8 L 5,17-26)

2 Et iterum intravit Capharnaum post dies, et auditum
est quod in domo esset. **2** Et convenerunt multi, ita ut
non amplius caperentur neque ad ianuam, et loquebatur eis
verbum. **3** Et veniunt ferentes ad eum paralyticum, qui a
quattuor portabatur. **4** Et cum non possent offerre eum illi
prae turba, nudaverunt tectum, ubi erat, et perfodientes
summittunt grabatum, in quo paralyticus iacebat. **5** Cum
vidisset autem Iesus fidem illorum, ait paralytico: «Fili, di-
mittuntur peccata tua».

6 Erant autem illic quidam de scribis sedentes et cogitan-
tes in cordibus suis: **7** «Quid hic sic loquitur? Blasphemat!
Quis potest dimittere peccata nisi solus Deus?». **8** Quo sta-

42 et[1]] *add.* cum dixisset W S V ● 43 et infremuit in eum] et comminatus (+ est V) ei W S V | statimque] statim W S ● 44 dixit E Wi | quidquam *om.* W S V | sacerdoti] principi (principibus Wi) sacerdotum W S V | tua] tui Wi ● 45 at ille] et G Co St | multum *om.* W S V | manifeste W S V | ~ introire in civitatem V | erat] esset V (– G E Wi); esse W S G E

¶ 2.1 Capernaum Wi | dies] *add.* octo Co E St Si; *add.* aliquot Wi ● 2 amplius *om.* W S V | caperet W S V (– E: caperent; – Wi: caperent eos) | ad ianuam] ea loca quae erant ad ianuam Wi ● 3 venerunt W S V | ~ ad eum ferentes V ● 4 perfodientes] patefacientes W S V | summiserunt W S V ● 5 ~ autem vidisset V | dimittuntur] *add.* tibi W S V | tua *om.* W S ● 7 blasphemat] blasphemias Wi

tim cognito Iesus spiritu suo quia sic cogitarent intra se,
dicit illis: «Quid ista cogitatis in cordibus vestris? **9** Quid
est facilius, dicere paralytico: "Dimittuntur peccata tua", an
dicere: "Surge et tolle grabatum tuum et ambula"? **10** Ut
autem sciatis quia potestatem habet Filius hominis in terra
dimittendi peccata – ait paralytico –: **11** Tibi dico: Surge,
tolle grabatum tuum et vade in domum tuam». **12** Et sur-
rexit et protinus sublato grabato abiit coram omnibus, ita
ut admirarentur omnes et glorificarent Deum dicentes:
«Numquam sic vidimus!».

Levi vocato cum publicanis manducat: 2,13-17
(*13-17:* Mt 9,9-13 L 5,27-32)

13 Et egressus est rursus ad mare; omnisque turba venie-
bat ad eum, et docebat eos. **14** Et cum praeteriret, vidit
Mt 8,22 Levin Alphaei sedentem ad teloneum et ait illi: «Sequere
me». Et surgens secutus est eum. **15** Et factum est cum ac-
L 7,34; 19,7 cumberet in domo illius, et multi publicani et peccatores
simul discumbebant cum Iesu et discipulis eius; erant enim
multi et sequebantur eum. **16** Et scribae pharisaeorum, vi-
dentes quia manducaret cum peccatoribus et publicanis, di-
Mt 11,19 L 15,1s cebant discipulis eius: «Quare cum publicanis et peccatori-

8 quia] quod Wi ● 9 dimittuntur] *add.* tibi W S V | tua *om.* W S V (– Co E St) | et[1] *om.* V ● 10 quia] quod Wi | ~ Filius hominis habet potestatem V ● 12 et surrexit et protinus] et statim ille surrexit (surrexit ille V) et W S V | abiit] *add.* inde V (– L P C) | mirarentur V | glorificarent] honorificarent W S V | dicentes] *add.* quia W S V (– Wi) ● 15 et[2] *om.* W S V | et sequebantur] qui et (– Co E Wi St Si) sequebantur W S V ● 16 pharisaeorum] et pharisaei W S V | quia] quod Wi | ~ publicanis et peccatoribus V | dixerunt G Co St Si

bus manducat?». 17 Et Iesus hoc audito ait illis: «Non ne-
cesse habent sani medicum, sed qui male habent; non veni L 19,10
vocare iustos, sed peccatores».

Filii sponsi non ieiunant: 2,18-22
(*18-22:* Mt 9,14-17 L 5,33-38)

18 Et erant discipuli Ioannis et pharisaei ieiunantes. Et
veniunt et dicunt illi: «Cur discipuli Ioannis et discipuli
pharisaeorum ieiunant, tui autem discipuli non ieiunant?».
19 Et ait illis Iesus: «Numquid possunt convivae nuptiarum,
quamdiu sponsus cum illis est, ieiunare? Quanto tempore
habent secum sponsum, non possunt ieiunare; 20 venient
autem dies cum auferetur ab eis sponsus, et tunc ieiunabunt
in illa die. 21 Nemo assumentum panni rudis assuit vesti-
mento veteri; alioquin supplementum aufert aliquid ab eo,
novum a veteri, et peior scissura fit. 22 Et nemo mittit vi-
num novellum in utres veteres, alioquin dirumpet vinum
utres et vinum perit et utres; sed vinum novum in utres
novos».

Spicae sabbato vulsae: 2,23-28
(*23-28:* Mt 12,1-8 L 6,1-5)

23 Et factum est cum ipse sabbatis ambularet per sata, Dt 23,26
discipuli eius coeperunt praegredi vellentes spicas. 24 Pha-
risaei autem dicebant ei: «Ecce, quid faciunt sabbatis, quod

16 manducat] *add.* et bibit magister vester W S V ● 17 et Iesus hoc audito] hoc audito Iesus W S V | medico V | non[2]] *add.* enim W S V ● 18 cur] quare W V | discipuli[3] *om.* W S V ● 19 convivae] filii W S V | sponsus cum illis est] 1423 G; 2314 E ● 20 in illis diebus V ● 21 ~ aufert (auferet W) supplementum W S V | aliquid ab eo *om.* W S V | peior] maior W S V ● 22 novellum] novum V | dirumpit L P | perit] effundetur V; effunditur W S | utres[3]] *add.* peribunt W S V | novos] *add.* mitti debet W S V ● 23 est] *add.* iterum W S V (– Wi) | ipse] Dominus Co E St Si C; *om.* W S G Wi L P | et discipuli W S V (– Wi Si) | progredi V (– G E) | vellentes] et vellere W S V ● 24 faciunt] *add.* discipuli tui V (– L P C)

non licet?». **25** Et ait illis: «Numquam legistis quid fecerit
1 Sm 21,2-7 David, quando necessitatem habuit et esuriit ipse et qui
cum eo erant? **26** Quomodo introivit in domum Dei sub
Lv 24,5-9 Abiathar principe sacerdotum et panes propositionis manducavit, quos non licet manducare nisi sacerdotibus, et dedit etiam eis, qui cum eo erant?». **27** Et dicebat eis: «Sabbatum propter hominem factum est, et non homo propter sabbatum; **28** itaque dominus est Filius hominis etiam sabbati».

Manus arida sabbato restituta: 3,1-6
(*1-6:* Mt 12,9-14 L 6,6-11)

L 14,1-6 **3** Et introivit iterum in synagogam. Et erat ibi homo habens manum aridam; **2** et observabant eum, si sabbatis curaret illum, ut accusarent eum. **3** Et ait homini habenti manum aridam: «Surge in medium». **4** Et dicit eis: «Licet sabbatis bene facere an male? Animam salvam facere an perdere?». At illi tacebant. **5** Et circumspiciens eos cum ira, contristatus super caecitate cordis eorum, dicit homini: «Extende manum». Et extendit, et restituta est manus eius. **6** Et exeuntes pharisaei statim cum herodianis consilium faciebant adversus eum quomodo eum perderent.

Turbae concurrunt: 3,7-12
(*7-12:* Mt 4,23-25; 12,15s L 6,17-19)

7 Et Iesus cum discipulis suis secessit ad mare. Et multa turba a Galilaea secuta est et a Iudaea **8** et ab Hierosolymis

26 in *om.* W | licebat V | nisi] *add.* solis G Co E St Si | etiam eis] eis (+ et G Co E St) W S V (– Wi: his quoque)
¶ 3.2 illum *om.* W S V | eum[2]] illum W S V ● 4 dixit E ● 5 eos] illos G | cum ira] in ira E Wi | super caecitatem S G | manum] *add.* tuam W S V | eius] illi W S V (– Wi: illius) ● 6 et exeuntes] exeuntes autem W S V | ~ statim pharisaei W S ● 7 et Iesus] Iesus autem V | a Galilaea secuta est et a Iudaea] a Galilaea et Iudaea secuta est eum W S V

et ab Idumaea; et, qui trans Iordanem et circa Tyrum et Si-
donem, multitudo magna, audientes, quae faciebat, vene-
runt ad eum. **9** Et dixit discipulis suis, ut navicula sibi prae-
sto esset propter turbam, ne comprimerent eum. **10** Multos
enim sanavit, ita ut irruerent in eum, ut illum tangerent,
quotquot habebant plagas. **11** Et spiritus immundi, cum
illum videbant, procidebant ei et clamabant dicentes: «Tu Mt 8,29 L 4,41
es Filius Dei!». **12** Et vehementer comminabatur eis, ne
manifestarent illum.

Nomina apostolorum: 3,13-19
(*13-19:* Mt 10,1-4 L 6,12-16)

13 Et ascendit in montem et vocat ad se, quos voluit ipse,
et venerunt ad eum. **14** Et fecit Duodecim, ut essent cum
illo, et ut mitteret eos praedicare **15** habentes potestatem
eiciendi daemonia: **16** et imposuit Simoni nomen Petrum; *16–19:*
17 et Iacobum Zebedaei et Ioannem fratrem Iacobi, et im- J 1,40-44
posuit eis nomina Boanerges, quod est Filii tonitrui; **18** et Act 1,13
Andream et Philippum et Bartholomaeum et Matthaeum
et Thomam et Iacobum Alphaei et Thaddaeum et Simonem

8 qui *om.* W S V | et qui circa W S V • **9** dixit] *add.* Iesus G Co E St Si | ut] *add.* in V (– L P C) | praesto esset] deserviret W S G L P C; deservirent Co E Wi St Si • **10** sanabat W S V • **13** ascendens W S V | et[2] *om.* W S V | vocavit W S V • **14** ~ ut essent Duodecim W S V • **15** habentes potestatem] et dedit illis potestatem curandi infirmitates et W S V • **16** Petrus W S V • **17** Boanerges] Bne hargem Wi

Chananaeum **19** et Iudam Iscarioth, qui et tradidit illum.

De incredulitate suorum: 3,20-21

20 Et venit ad domum; et convenit iterum turba, ita ut
non possent neque panem manducare. **21** Et cum audissent
J 7,5 sui, exierunt tenere eum; dicebant enim: «In furorem ver-
sus est».

Apologia Iesu: 3,22-30
(*22-30:* Mt 12,24-29.31 s L 11,15-22 *28-29:* L 12,10)

22 Et scribae, qui ab Hierosolymis descenderant, dice-
Mt 9,34; 10,25 bant: «Beelzebul habet» et: «In principe daemonum eicit
daemonia». **23** Et convocatis eis, in parabolis dicebat illis:
«Quomodo potest Satanas Satanam eicere? **24** Et si regnum
in se dividatur, non potest stare regnum illud; **25** et si do-
mus in semetipsam dispertiatur, non poterit domus illa
stare. **26** Et si Satanas consurrexit in semetipsum et disper-
titus est, non potest stare, sed finem habet. **27** Nemo autem
Is 49,24 potest in domum fortis ingressus vasa eius diripere, nisi
prius fortem alliget; et tunc domum eius diripiet. **28** Amen
dico vobis: Omnia dimittentur filiis hominum peccata et
blasphemiae, quibus blasphemaverint; **29** qui autem blas-
phemaverit in Spiritum Sanctum, non habet remissionem
in aeternum, sed reus est aeterni delicti». **30** Quoniam dice-

19 Scarioth W S G Co E; Iscariotem V (- G Co E) | et² *om.* G ● 20 venit] veniunt W S V | posset Co Wi St ● 21 enim] *add.* quoniam W S V (- Wi) ● 22 dicebant] *add.* quoniam W S V (- Wi) | et²] *add.* quia W S V (- Wi) | daemoniorum V ● 24 in se] contra se Wi | ~ regnum illud stare V ● 25 in] super W S V (- Wi: contra) | dispartiatur Co E Wi | potest V ● 26 consurrexerit V | in] contra Wi | et² *om.* W S V | est] *add.* et W S V | poterit V ● 27 *sic habent* W S V: nemo potest vasa fortis ingressus in domum (+ eius Co) diripere *etc.* ● 28 vobis] *add.* quoniam W S V | blasphemaverunt G Co E Wi St ● 29 in¹ *om.* Wi | habebit G Co St Si C | erit W S V

bant: «Spiritum immundum habet». J 10,20

De vera cognatione Iesu: 3,31-35
(*31-35:* Mt 12,46-50 L 8,19-21)

31 Et venit mater eius et fratres eius et foris stantes mi-
serunt ad eum vocantes eum. **32** Et sedebat circa eum turba,
et dicunt ei: «Ecce mater tua et fratres tui et sorores tuae
foris quaerunt te». **33** Et respondens eis ait: «Quae est ma-
ter mea et fratres mei?». **34** Et circumspiciens eos, qui in
circuitu eius sedebant, ait: «Ecce mater mea et fratres mei.
35 Qui enim fecerit voluntatem Dei, hic frater meus et soror
mea et mater est».

Parabolae de regno Dei: 4,1-34
Parabola seminatoris: 4,1-9
(*1-9:* Mt 13,1-9 L 8,4-8)

4 Et iterum coepit docere ad mare. Et congregatur ad
eum turba plurima, ita ut in navem ascendens sederet
in mari, et omnis turba circa mare super terram erant. **2** Et
docebat eos in parabolis multa et dicebat illis in doctrina
sua: **3** «Audite. Ecce exiit seminans ad seminandum. **4** Et
factum est dum seminat, aliud cecidit circa viam, et vene-
runt volucres et comederunt illud. **5** Aliud cecidit super pe-
trosa, ubi non habebat terram multam, et statim exortum

31 veniunt W S V | eius[2] *om.* W S V ● 32 et sorores tuae *om.* W S V ● 35 mater] *add.* mea E Wi

¶ 4.1 congregata est W S V | plurima] multa W S V | in[1] *om.* V (– G E Wi) | navim V | erat W S V (– G St) ● 2 eos] illos W ● 4 factum est *om.* W S V | circa] secus E Wi | volucres] *add.* caeli V ● 5 aliud] *add.* vero W S V | habebat[1]] habuit W S V

est, quoniam non habebat altitudinem terrae; **6** et quando exortus est sol, exaestuavit et, eo quod non haberet radicem, exaruit. **7** Et aliud cecidit in spinas, et ascenderunt spinae et suffocaverunt illud, et fructum non dedit. **8** Et alia ceciderunt in terram bonam et dabant fructum: ascendebant et crescebant et afferebant unum triginta et unum sexaginta
Mt 11,15 et unum centum». **9** Et dicebat: «Qui habet aures audiendi, audiat».

Quare Iesus in parabolis loquatur: 4,10-12
(*10-12:* Mt 13,10-17 L 8,9s)

10 Et cum esset singularis, interrogaverunt eum hi, qui circa eum erant cum Duodecim, parabolas. **11** Et dicebat eis: «Vobis datum est mysterium regni Dei; illis autem, qui foris sunt, in parabolis omnia fiunt,

Is 6,9s J 12,40 Act 28,26s **12** ut *videntes videant et non videant,*
et audientes audiant et non intellegant,
ne quando convertantur,
et dimittatur eis».

Parabola seminatoris explicatur: 4,13-20
(*13-20:* Mt 13,18-23 L 8,11-15)

13 Et ait illis: «Nescitis parabolam hanc, et quomodo omnes parabolas cognoscetis? **14** Qui seminat, verbum seminat. **15** Hi autem sunt, qui circa viam, ubi seminatur verbum: et cum audierint, confestim venit Satanas et aufert verbum, quod seminatum est in eos. **16** Et hi sunt, qui super petrosa seminantur: qui cum audierint verbum, statim cum gaudio accipiunt illud **17** et non habent radicem in se, sed temporales sunt; deinde orta tribulatione vel persecutione propter verbum, confestim scandalizantur. **18** Et alii sunt,

6 habebat V ● 7 offocaverunt S ● 8 *sic habent* W S V: et aliud cecidit in terram bonam et dabat fructum ascendentem et crescentem et afferebat *etc.* | et[5] *om.* L P Si C | trigesimum ... sexagesimum ... centesimum Co E Wi St Si ● 10 singularis] solitarius Wi | circa eum] cum eo W S V | cum[2] *om.* V | parabolam V (+ exponere E) ● 11 est] *add.* nosse V; *add.* scire W ● 12 dimittantur W S V | eis] *add.* peccata W S V ● 15 verbum[2] *om.* G | in eos] in cordibus (corde G) eorum V; in corda eorum W S ● 16 sunt] *add.* similiter W S V | super petrosa] supra petram G ● 17 vel] et W S V

qui in spinis seminantur: hi sunt, qui verbum audierunt,
19 et aerumnae saeculi et deceptio divitiarum et circa reli- 1 T 6,9
qua concupiscentiae introeuntes suffocant verbum, et sine
fructu efficitur. **20** Et hi sunt, qui super terram bonam semi-
nati sunt: qui audiunt verbum et suscipiunt et fructificant
unum triginta et unum sexaginta et unum centum».

Quomodo sit audiendum: 4,21-25
(*21-25:* L 8,16-18)

21 Et dicebat illis: «Numquid venit lucerna, ut sub mo- Mt 5,15 L 11,33
dio ponatur aut sub lecto? Nonne ut super candelabrum
ponatur? **22** Non enim est aliquid absconditum, nisi ut Mt 10,26 L 12,2
manifestetur, nec factum est occultum, nisi ut in palam
veniat. **23** Si quis habet aures audiendi, audiat». Mt 11,15
24 Et dicebat illis: «Videte quid audiatis. In qua mensura Mt 7,2 L 6,38
mensi fueritis, remetietur vobis et adicietur vobis. **25** Qui Mt 13,12; 25,29 L 19,26
enim habet, dabitur illi; et, qui non habet, etiam quod habet,
auferetur ab illo».

Parabola de segete ultro crescente: 4,26-29

26 Et dicebat: «Sic est regnum Dei, quemadmodum si
homo iaciat sementem in terram **27** et dormiat et exsurgat
nocte ac die, et semen germinet et increscat, dum nescit
ille. **28** Ultro terra fructificat primum herbam, deinde spi-
cam, deinde plenum frumentum in spica. **29** Et cum se pro-
duxerit fructus, statim mittit falcem, quoniam adest messis». Joel 4,13

18 audiunt W S V • 19 circa reliqua concupiscentiae] reliquarum rerum concupiscentiae Wi • 20 et[4] *om.* V | trigesimum ... sexagesimum ... centesimum Co E Wi St Si • 22 ~ est enim V | nisi ut[1]] quod non W S V | nisi ut[2]] sed ut W S L P C; quod non V (- L P C) | ~ veniat in palam (apertum Wi) G Co E Wi St • 24 et adicietur vobis *om.* G • 25 illo] eo V • 27 ac] et V • 28 ultro] *add.* enim W S V • 29 se] *om.* C; ex se Co E Wi St Si

Parabola de grano sinapis: 4,30-32
(30-32: Mt 13,31s L 13,18s)

30 Et dicebat: «Quomodo assimilabimus regnum Dei
aut in qua parabola ponemus illud? **31** Sicut granum sina-
pis, quod cum seminatum fuerit in terra, minus est omnibus
seminibus, quae sunt in terra; **32** et cum seminatum fuerit,
Dn 4,8s.18 Ez 17,23 ascendit et fit maius omnibus holeribus et facit ramos mag-
nos, ita ut possint sub umbra eius aves caeli habitare».

De usu parabolarum annotatio finalis: 4,33-34
(33-34: Mt 13,34)

33 Et talibus multis parabolis loquebatur eis verbum,
prout poterant audire; **34** sine parabola autem non loque-
batur eis. Seorsum autem discipulis suis disserebat omnia.

Facta et dicta Iesu: 4,35–8,26
De tempestate sedata: 4,35-41
(35-41: Mt 8,18.23-27 L 8,22-25)

35 Et ait illis illa die, cum sero esset factum: «Transeamus
contra». **36** Et dimittentes turbam, assumunt eum, ut erat
in navi; et aliae naves erant cum illo. **37** Et exoritur procella
magna venti, et fluctus se mittebant in navem, ita ut iam
impleretur navis. **38** Et erat ipse in puppi supra cervical
dormiens; et excitant eum et dicunt ei: «Magister, non ad
te pertinet quia perimus?». **39** Et exsurgens comminatus
6,51 est vento et dixit mari: «Tace, obmutesce!». Et cessavit ven-
tus, et facta est tranquillitas magna. **40** Et ait illis: «Quid
timidi estis? Necdum habetis fidem?». **41** Et timuerunt mag-
no timore et dicebant ad alterutrum: «Quis putas est iste,
quia et ventus et mare oboediunt ei?».

30 quomodo] cui W S V | in qua] cui W S V | parabolae W S V | ponemus] comparabimus W S V ● **32** seminatum] natum G Co E St Si | ascendit] *add.* in arborem G Co E St Si ● **34** suis *om.* G ● **35** illa die] in illa die V (– E: in die illa) ● **36** eum] *add.* ita W S V ● **37** exoritur] facta est W S V | se mittebant] mittebat W S V | navim V | iam *om.* W S V ● **38** super V | ei] illi V ● **41** ~ timore magno V | et³ *om.* G Co E Wi St

Iesus daemoniacum Gerasenum curat: 5,1-20
(*1-20:* Mt 8,28-34 L 8,26-39)

5 Et venerunt trans fretum maris in regionem Geraseno-
rum. **2** Et exeunte eo de navi, statim occurrit ei de mo-
numentis homo in spiritu immundo, **3** qui domicilium habe-
bat in monumentis; et neque catenis iam quisquam eum
poterat ligare, **4** quoniam saepe compedibus et catenis vinc-
tus dirupisset catenas et compedes comminuisset, et nemo
poterat eum domare; **5** et semper nocte ac die in monu-
mentis et in montibus erat clamans et concidens se lapidi-
bus. **6** Et videns Iesum a longe cucurrit et adoravit eum
7 et clamans voce magna dicit: «Quid mihi et tibi, Iesu, fili 1,24; 3,11 L 4,34 J 2,4
Dei Altissimi? Adiuro te per Deum, ne me torqueas». **8** Di-
cebat enim illi: «Exi, spiritus immunde, ab homine». **9** Et
interrogabat eum: «Quod tibi nomen est?». Et dicit ei:
«Legio nomen mihi est, quia multi sumus». **10** Et depreca-
batur eum multum, ne se expelleret extra regionem.

11 Erat autem ibi circa montem grex porcorum magnus
pascens; **12** et deprecati sunt eum dicentes: «Mitte nos in
porcos, ut in eos introeamus». **13** Et concessit eis. Et exeun-
tes spiritus immundi introierunt in porcos. Et magno im-
petu grex ruit per praecipitium in mare, ad duo milia, et
suffocabantur in mari. **14** Qui autem pascebant eos, fuge-

¶ **5.1** Gadarenorum Wi ● **2** exeunti ei W S V | ei *om.* V | in *om.* Wi ● **3** ~ poterat eum V ● **5** ~ die ac nocte V ● **6** et videns] videns autem W S V ● **7** dixit V | altissimi] summi W S ● **8** homine] *add.* isto G Co E St Si ● **9** ~ mihi nomen V ● **10** deprecabantur Co St Si ● **11** pascens] *add.* in agris G Co E St Si ● **12** deprecati sunt] deprecabantur W S V | eum] *add.* spiritus W S V ● **13** eis] ei C; *add.* statim Iesus W S V | ruit per praecipitium] praecipitatus est W S V | in mare] in mari G Co | suffocati sunt W S V | in mari] in mare W S

runt et nuntiaverunt in civitatem et in agros; et egressi sunt
videre quid esset facti. **15** Et veniunt ad Iesum; et vident
illum, qui a daemonio vexabatur, sedentem, vestitum et
sanae mentis, eum qui legionem habuerat, et timuerunt.
16 Et qui viderant, narraverunt illis qualiter factum esset ei,
qui daemonium habuerat, et de porcis. **17** Et rogare eum
coeperunt, ut discederet a finibus eorum. **18** Cumque ascen-
deret navem, qui daemonio vexatus fuerat, deprecabatur
eum, ut esset cum illo. **19** Et non admisit eum, sed ait illi:
«Vade in domum tuam ad tuos, et annuntia illis quanta tibi
Dominus fecerit et misertus sit tui». **20** Et abiit et coepit
praedicare in Decapoli quanta sibi fecisset Iesus, et omnes
mirabantur.

De haemorrhoissa sanata et de filia Iairi suscitata: 5,21-43
(*21-43:* Mt 9,18-26 L 8,40-56)

21 Et cum transcendisset Iesus in navi rursus trans fre-
tum, convenit turba multa ad illum, et erat circa mare.
22 Et venit quidam de archisynagogis nomine Iairus et vi-
dens eum procidit ad pedes eius **23** et deprecatur eum mul-
tum dicens: «Filiola mea in extremis est; veni, impone ma-
nus super eam, ut salva sit et vivat». **24** Et abiit cum illo. Et
sequebatur eum turba multa et comprimebant illum.

25 Et mulier, quae erat in profluvio sanguinis annis duo-
decim **26** et fuerat multa perpessa a compluribus medicis
et erogaverat omnia sua nec quidquam profecerat sed magis

14 factum Wi P Si C ● 15 venerunt G Co E St | eum qui legionem habuerat *om.* W S V ● 16 ~ narraverunt illis qui viderant W S V ● 17 ~ coeperunt eum V | a] de S V ● 18 navem] navim V; *add.* coepit illum deprecari W S V | qui a daemonio V | deprecabatur eum *om.* W S V ● 19 et[1]] Iesus autem Wi ● 21 transcendisset] ascendisset G Co St Si; transisset Wi | navem G; navim Co St | rursum V (- Co E Wi) | illum] eum V ● 23 deprecabatur W S V | dicens] *add.* quoniam W S V | filia W S V | manum V (- Wi L P); *add.* tuam G Co E St Si ● 24 illum] eum V

deterius habebat, **27** cum audisset de Iesu, venit in turba
retro et tetigit vestimentum eius; **28** dicebat enim: «Si vel 6,56 Mt 14,36
vestimenta eius tetigero, salva ero». **29** Et confestim sicca-
tus est fons sanguinis eius, et sensit corpore quod sanata
esset a plaga. **30** Et statim Iesus cognoscens in semetipso
virtutem, quae exierat de eo, conversus ad turbam aiebat:
«Quis tetigit vestimenta mea?». **31** Et dicebant ei discipuli
sui: «Vides turbam comprimentem te et dicis: "Quis me
tetigit?"». **32** Et circumspiciebat videre eam, quae hoc fece-
rat. **33** Mulier autem timens et tremens, sciens quod factum
esset in se, venit et procidit ante eum et dixit ei omnem veri-
tatem. **34** Ille autem dixit ei: «Filia, fides tua te salvam fecit. 10,52 L 7,50; 17,19; 18,42
Vade in pace et esto sana a plaga tua».

35 Adhuc eo loquente, veniunt ab archisynagogo dicen-
tes: «Filia tua mortua est; quid ultra vexas magistrum?».
36 Iesus autem, verbo, quod dicebatur, audito, ait archi-
synagogo: «Noli timere; tantummodo crede!». **37** Et non
admisit quemquam sequi se nisi Petrum et Iacobum et
Ioannem fratrem Iacobi. **38** Et veniunt ad domum archi-
synagogi; et videt tumultum et flentes et eiulantes mul-
tum, **39** et ingressus ait eis: «Quid turbamini et ploratis?
Puella non est mortua, sed dormit». **40** Et irridebant eum.
Ipse vero, eiectis omnibus, assumit patrem puellae et ma-
trem et, qui secum erant, et ingreditur, ubi erat puella;

28 enim] *add.* quia W S V | vestimentum W S V • 29 quod] quia V • 30 ~ in semetipso cognoscens V | eo] illo V • 32 videre] ut videret Wi • 33 autem] vero V • 35 veniunt] *add.* nuntii G Co E St Si | ad archisynagogum V (– C) | dicentes] *add.* quia W S V • 36 ~ audito verbo quod dicebatur V • 37 ~ se sequi V • 38 venit Wi | ad] in W S V | vidit G Co E St • 39 eis] illis V • 40 ~ patrem et matrem puellae W S V | et[3] *om.* E | ingreditur] ingrediuntur V (– Wi Si C); *add.* eo Wi | erat puella] puella erat iacens V; erat puella iacens W S

41 et tenens manum puellae ait illi: «Talitha, qum!» – quod
est interpretatum: «Puella, tibi dico: Surge!»–. **42** Et con-
festim surrexit puella et ambulabat; erat enim annorum
duodecim. Et obstupuerunt continuo stupore magno. **43** Et
praecepit illis vehementer, ut nemo id sciret, et dixit dari
illi manducare.

Iesus in patria sua reprobatur: 6,1-6a
(*1-6*: Mt 13,53-58 L 4,16-30)

6 Et egressus est inde et venit in patriam suam, et se-
quuntur illum discipuli sui. **2** Et facto sabbato, coepit
in synagoga docere; et multi audientes admirabantur dicen-
J 7,15 tes: «Unde huic haec, et quae est sapientia, quae data est
illi, et virtutes tales, quae per manus eius efficiuntur?
J 6,42 **3** Nonne iste est faber, filius Mariae et frater Iacobi et Iose-
tis et Iudae et Simonis? Et nonne sorores eius hic nobiscum
sunt?». Et scandalizabantur in illo. **4** Et dicebat eis Iesus:
J 4,44 «Non est propheta sine honore nisi in patria sua et in cogna-
tione sua et in domo sua». **5** Et non poterat ibi virtutem
ullam facere, nisi paucos infirmos impositis manibus cura-

42 enim] autem W S V (– Wi) | continuo *om.* W S V | magno] maximo W S ● 43 dixit] iussit Co E St Si | dari] dare G Co E; ut darent Wi
¶ 6.1 est *om.* W S V | et venit] abiit W S V | sequebantur W S V | illum] eum V ● 2 admirabantur] *add.* in doctrina eius W S V (– Wi) | haec] *add.* omnia W S V (– Wi) ● 3 iste] hic V | et[1] *om.* W S V (– E) | Iosetis] Ioseph W S V | ~ nonne et W S V ● 4 eis] illis V | Iesus] *add.* quia W S V (– Wi) | ~ et in domo sua et in cognatione sua V (– Co)

vit; **6** et mirabatur propter incredulitatem eorum.

Missio et instructio apostolorum: 6,6b-13
(*6b-13:* Mt 9,35; 10,1.5-14 L 9,1-6)

Et circumibat castella in circuitu docens.
7 Et convocat Duodecim et coepit eos mittere binos et
dabat illis potestatem in spiritus immundos; **8** et praecepit
eis, ne quid tollerent in via nisi virgam tantum: non panem,
non peram neque in zona aes, **9** sed ut calcearentur sanda-
liis et ne induerentur duabus tunicis. **10** Et dicebat eis:
«Quocumque introieritis in domum, illic manete, donec
exeatis inde. **11** Et quicumque locus non receperit vos nec
audierint vos, exeuntes inde excutite pulverem de pedibus
vestris in testimonium illis». **12** Et exeuntes praedicaverunt,
ut paenitentiam agerent; **13** et daemonia multa eiciebant
et ungebant oleo multos aegrotos et sanabant.

Quid Herodes et alii de Iesu senserint: 6,14-16
(*14-16:* Mt 14,1s L 9,7-9)

14 Et audivit Herodes rex; manifestum enim factum est
nomen eius. Et dicebant: «Ioannes Baptista resurrexit a Mt 16,14
mortuis, et propterea inoperantur virtutes in illo». **15** Alii
autem dicebant: «Elias est». Alii vero dicebant: «Propheta
est, quasi unus ex prophetis». **16** Quo audito, Herodes aie-
bat: «Quem ego decollavi Ioannem, hic resurrexit!».

Ioannes Baptista decollatur: 6,17-29
(*17-29:* Mt 14,3-12 L 3,19s)

17 Ipse enim Herodes misit ac tenuit Ioannem et vinxit
eum in carcere propter Herodiadem uxorem Philippi fratris

6 eorum] illorum W • 7 vocavit V (– E Wi); convocavit W S E Wi | in spiritus immundos] spirituum immundorum W S V (– Wi: contra spiritus immundos) • 8 eis] illis E | ~ non peram non panem W S V • 9 ut calcearentur] calciatos W S; calceatos V • 11 locus *om.* W S V | receperint W S V | nec] neque Co E Wi | vos[2] *om.* Co Wi St • 12 praedicabant W S V • 13 aegros V | sanabantur V (– L P C) • 14 ~ rex Herodes V | dicebant] dicebat quia W S V (– Wi: dicebat) | et[3] *om.* Wi | inoperantur virtutes] virtutes operantur V • 15 dicebant[1]] *add.* quia W S V (– Wi) | dicebant[2]] *add.* quia V (– Wi) | vel quasi Wi • 16 ait W S V | hic a mortuis W S V • 17 miserat ... tenuerat ... vinxerat Wi | in carcerem V (– Wi C)

sui, quia duxerat eam. **18** Dicebat enim Ioannes Herodi:
Lv 18,16; 20,21 «Non licet tibi habere uxorem fratris tui». **19** Herodias
autem insidiabatur illi et volebat occidere eum nec poterat:
20 Herodes enim metuebat Ioannem, sciens eum virum
iustum et sanctum, et custodiebat eum, et audito eo multum
haesitabat et libenter eum audiebat. **21** Et cum dies oppor-
tunus accidisset, quo Herodes natali suo cenam fecit prin-
cipibus suis et tribunis et primis Galilaeae, **22** cumque in-
troisset filia ipsius Herodiadis et saltasset, placuit Herodi
simulque recumbentibus. Rex ait puellae: «Pete a me, quod
vis, et dabo tibi». **23** Et iuravit illi multum: «Quidquid pe-
Esth 5,3.6; 7,2 tieris a me, dabo tibi, usque ad dimidium regni mei».
24 Quae cum exisset, dixit matri suae: «Quid petam?». At
illa dixit: «Caput Ioannis Baptistae». **25** Cumque introisset
statim cum festinatione ad regem, petivit dicens: «Volo ut
protinus des mihi in disco caput Ioannis Baptistae». **26** Et
contristatus rex propter iusiurandum et propter recumben-
tes noluit eam decipere **27** et statim misso spiculatore rex
praecepit afferri caput eius. Et abiens decollavit eum in car-
cere **28** et attulit caput eius in disco et dedit illud puellae

20 enim] autem G Co E St | multum haesitabat] multa faciebat W S V • 21 quo *om.* W S V | natalis sui S V | suis *om.* W S V • 22 placuit] et placuisset W S V • 23 multum] quia W S V (– Wi: *om.*) | a me *om.* W S V | usque ad] licet W S V • 24 at] et S • 26 contristatus] *add.* est V | propter[1]] et propter Wi | et[2]] sed Si | propter[2]] *add.* simul W S V | discumbentes V (– E Wi) | decipere] contristare W S V • 27 et statim] sed W S V (– Si: et) | rex *om.* W S V | eius] *add.* in disco W S V | abiens *om.* W S V

et puella dedit illud matri suae. **29** Quo audito discipuli eius
venerunt et tulerunt corpus eius et posuerunt illud in mo-
numento.

Apostolis ad Iesum reversis quinque milia saturantur: 6,30-44
(*30-31:* L 9,10; 10,17 *32-44:* Mt 14,13-21 L 9,10-17 J 6,1-13)

30 Et convenientes apostoli ad Iesum renuntiaverunt illi
omnia, quae egerant et docuerant. **31** Et ait illis: «Venite
vos ipsi seorsum in desertum locum et requiescite pusillum».
Erant enim, qui veniebant et redibant multi, et nec mandu-
candi spatium habebant. **32** Et abierunt in navi in desertum *32–44:* 8,1-10 Mt 15,32-39
locum seorsum.

33 Et viderunt eos abeuntes et cognoverunt multi, et pe-
destre de omnibus civitatibus concurrerunt illuc et prae-
venerunt eos. **34** Et exiens vidit multam turbam et misertus Mt 9,36 | Nu 27,17 1 Rg 22,17 Ez 34,5
est super eos, quia erant sicut oves non habentes pastorem,
et coepit docere illos multa. **35** Et cum iam hora multa facta
esset, accesserunt discipuli eius dicentes: «Desertus est locus
hic, et hora iam est multa; **36** dimitte illos, ut euntes in villas
et vicos in circuitu emant sibi, quod manducent». **37** Re-
spondens autem ait illis: «Date illis vos manducare». Et
dicunt ei: «Euntes emamus denariis ducentis panes et da-
bimus eis manducare?». **38** Et dicit eis: «Quot panes habetis?
Ite, videte». Et cum cognovissent, dicunt: «Quinque et duos

28 illud[2] *om.* W S V • 30 illi] ei V • 31 vos ipsi *om.* W S V | ~ spatium manducandi V • 32 et] *add.* ascendentes W S V | ~ in navi (in navim V) abierunt W S V • 33 abeuntes] *add.* turbae Wi | pedestres W V; *add.* et S | cucurrerunt G Co E St • 34 multam turbam] turbam multam Iesus V; multam turbam Iesus W S | ~ illos docere V • 35 facta esset] fieret W S V | ~ locus est G | ~ iam hora W S V (– Wi) | est multa] praeteriit W S V • 36 in[1]] *add.* proximas W S V | in circuitu *om.* W S V | quod] cibos quos W S V • 37 respondens autem] et respondens W S V | illis[2]] eis W | vos *om.* S G Co E St | dixerunt W S V | ~ ducentis denariis V | eis] illis V • 38 dixit E Wi | ite] *add.* et W S V

pisces». **39** Et praecepit illis, ut accumbere facerent omnes
secundum contubernia super viride fenum. **40** Et discubue-
runt secundum areas per centenos et per quinquagenos.
8,19 **41** Et acceptis quinque panibus et duobus piscibus, intuens
in caelum benedixit et fregit panes et dabat discipulis suis,
ut ponerent ante eos; et duos pisces divisit omnibus. **42** Et
manducaverunt omnes et saturati sunt; **43** et sustulerunt
fragmenta duodecim cophinos plenos, et de piscibus. **44** Et
erant, qui manducaverunt panes, quinque milia virorum.

Iesus super mare ambulat: 6,45-52
(*45-52:* Mt 14,22-33 J 6,16-21)

45 Et statim coegit discipulos suos ascendere navem, ut
praecederent trans fretum ad Bethsaidam, dum ipse dimit-
L 6,12 teret populum. **46** Et cum dimisisset eos, abiit in montem
orare. **47** Et cum sero factum esset, erat navis in medio mari,
et ipse solus in terra. **48** Et videns eos laborantes in remi-
gando, erat enim ventus contrarius eis, circa quartam vigi-
liam noctis venit ad eos ambulans super mare et volebat
praeterire eos. **49** At illi, ut viderunt eum ambulantem super
mare, putaverunt phantasma esse et exclamaverunt; **50** om-
nes enim eum viderunt et conturbati sunt. Statim autem
locutus est cum eis et dicit illis: «Confidite, ego sum; nolite

40 secundum areas] in partes W S V | per^{2} *om.* V ● 41 dedit W S V ● 43 fragmenta] reliquias fragmentorum W S V ● 44 et erant] erant autem W S V | panes *om.* W S V ● 45 navim V | praecederent] *add.* eum W S V ● 46 orare] ad orandum Wi ● 47 factum *om.* W S V ● 48 videns] vidit Wi | eis] *add.* et W S V (- Si) | supra V (- Wi L P) ● 49 supra V (- L P) ● 50 ~ viderunt eum V | turbati Co | statim autem] et statim W S V | dixit W S V | illis] eis V

timere!». **51** Et ascendit ad illos in navem, et cessavit ventus. 4,39
Et valde nimis intra se stupebant: **52** non enim intellexerant
de panibus, sed erat cor illorum obcaecatum. 8,17

Male habentes in Gennesaret curat: 6,53-56
(*53-56:* Mt 14,34-36)

53 Et cum transfretassent in terram, pervenerunt Gen-
nesaret et applicuerunt. **54** Cumque egressi essent de navi,
continuo cognoverunt eum **55** et percurrentes universam Mt 4,24
regionem illam coeperunt in grabatis eos, qui se male habe-
bant, circumferre, ubi audiebant eum esse. **56** Et quocum-
que introibat in vicos aut in civitates vel in villas, in plateis
ponebant infirmos, et deprecabantur eum ut vel fimbriam 5,28 Mt 14,36
vestimenti eius tangerent; et, quotquot tangebant eum, salvi
fiebant.

Quid sit mundum et quid coinquinet hominem: 7,1-23
(*1-23:* Mt 15,1-20)

7 Et conveniunt ad eum pharisaei et quidam de scribis
venientes ab Hierosolymis; **2** et cum vidissent quosdam
ex discipulis eius communibus manibus, id est non lotis, L 11,38 Kol 2,21 s
manducare panes **3** – pharisaei enim et omnes Iudaei, nisi
pugillo lavent manus, non manducant, tenentes traditionem
seniorum; **4** et a foro nisi baptizentur, non comedunt; et
alia multa sunt, quae acceperunt servanda: baptismata cali- Mt 23,25
cum et urceorum et aeramentorum et lectorum – **5** et inter-
rogant eum pharisaei et scribae: «Quare discipuli tui non

51 navim V | valde nimis] plus magis W S V ● 52 intellexerunt V (- Wi) | sed erat] erat enim W S V | illorum] eorum V ● 53 ~ pervenerunt (venerunt V) in terram W S V ● 55 se *om.* Wi | eum] *add.* illic Wi ● 56 ~ vel in villas aut in (- S V) civitates W S V

¶ 7.1 convenerunt Co ● 2 panes] *add.* vituperaverunt W S V ● 3 pugillo] crebro W S V | laverint V ● 4 foro] *add.* venientes Co E Wi St Si | acceperunt servanda] tradita sunt illis servare W S V | baptismata] lotiones Wi ● 5 interrogabant V

ambulant iuxta traditionem seniorum, sed communibus
manibus manducant panem?». 6 At ille dixit eis: «Bene pro-
phetavit Isaias de vobis hypocritis, sicut scriptum est:
Is 29,13 ⊕ "*Populus hic labiis me honorat,*
cor autem eorum longe est a me;
7 *in vanum autem me colunt*
docentes doctrinas praecepta hominum".
8 Relinquentes mandatum Dei tenetis traditionem ho-
minum». 9 Et dicebat illis: «Bene irritum facitis praeceptum
Dei, ut traditionem vestram servetis. 10 Moyses enim dixit:
Ex 20,12 Dt 5,16 | "*Honora patrem tuum et matrem tuam*" et: "*Qui maledixerit*
Ex 21,17 Lv 20,9 *patri aut matri, morte moriatur*"; 11 vos autem dicitis: "Si
dixerit homo patri aut matri: Corban, quod est donum,
quodcumque ex me tibi profuerit", 12 ultra non permittitis
ei facere quidquam patri aut matri 13 rescindentes verbum
Dei per traditionem vestram, quam tradidistis; et similia
huiusmodi multa facitis».

14 Et advocata iterum turba, dicebat illis: «Audite me,
omnes et intellegite: 15 Nihil est extra hominem introiens
in eum, quod possit eum coinquinare; sed quae de homine
procedunt, illa sunt, quae coinquinant hominem!». (16)

6 ille] *add.* respondens W S V • 7 doctrinas] *add.* et V (– L P) • 8 relinquentes] *add.* enim W S V | mandata E | traditiones V (– C) | hominum] *add.* baptismata (lotiones Wi) urceorum et calicum et alia (*om.* G St) similia his facitis multa W S V • 9 illis *om.* G | fecistis G Co E St Si • 10 dicit Co | aut] vel V • 11 aut] vel E | proderit E Wi • 12 et ultra non dimittitis eum quidquam facere patri suo aut matri W S V • 13 ~ et multa similia huius facitis G • 14 advocans W S V | turbam W S V (– Co St: turbas) • 15 coinquinant] communicant W S G St L P C • 16 si quis habet aures audiendi audiat W S V

17 Et cum introisset in domum a turba, interrogabant
eum discipuli eius parabolam. **18** Et ait illis: «Sic et vos
imprudentes estis? Non intellegitis quia omne extrinsecus
introiens in hominem non potest eum coinquinare, **19** quia
non introit in cor eius sed in ventrem et in secessum exit?»,
purgans omnes escas. **20** Dicebat autem: «Quod de homine
exit, illud coinquinat hominem; **21** ab intus enim de corde
hominum cogitationes malae procedunt, fornicationes, fur-
ta, homicidia, **22** adulteria, avaritiae, nequitiae, dolus, im-
pudicitia, oculus malus, blasphemia, superbia, stultitia:
23 omnia haec mala ab intus procedunt et coinquinant ho-
minem».

Precatio mulieris ethnicae exauditur: 7,24-30
(*24-30:* Mt 15,21-28)

24 Inde autem surgens abiit in fines Tyri et Sidonis. Et
ingressus domum neminem voluit scire et non potuit latere.
25 Sed statim ut audivit de eo mulier, cuius habebat filia
spiritum immundum, veniens procidit ad pedes eius. **26** Erat
autem mulier Graeca, Syrophoenissa genere. Et rogabat
eum, ut daemonium eiceret de filia eius. **27** Et dicebat illi:
«Sine prius saturari filios; non est enim bonum sumere pa-
nem filiorum et mittere catellis». **28** At illa respondit et dicit

18 coinquinare] communicare W S G St L P C • **19** introit] intrat V | ventrem] *add.* vadit V (– Wi) • **20** autem] *add.* quoniam W S V | quod] quae W S V (– G: illa quae) | exeunt W S V | illud] illa W S V | coinquinat] communicant W S G St L P C; coinquinant Co E Wi Si • **21** ~ malae cogitationes V | procedunt] *add.* adulteria W S V | furta *om.* W S V • **22** adulteria] furta W S V | impudicitiae V | superbia] *add.* et Co • **23** coinquinant] communicant W S G St L P C • **24** inde autem] et inde W S V • **25** sed ... mulier] mulier enim statim ut audivit de eo W S V | ~ filia habebat V | veniens] intravit et W S V • **26** autem] enim V | graeca] gentilis W S V • **27** et dicebat] qui dixit W S V | catellis] canibus W S V • **28** dixit V (– Wi)

ei: «Domine, etiam catelli sub mensa comedunt de micis
puerorum». **29** Et ait illi: «Propter hunc sermonem vade;
exiit daemonium de filia tua». **30** Et cum abisset domum
suam, invenit puellam iacentem supra lectum et daemonium
exisse.

Homo surdus et mutus curatur : 7,31-37

Mt 15,29-31 **31** Et iterum exiens de finibus Tyri venit per Sidonem ad
mare Galilaeae inter medios fines Decapoleos. **32** Et ad-
ducunt ei surdum et mutum et deprecantur eum, ut imponat
8,23 illi manum. **33** Et apprehendens eum de turba seorsum misit
digitos suos in auriculas eius et exspuens tetigit linguam
eius **34** et suspiciens in caelum ingemuit et ait illi: «Effetha»,
quod est: «Adaperire». **35** Et statim apertae sunt aures eius,
et solutum est vinculum linguae eius, et loquebatur recte.
36 Et praecepit illis, ne cui dicerent; quanto autem eis prae-
cipiebat, tanto magis plus praedicabant. **37** Et eo amplius
Is 35,5 admirabantur dicentes: «Bene omnia fecit, et surdos facit
audire et mutos loqui!».

Quattuor milia saturantur : 8,1-9
(*1-9* : Mt 15,32-39)

1–10 : Mt 14,13-21 | 6,32-44 | L 9,10-17 | J 6,1-13 | Mt 9,36

8 In illis diebus iterum cum turba multa esset, nec habe-
rent, quod manducarent, convocatis discipulis, ait illis:
2 «Misereor super turbam, quia iam triduo sustinent me,
nec habent, quod manducent; **3** et si dimisero eos ieiunos

28 ei] illi V; *add.* utique W S V | etiam] nam et W S V | ~ comedunt sub mensa V ● 29 de] a V (- G) ● 30 suam *om.* G Co E St ● 32 deprecabantur V ● 33 eius[1] *om.* W S ● 36 autem] *add.* magis Wi ● 37 facit] fecit W V
¶ 8.1 ~ in diebus illis V | esset] *add.* cum Iesu Co E St Si ● 2 super turba S | quia] *add.* ecce W S V

in domum suam, deficient in via; et quidam ex eis de longe
venerunt». **4** Et responderunt ei discipuli sui: «Unde istos
poterit quis hic saturare panibus in solitudine?». **5** Et inter-
rogabat eos: «Quot panes habetis?». Qui dixerunt: «Sep-
tem». **6** Et praecipit turbae discumbere supra terram; et
accipiens septem panes, gratias agens fregit et dabat disci-
pulis suis, ut apponerent; et apposuerunt turbae. **7** Et habe-
bant pisciculos paucos; et benedicens eos, iussit hos quo-
que apponi. **8** Et manducaverunt et saturati sunt; et sustu-
lerunt, quod superaverat de fragmentis, septem sportas.
9 Erant autem quasi quattuor milia. Et dimisit eos.

Signum non dabitur: 8,10-13
(*10-13:* Mt 16,1-4)

10 Et statim ascendens navem cum discipulis suis venit
in partes Dalmanutha. **11** Et exierunt pharisaei et coepe-
runt conquirere cum eo quaerentes ab illo signum de caelo, Mt 12,38s
tentantes eum. **12** Et ingemiscens spiritu suo ait: «Quid L 11.16.29
generatio ista quaerit signum? Amen dico vobis: Non da- J 6,30 1 K 1,22
bitur generationi isti signum». **13** Et dimittens eos, iterum
ascendens, abiit trans fretum.

Cavendum a fermento pharisaeorum et Herodis: 8,14-21
(*14-21:* Mt 16,5-12)

14 Et obliti sunt sumere panes et nisi unum panem non
habebant secum in navi. **15** Et praecipiebat eis dicens: «Vi-

3 et quidam] quidam enim W S V | venerant Wi • 4 istos] illos V (- E Wi) | ~ quis poterit V (- G) | saturare] satiare E • 5 interrogavit W S V • 6 praecepit W S V | super V | et dabat ... apponerent *om.* Wi • 7 benedicens eos] ipsos benedixit et W S V | hos quoque *om.* W S V • 9 autem] *add.* qui manducaverunt (manducaverant V) W S V • 10 navim V • 12 suo *om.* W S V | ~ signum quaerit V | non] si W S V • 13 iterum ascendens] ascendit iterum navim et V (- Wi: et ascendens iterum navim); ascendens iterum W S • 14 ~ panes sumere V (panem G Co E St)

L 12,1 dete, cavete a fermento pharisaeorum et fermento Hero-
dis!». **16** Et disputabant ad invicem, quia panes non habe-
rent. **17** Quo cognito ait illis: «Quid disputatis, quia panes
6,52 non habetis? Nondum cognoscitis, nec intellegitis? Caeca-
Jr 5,21 tum habetis cor vestrum? **18** *Oculos habentes non videtis, et*
aures habentes non auditis? Nec recordamini, **19** quando
6,41-44 quinque panes fregi in quinque milia, quot cophinos frag-
mentorum plenos sustulistis?». Dicunt ei: «Duodecim».
6-9 **20** «Quando illos septem in quattuor milia, quot sportas
plenas fragmentorum tulistis?». Et dicunt ei: «Septem».
21 Et dicebat eis: «Nondum intellegitis?».

In Bethsaida caecus paulatim sanatur: 8,22-26

22 Et veniunt Bethsaida. Et adducunt ei caecum et rogant
eum, ut illum tangat. **23** Et apprehendens manum caeci
7,33 J 9,6 eduxit eum extra vicum et exspuens in oculos eius, imposi-
tis manibus ei, interrogabat eum: «Vides aliquid?». **24** Et
aspiciens dicebat: «Video homines, quia velut arbores vi-
deo ambulantes». **25** Deinde iterum imposuit manus super
oculos eius; et coepit videre et restitutus est et videbat clare

15 videte] *add.* et V | pharisaeorum et fermento *om.* Wi • 16 disputabant] cogitabant W S V | invicem] alterutrum (alterum E) dicentes W S V | haberent] habemus W S V • 17 ait illis] ait illis Iesus V; Iesus ait illis W S | disputatis] cogitatis W S V | intellegitis] *add.* adhuc W S V | nondum ... intellegitis *om.* Wi • 19 milia] *add.* et S V (- Si C) • 20 illos] et W S V | septem¹] *add.* panes W S V | plenas *om.* W S V • 21 nondum] quomodo nondum W S V • 22 Bethsaidam L P St Si C | rogabant W S V | tangeret W S V • 23 apprehensa manu V | ei] suis W S V | interrogavit W S V | vides aliquid] si aliquid (quid V) videret W S V • 24 dicebat] ait W S V | quia *om.* W S V | video² *om.* W S V • 25 et videbat clare] ita ut videret clare (clare videret V) W S V

omnia. **26** Et misit illum in domum suam dicens: «Nec in
vicum introieris».

IN ITINERE HIEROSOLYMITANO: 8,27–10,52

Confessio Petri: 8,27-30

(*27-30:* Mt 16,13-20 L 9,18-22)

27 Et egressus est Iesus et discipuli eius in castella Cae-
sareae Philippi; et in via interrogabat discipulos suos dicens
eis: «Quem me dicunt esse homines?». **28** Qui responderunt
illi dicentes: «Ioannem Baptistam, alii Eliam, alii vero unum 6,14
de prophetis». **29** Et ipse interrogabat eos: «Vos vero quem
me dicitis esse?». Respondens Petrus ait ei: «Tu es Chris- J 11,27
tus». **30** Et comminatus est eis, ne cui dicerent de illo.

Prima Passionis et Resurrectionis praedictio: 8,31-33

(*31-33:* Mt 16,21-23 L 9,22)

31 Et coepit docere illos: «Oportet Filium hominis multa 9,31; 10,32-34
pati et reprobari a senioribus et a summis sacerdotibus et
scribis et occidi et post tres dies resurgere»; **32** et palam
verbum loquebatur. Et apprehendens eum Petrus coepit in-
crepare eum. **33** Qui conversus et videns discipulos suos
comminatus est Petro et dicit: «Vade retro me, Satana,
quoniam non sapis, quae Dei sunt, sed quae sunt homi-
num».

Discipulus Iesu tollat crucem suam: 8,34–9,1

(*8,34–9,1:* Mt 16,24-28 L 9,23-27)

34 Et convocata turba cum discipulis suis, dixit eis: «Si Mt 10,38 s L 14,27
quis vult post me sequi, deneget semetipsum et tollat crucem
suam et sequatur me. **35** Qui enim voluerit animam suam Mt 8,22

26 nec in vicum introieris] vade in domum tuam, et si in vicum introieris, nemini dixeris W S V (– Wi) | *sic habet* Wi: Et misit illum in domum tuam, et si in vicum introieris, nemini dixeris. (*ex err.?*) ● **27** ingressus G Co St | in¹ *om.* G St | esse *om.* E ● **28** dicentes] *add.* alii Co E St Si | vero] *add.* quasi W S V ● **29** et ipse interrogabat eos] tunc dicit illis W S V | ~ esse dicitis V ● **31** illos] eos V; *add.* quoniam W S V | ~ pati multa V (– E) ● **33** et dicit] dicens W S V | quoniam] quia Co ● **34** post *om.* V | semetipsum] se ipsum W S

Mt 10,39 L 17,33 J 12,25 salvam facere, perdet eam; qui autem perdiderit animam
suam propter me et evangelium, salvam eam faciet. **36** Quid
enim prodest homini, si lucretur mundum totum et detri-
mentum faciat animae suae? **37** Quid enim dabit homo
Mt 10,33 commutationem pro anima sua? **38** Qui enim me confusus
fuerit et mea verba in generatione ista adultera et pecca-
trice, et Filius hominis confundetur eum, cum venerit in
gloria Patris sui cum angelis sanctis».

9 Et dicebat illis: «Amen dico vobis: Sunt quidam de hic
stantibus, qui non gustabunt mortem, donec videant
Mt 10,23; 24,34 regnum Dei venisse in virtute».

Transfiguratio Iesu: 9,2-10
(*2-10:* Mt 17,1-9 L 9,28-36)

2P 1,16-18 **2** Et post dies sex assumit Iesus Petrum et Iacobum et
Ioannem, et ducit illos in montem excelsum seorsum solos.
Et transfiguratus est coram ipsis; **3** et vestimenta eius facta
sunt splendentia, candida nimis, qualia fullo super terram
non potest tam candida facere. **4** Et apparuit illis Elias cum
Moyse, et erant loquentes cum Iesu. **5** Et respondens Petrus
ait Iesu: «Rabbi, bonum est nos hic esse; et faciamus tria
tabernacula: tibi unum et Moysi unum et Eliae unum».
6 Non enim sciebat quid responderet, erant enim exterriti.
7 Et facta est nubes obumbrans eos, et venit vox de nube:

35 ~ faciet eam V ● 36 proderit W S V | ~ animae suae faciat V ● 37 quid enim] aut quid W S V | commutationis V | ~ homo commutationem dabit G Co E Wi ● 38 confusus] confessus Co E Wi St Si | ~ verba mea V | confundetur] confitebitur Co E Wi St Si

¶ 9.1 vobis] *add.* quia W S V | veniens W S V ● 2 assumpsit G Co E Wi St | duxit E Wi | seorsum *om.* G Co E Wi St ● 3 splendentia] *add.* et V | nimis] *add.* velut nix W S V | ~ non potest super terram V | tam *om.* W S V ● 5 ~ hic nos esse W S | et[3] *om.* E Wi Si ● 6 responderet] diceret W S V | enim timore exterriti W S V ● 7 nube] *add.* dicens W S V

«Hic est Filius meus dilectus; audite illum». **8** Et statim Ps 2,7 Is 42,1
circumspicientes neminem amplius viderunt nisi Iesum Dt 18,15 Mt 3,17
tantum secum.
9 Et descendentibus illis de monte, praecepit illis, ne Mt 8,4
cui, quae vidissent, narrarent, nisi cum Filius hominis a
mortuis resurrexerit. **10** Et verbum continuerunt apud se,
conquirentes quid esset illud: «a mortuis resurgere».

De Elia iterum venturo: 9,11-13
(*11-13:* Mt 17,10-13)

11 Et interrogabant eum dicentes: «Quid ergo dicunt
scribae quia Eliam oporteat venire primum?». **12** Qui ait
illis: «Elias veniens primo, restituit omnia; et quomodo Ml 3,23 ⊕
scriptum est super Filio hominis, ut multa patiatur et con- Is 52,13–53,12 Ps 22,2-20
temnatur? **13** Sed dico vobis: Et Elias venit; et fecerunt illi, Mt 11,14
quaecumque volebant, sicut scriptum est de eo».

Iesus puerum a daemonio liberat: 9,14-29
(*14-29:* Mt 17,14-21 L 9,37-42)

14 Et venientes ad discipulos viderunt turbam magnam
circa eos et scribas conquirentes cum illis. **15** Et confestim
omnis populus videns eum stupefactus est, et accurrentes
salutabant eum. **16** Et interrogavit eos: «Quid inter vos
conquiritis?». **17** Et respondit ei unus de turba: «Magister,
attuli filium meum ad te habentem spiritum mutum; **18** et
ubicumque eum apprehenderit, allidit eum, et spumat et
stridet dentibus et arescit. Et dixi discipulis tuis, ut eicerent

7 dilectus] carissimus W S V (– Wi) • 9 cui] cuiquam V (– Wi) | quae] quod G Co E Wi St | resurrexit St • 10 illud a mortuis resurgere] cum a mortuis resurrexerit W S V • 11 dicunt] *add.* pharisaei et W S V | oportet Co L P Si C • 12 qui] *add.* respondens W S V | veniens] cum venerit W S V | restituet W S V | super Filio] in Filium W S V • 13 vobis] *add.* quia W S V (– Wi) | voluerunt W S V • 14 veniens W S V | discipulos] *add.* suos W S V | vidit W S V • 15 eum[1]] Iesum V | est] *add.* et (– W) expaverunt [W] V (– Wi) • 17 respondit ei] respondens W S V | turba] *add.* dixit W S V • 18 et[1]] qui W S V | eum[2]] illum V

illum, et non potuerunt». **19** Qui respondens eis dicit: «O
generatio incredula, quamdiu apud vos ero? Quamdiu vos
patiar? Afferte illum ad me». **20** Et attulerunt illum ad eum.
Et cum vidisset illum, spiritus statim conturbavit eum, et
corruens in terram volutabatur spumans. **21** Et interrogavit
patrem eius: «Quantum temporis est, ex quo hoc ei acci-
dit?». At ille ait: «Ab infantia; **22** et frequenter eum etiam
in ignem et in aquas misit, ut eum perderet; sed si quid
potes, adiuva nos, misertus nostri». **23** Iesus autem ait illi:
«"Si potes!". Omnia possibilia credenti». **24** Et continuo
exclamans pater pueri aiebat: «Credo; adiuva incredulita-
tem meam». **25** Et cum videret Iesus concurrentem turbam,
comminatus est spiritui immundo dicens illi: «Mute et
surde spiritus, ego tibi praecipio: Exi ab eo et amplius ne
introeas in eum». **26** Et clamans et multum discerpens eum
exiit; et factus est sicut mortuus, ita ut multi dicerent:
«Mortuus est!». **27** Iesus autem tenens manum eius elevavit
illum, et surrexit.

28 Et cum introisset in domum, discipuli eius secreto
interrogabant eum: «Quare nos non potuimus eicere eum?».
29 Et dixit illis: «Hoc genus in nullo potest exire nisi in
oratione».

Altera Passionis et Resurrectionis praedictio: 9,30-32
(30-32: Mt 17,22s L 9,43b-45)

L 17,11 **30** Et inde profecti peragrabant Galilaeam; nec volebat
quemquam scire. **31** Docebat enim discipulos suos et dice-
8,31; 10,33 bat illis: «Filius hominis traditur in manus hominum, et

19 dixit V (– Wi) ● **20** illum ad *om.* W S V | illum²] eum V | ~ statim spiritus W S V | eum²] illum V | corruens] elisus W S V ● **21** ~ ei hoc V | at] et Si ● **22** etiam] et W S; *om.* V | in² *om.* E Wi | aquam G Co E St ● **23** potes] *add.* credere W S V | possibilia] *add.* sunt V (– G) ● **24** aiebat] cum lacrimis aiebat W S V | credo] *add.* Domine V ● **25** vidisset G Co E Wi St | ~ surde et mute W S V | ~ praecipio tibi V ● **26** exclamans V | exiit] *add.* ab eo W S V | dicerent] *add.* quia W S V (– Wi) ● **27** illum] eum V ● **29** oratione] *add.* et ieiunio W S V ● **30** peragrabant] praetergrediebantur W S V ● **31** enim] autem W S V | illis] *add.* quoniam W S V | tradetur W S V

occident eum, et occisus post tres dies resurget». 32 At illi
ignorabant verbum et timebant eum interrogare.

Quis inter discipulos maior: 9,33-37
(*33-37:* Mt 18,1-5 L 9,46-48)

33 Et venerunt Capharnaum. Qui cum domi esset, inter-
rogabat eos: «Quid in via tractabatis?». 34 At illi tacebant.
Siquidem inter se in via disputaverant, quis esset maior. L 22,24-26
35 Et residens vocavit Duodecim et ait illis: «Si quis vult 10,43 Mt 20,26s
primus esse, erit omnium novissimus et omnium minister». L 22,26
36 Et accipiens puerum, statuit eum in medio eorum; quem
ut complexus esset, ait illis: 37 «Quisquis unum ex huius-
modi pueris receperit in nomine meo, me recipit; et, qui-
cumque me susceperit, non me suscipit, sed eum qui me
misit».

De exorcista in nomine Iesu agente: 9,38-41
(*38-40:* L 9,49s *41:* Mt 10,42)

38 Dixit illi Ioannes: «Magister, vidimus quendam in
nomine tuo eicientem daemonia, et prohibebamus eum,
quia non sequebatur nos». 39 Iesus autem ait: «Nolite pro-
hibere eum. Nemo est enim, qui faciat virtutem in nomine
meo et possit cito male loqui de me; 40 qui enim non est
adversum nos, pro nobis est. 41 Quisquis enim potum de-
derit vobis calicem aquae in nomine, quia Christi estis,
amen dico vobis: Non perdet mercedem suam.

Pusilli non scandalizandi: 9,42-48
(*42-48:* Mt 18,6-9 L 17,1s)

42 Et quisquis scandalizaverit unum ex his pusillis cre-
dentibus in me, bonum est ei magis, ut circumdetur mola

31 post tres dies] tertia die W S V ● 32 ~ interrogare eum V (- E) ● 33 Capernaum Wi | essent V (- Co L P) ● 34 ~ in via inter se V | quis eorum maior esset V; quis esset illorum maior W S ● 36 ut] cum S V ● 37 ~ misit me V (- G E) ● 38 dixit] respondit W S V | Ioannes] *add.* dicens W S V | et prohibebamus eum, quia non sequebatur nos] qui non sequitur nos et prohibuimus eum W S V ● 39 facit Co E Wi ● 40 nos] vos W S V | nobis] vobis W S V ● 41 aquae] *add.* frigidae Co E St Si | nomine] *add.* meo W S V ● 42 ut circumdetur] si circumdaretur W S V

asinaria collo eius, et in mare mittatur.

Mt 5,30 **43** Et si scandalizaverit te manus tua, abscide illam: bonum est tibi debilem introire in vitam, quam duas manus habentem ire in gehennam, in ignem inexstinguibilem. (44)

45 Et si pes tuus te scandalizat, amputa illum: bonum est tibi claudum introire in vitam, quam duos pedes habentem mitti in gehennam. (46)

Mt 5,29 **47** Et si oculus tuus scandalizat te, eice eum: bonum est tibi luscum introire in regnum Dei, quam duos oculos ha-
Is 66,24 bentem mitti in gehennam, **48** ubi *vermis eorum non moritur et ignis non exstinguitur*;

De sale: 9,49-50
(*50:* Mt 5,13 L 14,34s)

49 omnis enim igne salietur. **50** Bonum est sal; quod si sal insulsum fuerit, in quo illud condietis? Habete in vobis sal et pacem habete inter vos».

Profectio in Iudaeam: 10,1
(*1:* Mt 19,1s L 9,51)

10 Et inde exsurgens venit in fines Iudaeae ultra Iordanem, et conveniunt iterum turbae ad eum, et, sicut consueverat, iterum docebat illos.

De repudio: 10,2-12
(*2-9:* Mt 19,3-9 *11:* Mt 5,32 L 16,18)

2 Et accedentes pharisaei interrogabant eum, si licet viro uxorem dimittere, tentantes eum. **3** At ille respondens dixit eis: «Quid vobis praecepit Moyses?». **4** Qui dixerunt: «Moy-
Dt 24,1 Mt 5,31s ses permisit *libellum repudii scribere et dimittere*». **5** Iesus

42 mitteretur W S V ● 44 *et* 46 ubi vermis eorum non moritur et ignis non exstinguitur W S V ● 45 vitam] *add.* aeternam W S V (– Wi) | gehennam] *add.* ignis inexstinguibilis W S V ● 46 *vide* 44 ● 47 et] quod W S V | gehennam] *add.* ignis W S V ● 49 omnis] quilibet Wi | salietur] *add.* et omnis victima (+ sale V) salietur W S V

autem ait eis: «Ad duritiam cordis vestri scripsit vobis
praeceptum istud. **6** Ab initio autem creaturae *masculum* Gn 1,27
et feminam fecit eos. **7** *Propter hoc relinquet homo patrem* Gn 2,24
suum et matrem et adhaerebit ad uxorem suam, **8** *et erunt duo*
in carne una; itaque iam non sunt duo sed una caro. **9** Quod
ergo Deus coniunxit, homo non separet». **10** Et domo
iterum discipuli de hoc interrogabant eum. **11** Et dicit illis:
«Quicumque dimiserit uxorem suam et aliam duxerit, adul- 1 K 7,10s
terium committit in eam; **12** et si ipsa dimiserit virum suum
et alii nupserit, moechatur».

Parvulis manus imponit: 10,13-16
(*13-16:* Mt 19,13-15 L 18,15-17)

13 Et offerebant illi parvulos, ut tangeret illos; discipuli
autem comminabantur eis. **14** At videns Iesus, indigne tulit
et ait illis: «Sinite parvulos venire ad me. Ne prohibueritis
eos; talium est enim regnum Dei. **15** Amen dico vobis: Mt 18,3
Quisquis non receperit regnum Dei velut parvulus, non
intrabit in illud». **16** Et complexans eos benedicebat im-
ponens manus super illos.

De divite et de mercede renuntiationis: 10,17-31
(*17-31:* Mt 19,16-30 L 18,18-30)

17 Et cum egrederetur in viam, accurrens quidam et,
genu flexo ante eum, rogabat eum: «Magister bone, quid
faciam ut vitam aeternam percipiam?». **18** Iesus autem
dixit ei: «Quid me dicis bonum? Nemo bonus nisi unus Dt 6,4
Deus. **19** Praecepta nosti: *ne occidas, ne adulteres, ne fureris,* Ex 20,12-16 Dt 5,16-20

¶ **10.5** Iesus autem ait eis] quibus respondens Iesus ait W S V • **6** eos] *add.* Deus W S V • **7** suum *om.* Wi | ad uxorem suam] uxori suae Wi • **9** iunxit W S • **10** in domo W S V | discipuli] *add.* eius W S V | hoc] eodem W S V | interrogaverunt W S V • **11** dicit] ait V | in] super W S V • **12** ipsa] uxor W S V • **13** illos] eos E Wi | eis] offerentibus W S V • **14** at videns] quos cum videret W S V | me] *add.* et W S V | ~ enim est V (– G E) | Dei] caelorum Wi • **15** quisque S | introibit Co • **16** *sic habent* W S V: et complexans eos et imponens manus super illos benedicebat eos • **17** egrederetur] egressus esset W S V | in via V (– Wi C) | procurrens W S V | et[2] *om.* W S V | eum[2]] *add.* dicens V (– L P C) • **19** ~ ne adulteres (adultereris Wi) ne occidas W S V

ne falsum testimonium dixeris, ne fraudem feceris, *honora patrem tuum et matrem*».

20 Ille autem dixit ei: «Magister, haec omnia conservavi a iuventute mea». 21 Iesus autem intuitus eum dilexit eum et dixit illi: «Unum tibi deest: vade, quaecumque habes, vende et da pauperibus et habebis thesaurum in caelo et
Mt 8,22 veni, sequere me». 22 Qui contristatus in hoc verbo, abiit maerens: erat enim habens possessiones multas.

23 Et circumspiciens Iesus ait discipulis suis: «Quam difficile, qui pecunias habent, in regnum Dei introibunt». 24 Discipuli autem obstupescebant in verbis eius. At Iesus rursus respondens ait illis: «Filii, quam difficile est in regnum Dei introire. 25 Facilius est camelum per foramen acus transire quam divitem intrare in regnum Dei». 26 Qui magis admirabantur dicentes ad semetipsos: «Et quis potest salvus fieri?». 27 Intuens illos Iesus ait: «Apud homines im-
Gn 18,14 Job 42,2 L 1,37 possibile est sed non apud Deum: omnia enim possibilia sunt apud Deum».

28 Coepit Petrus ei dicere: «Ecce nos dimisimus omnia et secuti sumus te». 29 Ait Iesus: «Amen dico vobis: Nemo

20 ille autem dixit ei] et (at V) ille respondens ait illi (– W) W S V | ~ omnia haec S | observavi W V • 21 illi] ei V • 22 hoc *om.* W S V | ~ multas possessiones V • 23 qui ... introibunt] in regnum Dei introibunt, qui pecunias habent Wi • 24 obstupebant Co E | filioli W S V | est] *add.* confidentes in pecuniis W S V (– Wi: ut confidentes in pecunia) | in² *om.* S | introire] intrent Wi • 27 et intuens W S V | illos Iesus ait] Iesus illos ait illis G | enim *om.* Wi • 28 et (+ post haec E) coepit V | ~ ei Petrus V • 29 ait Iesus] respondens Iesus ait W S V

est, qui reliquerit domum aut fratres aut sorores aut ma-
trem aut patrem aut filios aut agros propter me et propter
evangelium, **30** qui non accipiat centies tantum nunc in
tempore hoc, domos et fratres et sorores et matres et filios
et agros cum persecutionibus, et in saeculo futuro vitam
aeternam. **31** Multi autem erunt primi novissimi et novissimi Mt 20,16 L 13,30
primi».

Tertia Passionis et Resurrectionis praedictio: 10,32-34
(*32-34:* Mt 20,17-19 L 18,31-33)

32 Erant autem in via ascendentes in Hierosolymam, et
praecedebat illos Iesus, et stupebant; illi autem sequentes
timebant. Et assumens iterum Duodecim coepit illis dicere,
quae essent ei eventura: **33** «Ecce ascendimus in Hierosoly-
mam; et Filius hominis tradetur principibus sacerdotum et 8,31; 9,31
scribis, et damnabunt eum morte et tradent eum gentibus
34 et illudent ei et conspuent eum et flagellabunt eum et
interficient eum, et post tres dies resurget». 16,6

De dominando et de ministrando: 10,35-45
(*35-40:* Mt 20,20-23 *41-45:* Mt 20,24-28 L 22,24-27)

35 Et accedunt ad eum Iacobus et Ioannes filii Zebedaei
dicentes ei: «Magister, volumus, ut quodcumque petieri-
mus a te, facias nobis». **36** At ille dixit eis: «Quid vultis, ut
faciam vobis?». **37** Illi autem dixerunt ei: «Da nobis, ut
unus ad dexteram tuam et alius ad sinistram sedeamus in
gloria tua». **38** Iesus autem ait eis: «Nescitis quid petatis.
Potestis bibere calicem, quem ego bibo, aut baptismum, quo 14,36 L 12,50
ego baptizor, baptizari?». **39** At illi dixerunt ei: «Possu-

29 ~ aut patrem aut matrem V | propter[2] *om.* Wi ● 30 accipiet V (– Wi Si C) ● 32 in Hierosolymam] Hierosolymam V; in Hierosolyma W S | illi autem] et W S V | ventura S G Co E Wi St ● 33 quia ecce W S V (– Wi) | in Hierosolymam] Hierosolymam V; in Hierosolyma W S | scribis] *add.* et senioribus S V | morti S ● 34 post tres dies] tertia die W S V ● 35 eum] illum S | ei *om.* W S V | a te *om.* W S V ● 37 illi autem dixerunt ei] et dixerunt W S V | alius] alter Wi | sinistram] *add.* tuam W S V ● 38 baptismo V

mus». Iesus autem ait eis: «Calicem quidem, quem ego
bibo, bibetis et baptismum, quo ego baptizor, baptizabi-
mini; **40** sedere autem ad dexteram meam vel ad sinistram
non est meum dare, sed quibus paratum est».

41 Et audientes decem coeperunt indignari de Iacobo et
Ioanne. **42** Et vocans eos Iesus ait illis: «Scitis quia hi, qui
videntur principari gentibus, dominantur eis, et principes
eorum potestatem habent ipsorum. **43** Non ita est autem
9,35 Mt 23,11 in vobis, sed quicumque voluerit fieri maior inter vos, erit
vester minister; **44** et, quicumque voluerit in vobis primus
esse, erit omnium servus; **45** nam et Filius hominis non
Is 53,10-12 venit, ut ministraretur ei, sed ut ministraret et daret ani-
mam suam redemptionem pro multis».

Bartimaeus caecus prope Iericho sanatur: 10,46-52
(*46-52:* Mt 20,29-34 L 18,35-43)

46–52: Mt 9,27-31 **46** Et veniunt Ierichum. Et proficiscente eo de Iericho et
discipulis eius et plurima multitudine, filius Timaei Barti-
maeus caecus sedebat iuxta viam mendicans. **47** Qui cum
audisset quia Iesus Nazarenus est, coepit clamare et dicere:
«Fili David Iesu, miserere mei!». **48** Et comminabantur ei
multi, ut taceret; at ille multo magis clamabat: «Fili David,
miserere mei!». **49** Et stans Iesus dixit: «Vocate illum». Et
vocant caecum dicentes ei: «Animaequior esto. Surge, vocat
te». **50** Qui, proiecto vestimento suo, exsiliens venit ad
Iesum. **51** Et respondens ei Iesus dixit: «Quid vis tibi fa-

39 baptismo V (– P: baptisma) ● 40 dare] *add.* vobis V ● 41 coeperunt indignari] indignati sunt G Co E St Si ● 42 et vocans eos Iesus] Iesus autem vocans eos W S V | principes] magnates Wi | habent ipsorum] exercent super eos Wi ● 43 autem *om.* Wi | inter vos *om.* W S V ● 46 Iericho W V | proficiente Co Wi ● 47 quia] quod Wi | esset E Wi | ~ Iesu fili David V ● 48 ei] illi S G Co E Wi ● 49 dixit vocate illum] praecepit illum vocari W S V ● 50 Iesum] eum W S V ● 51 ei Iesus dixit] Iesus dixit illi W V; illi Iesus dixit S | ~ tibi vis V

ciam?». Caecus autem dixit ei: «Rabboni, ut videam».
52 Et Iesus ait illi: «Vade; fides tua te salvum fecit». Et 5,34 Mt 9,22 L 7,50; 8,48; 17,19
confestim vidit et sequebatur eum in via.

ULTIMUM MINISTERIUM IN IERUSALEM: 11,1–13,37

Iesus Hierosolymam intrat: 11,1-11

(*1-11:* Mt 21,1-10 L 19,28-38 J 12,12-19)

11 Et cum appropinquarent Hierosolymae, Bethphage et
Bethaniae ad montem Olivarum, mittit duos ex disci-
pulis suis 2 et ait illis: «Ite in castellum, quod est contra vos,
et statim introeuntes illud invenietis pullum ligatum, super
quem nemo adhuc hominum sedit; solvite illum et adducite.
3 Et si quis vobis dixerit: "Quid facitis hoc?", dicite: "Do-
mino necessarius est, et continuo illum remittit iterum
huc"». 4 Et abeuntes invenerunt pullum ligatum ante
ianuam foris in bivio et solvunt eum. 5 Et quidam de illic
stantibus dicebant illis: «Quid facitis solventes pullum?».
6 Qui dixerunt eis, sicut dixerat Iesus; et dimiserunt eis.
7 Et ducunt pullum ad Iesum et imponunt illi vestimenta
sua; et sedit super eum. 8 Et multi vestimenta sua straverunt
in via, alii autem frondes, quas exciderant in agris. 9 Et
qui praeibant et qui sequebantur, clamabant: «*Hosanna!* Ps 118,25s Mt 23,39 L 13,35
Benedictus, qui venit in nomine Domini! 10 Benedictum, quod

52 et Iesus] Iesus autem W S V
¶ 11.1 Bethphage *om.* W S V (– Wi) | Bethphage et Bethaniae] ad Bethphage et Bethaniam Wi | ad montem] iuxta montem Wi • 2 ~ contra vos est V | illud] illuc S V | nemo] nullus Co • 3 hoc *om.* W S V | dicite] *add.* quia W S V (– Wi) | Domino necessarius est] Dominus opus eo habet Wi | dimittet W S V | iterum *om.* W S V • 6 dixerat] praeceperat illis (eis E Wi) W S V | eis²] eos Wi Si • 7 duxerunt W S V | super eum] super eo S • 8 et multi] multi autem W S V (– G: multi) | quas exciderant in agris] caedebant de arboribus et sternebant in via W S V • 9 clamabant] *add.* dicentes W S V

venit regnum patris nostri David! *Hosanna* in excelsis!».
11 Et introivit Hierosolymam in templum; et circumspectis omnibus, cum iam vespera esset hora, exivit in Bethaniam cum Duodecim.

De ficulnea maledicta et arefacta: 11,12-14
(*12-14:* Mt 21,18s)

12 Et altera die cum exirent a Bethania, esuriit. 13 Cum-
que vidisset a longe ficum habentem folia, venit si quid forte inveniret in ea; et cum venisset ad eam, nihil invenit praeter folia: non enim erat tempus ficorum. 14 Et respon-
dens dixit ei: «Iam non amplius in aeternum quisquam fructum ex te manducet». Et audiebant discipuli eius.

Iesus mercatores e templo eicit: 11,15-19
(*15-19:* Mt 21,12s L 19,45-48 J 2,13-16)

15 Et veniunt Hierosolymam. Et cum introisset in templum, coepit eicere vendentes et ementes in templo et mensas nummulariorum et cathedras vendentium columbas evertit,
16 et non sinebat, ut quisquam vas transferret per templum.
17 Et docebat dicens eis: «Non scriptum est:
Is 56,7 "*Domus mea domus orationis vocabitur omnibus gentibus*"?
Jr 7,11 Vos autem fecistis eam *speluncam latronum*».

12,12; 14,1s 18 Quo audito, principes sacerdotum et scribae quaerebant quomodo eum perderent; timebant enim eum, quoniam universa turba admirabatur super doctrina eius.
19 Et cum vespera facta esset, egrediebantur de civitate.

De virtute fidei: 11,20-25
(*20-25:* Mt 21,20-22)

20 Et cum mane transirent, viderunt ficum aridam fac-

11 Hierosolyma W S | vespertina Wi | in Bethania S • 12 altera] alia W S V | exiret Co • 13 praeter] nisi E Wi • 14 ~ ex te fructum quisquam (quisquam fructum G Co Wi) manducet V • 15 veniunt] *add.* iterum Co St Si | Hierosolyma W | introissent Co | in[1] *om.* W S • 16 ~ transferret vas W V (– Wi: ferret) • 17 non] nonne V | est] *add.* quia W S V (– Wi) • 18 enim] autem Wi | doctrinam Wi • 19 egrediebatur W S V

tam a radicibus. **21** Et recordatus Petrus dicit ei: «Rabbi,
ecce ficus, cui maledixisti, aruit». **22** Et respondens Iesus
ait illis: «Habete fidem Dei! **23** Amen dico vobis: Quicum- Mt 17,20 L 17,6
que dixerit huic monti: "Tollere et mittere in mare", et non
haesitaverit in corde suo, sed crediderit quia, quod dixerit,
fiat, fiet ei. **24** Propterea dico vobis: Omnia, quaecumque Mt 7,7
orantes petitis, credite quia iam accepistis, et erunt vobis.
25 Et cum statis in oratione, dimittite, si quid habetis ad- Mt 6,14s L 6,37
versus aliquem, ut et Pater vester, qui in caelis est, dimittat
vobis peccata vestra». **(26)**

De potestate Iesu et de baptismo Ioannis: 11,27-33
(*27-33:* Mt 21,23-27 L 20,1-8)

27 Et veniunt rursus Hierosolymam. Et cum ambularet
in templo, accedunt ad eum summi sacerdotes et scribae et
seniores **28** et dicebant illi: «In qua potestate haec facis?
Vel quis tibi dedit hanc potestatem, ut ista facias?». **29** Iesus
autem ait illis: «Interrogabo vos unum verbum, et respon-
dete mihi, et dicam vobis, in qua potestate haec faciam:
30 Baptismum Ioannis de caelo erat an ex hominibus? Re-
spondete mihi». **31** At illi cogitabant secum dicentes: «Si
dixerimus: "De caelo", dicet: "Quare ergo non credidistis
ei?"; **32** si autem dixerimus: "Ex hominibus?"». Timebant
populum: omnes enim habebant Ioannem quia vere pro-

21 dixit V • **22** illi Wi • **23** vobis] *add.* quia W V (– Wi) | quia *om.* Wi | quod] quodcumque W S V | fiat *om.* Wi • **24** quia] quod Wi | iam *om.* W S V | accipietis W S V | erunt] evenient V; veniet W S • **25** statis in oratione] stabitis ad orandum W S V • **26** quod si vos non dimiseritis nec Pater vester qui in caelis est dimittet vobis peccata vestra W S V • **27** Hierosolyma W • **28** dicunt W S V | illi] ei V | in *om.* Wi | vel] et W S V | ~ dedit tibi V (– G) • **29** autem] *add.* respondens W S V | vos] *add.* et ego W S V (– E: et ego vos) • **30** baptismus L P St Si C; baptisma Wi • **31** dicet] *add.* nobis G Co E St Si • **32** si] sed S | autem *om.* W S V | dicemus W S | timemus V (– L P) | quia] quod Wi

pheta esset. **33** Et respondentes dicunt Iesu: «Nescimus».
Et Iesus ait illis: «Neque ego dico vobis in qua potestate
haec faciam».

Parabola de vinitoribus malis: 12,1-12
(*1-12:* Mt 21,33-46 L 20,9-19)

Is 5,1s ⊕ **12** Et coepit illis in parabolis loqui: «*Vineam pastinavit*
homo *et circumdedit saepem et fodit lacum et aedifi-*
cavit turrim et locavit eam agricolis et peregre profectus
est. **2** Et misit ad agricolas in tempore servum, ut ab agri-
colis acciperet de fructu vineae; **3** qui apprehensum eum
caeciderunt et dimiserunt vacuum. **4** Et iterum misit ad illos
alium servum; et illum in capite vulneraverunt et contu-
meliis affecerunt. **5** Et alium misit, et illum occiderunt, et
plures alios, quosdam caedentes, alios vero occidentes.
1,11; 9,7 **6** Adhuc unum habebat, filium dilectum. Misit illum ad eos
novissimum dicens: "Reverebuntur filium meum". **7** Coloni
autem illi dixerunt ad invicem: "Hic est heres. Venite, occi-
damus eum, et nostra erit hereditas". **8** Et apprehendentes
eum occiderunt et eiecerunt extra vineam. **9** Quid ergo faciet
dominus vineae? Veniet et perdet colonos et dabit vineam
aliis. **10** Nec Scripturam hanc legistis:

33 et Iesus] et (– W S) respondens Iesus W S V | in *om.* Wi
¶ **12.1** pastinavit] plantavit Wi ● 4 in *om.* S ● 5 et[1]] *add.* rursum W S V ● 6 adhuc] *add.* ergo W S V | habens W S V | dilectum] carissimum W S V (– Wi) | misit illum] et illum misit W S V | dicens] *add.* quia W S V (– Wi) ● 7 coloni] agricolae Wi | illi *om.* W S V | hic est heres *om.* G ● 9 ~ dominus faciet G | colonos] agricolas Wi

“Lapidem quem reprobaverunt aedificantes, Ps 118,22s ⊕
hic factus est in caput anguli;
11 *a Domino factum est istud*
et est mirabile in oculis nostris”?».
12 Et quaerebant eum tenere et timuerunt turbam; co- 11,18; 14,1s
gnoverunt enim quoniam ad eos parabolam hanc dixerit.
Et relicto eo abierunt.

De censu Caesaris: 12,13-17
(*13-17:* Mt 22,15-22 L 20,20-26)

13 Et mittunt ad eum quosdam ex pharisaeis et herodia-
nis, ut eum caperent in verbo. **14** Qui venientes dicunt ei:
«Magister, scimus quia verax es et non curas quemquam,
nec enim vides in faciem hominum, sed in veritate viam
Dei doces. Licet dare tributum Caesari an non? Dabimus
an non dabimus?». **15** Qui sciens versutiam eorum ait illis:
«Quid me tentatis? Afferte mihi denarium, ut videam».
16 At illi attulerunt. Et ait illis: «Cuius est imago haec et
inscriptio?». Illi autem dixerunt ei: «Caesaris». **17** Iesus
autem dixit illis: «Quae sunt Caesaris, reddite Caesari et,
quae sunt Dei, Deo». Et mirabantur super eo.

De resurrectione mortuorum: 12,18-27
(*18-27:* Mt 22,23-33 L 20,27-38)

18 Et veniunt ad eum sadducaei, qui dicunt resurrectio- Act 23,8
nem non esse, et interrogabant eum dicentes: **19** «Magister,
Moyses nobis scripsit, ut *si cuius frater mortuus fuerit* et re- Dt 25,5s
liquerit uxorem *et filium non reliquerit, accipiat frater eius* Gn 38,8
uxorem et resuscitet semen fratri suo. **20** Septem fratres erant:
et primus accepit uxorem et moriens non reliquit semen;
21 et secundus accepit eam et mortuus est, non relicto se-

12 dixerat Wi | eo] illo E • **14** quia] quoniam S; quod Wi | vides in faciem] respicis personam Wi | hominis S | dari W S V (– Wi Si) | an non? Dabimus *om.* W S V (– Wi) • **15** versutiam] hypocrisin Wi | eorum] illorum V • **16** attulerunt] *add.* ei V; obtulerunt Co E Wi St | illi autem dixerunt ei] dicunt ei (– Wi; illi W S) W S V • **17** Iesus autem] respondens autem Iesus W S V | quae sunt Caesaris reddite Caesari] reddite igitur quae sunt Caesaris Caesari W S V • **18** venerunt W S V | ad] super E • **19** reliquerit[1]] dimiserit W S V (– Wi) | filios W S V | uxorem[2]] *add.* ipsius W S V • **20** septem] *add.* ergo W S V | moriens non reliquit semen] mortuus est non relicto semine W S V • **21** non relicto semine] et nec iste reliquit semen W S V

mine; et tertius similiter; **22** et septem non reliquerunt se-
men. Novissima omnium defuncta est et mulier. **23** In re-
surrectione, cum resurrexerint, cuius de his erit uxor? Sep-
tem enim habuerunt eam uxorem». **24** Ait illis Iesus: «Non
ideo erratis, quia non scitis Scripturas neque virtutem Dei?
25 Cum enim a mortuis resurrexerint, neque nubent neque
nubentur, sed sunt sicut angeli in caelis. **26** De mortuis
autem quod resurgant, non legistis in libro Moysis super
Ex 3,6 rubum, quomodo dixerit illi Deus inquiens: "*Ego sum Deus
Abraham et Deus Isaac et Deus Iacob*"? **27** Non est Deus
mortuorum sed vivorum! Multum erratis».

De primo omnium mandato: 12,28-34
(*28-34*: Mt 22,34-40 L 10,25-28)

28 Et accessit unus de scribis, qui audierat illos conqui-
rentes, videns quoniam bene illis responderit, interrogavit
eum: «Quod est primum omnium mandatum?». **29** Iesus
Dt 6,4s respondit: «Primum est: "*Audi, Israel: Dominus Deus noster
Dominus unus est*, **30** *et diliges Dominum Deum tuum ex toto
corde tuo et ex tota anima tua* et ex tota mente tua *et ex tota*

22 *sic habent* W S V: et acceperunt eam similiter septem et non reliquerunt *etc.* ● 23 resurrectione] *add.* ergo W S V ● 24 ait illis Iesus] et respondens Iesus ait illis W S V | non[1]] nonne V | ideo *om.* Wi | quia non scitis] non scientes W S V (– Wi: quod nescitis) ● 25 sunt] erunt Si | angeli] *add.* Dei V (– L P C) ● 27 multum] vos ergo multum W S V ● 28 et videns W S V | respondisset Wi | esset W S V (– Wi) ● 29 Iesus] *add.* autem W S V | respondit] *add.* ei quia (– Wi) W S V | primum] *add.* omnium mandatum W S V | noster] tuus V | Dominus[2]] Deus W S V ● 30 ex[1–4] *om.* Wi

virtute tua". **31** Secundum est illud: "*Diliges proximum tuum* Lv 19,18
tamquam teipsum". Maius horum aliud mandatum non
est». **32** Et ait illi scriba: «Bene, Magister, in veritate dixisti: L 20,39
"*Unus est, et non est alius praeter eum;* **33** et *diligere eum ex* Dt 4,35; 6,4s
toto corde et ex toto intellectu et ex tota fortitudine" et:
"*Diligere proximum tamquam seipsum*" maius est omnibus 1 Sm 15,22
holocautomatibus et sacrificiis». **34** Et Iesus videns quod
sapienter respondisset, dixit illi: «Non es longe a regno Mt 22,46 L 20,40
Dei». Et nemo iam audebat eum interrogare.

De Messia, filio et domino David: 12,35-37
(*35-37:* Mt 22,41-45 L 20,41-44)

35 Et respondens Iesus dicebat docens in templo: «Quo-
modo dicunt scribae Christum filium esse David? **36** Ipse
David dixit in Spiritu Sancto:
"*Dixit Dominus Domino meo:* Ps 110,1
Sede a dextris meis,
donec ponam inimicos tuos sub pedibus tuis".

37 Ipse David dicit eum Dominum, et unde est filius
eius?». Et multa turba eum libenter audiebat.

Cavete a scribis: 12,38-40
(*38-40:* Mt 23,1.5-7.14 L 20,46)

38 Et dicebat in doctrina sua: «Cavete a scribis, qui vo- L 11,43
lunt in stolis ambulare et salutari in foro **39** et in primis
cathedris sedere in synagogis et primos discubitus in cenis;
40 qui devorant domos viduarum et ostentant prolixas

30 tua[3]] *add.* hoc est primum mandatum W S V • **31** est illud] autem simile est (- S) illi W S V | tamquam] sicut E | horum] his Wi • **32** dixisti] *add.* quia W S V | est[1]] *add.* Deus V • **33** diligere eum] ut diligatur W S V (- Wi) | intellectu] *add.* et ex (- Wi) tota anima W S V | ex[1-3] *om.* Wi • **34** et Iesus] Iesus autem W S V | iam] amplius Wi • **36** ipse] *add.* enim W S V (- Wi: *add.* autem) | dicit W S V (- E Wi) | sub pedibus tuis] scabellum pedum tuorum W S V • **37** ipse] *add.* ergo W S V | dixit E Wi | audivit W S V • **38** dicebat] *add.* eis W S V | volunt] amant Wi • **40** et ostentant prolixas orationes] sub obtentu (praetectu Wi) prolixae orationis W S V

orationes. Hi accipient amplius iudicium».

De munere viduae pauperis: 12,41-44
(*41-44:* L 12,1-4)

41 Et sedens contra gazophylacium aspiciebat quomodo
turba iactaret aes in gazophylacium; et multi divites iacta-
bant multa. **42** Et cum venisset una vidua pauper, misit
duo minuta, quod est quadrans. **43** Et convocans discipulos
suos ait illis: «Amen dico vobis: Vidua haec pauper plus
omnibus misit, qui miserunt in gazophylacium: **44** omnes
enim ex eo, quod abundabat illis, miserunt; haec vero de
penuria sua omnia, quae habuit, misit, totum victum suum».

Sermo de novissimis: 13,1-37
Eversio templi praedicitur: 13,1-2
(*1-2:* Mt 24,1s L 21,5s)

13 Et cum egrederetur de templo, ait illi unus ex disci-
pulis suis: «Magister, aspice quales lapides et quales
L 19,44 structurae». **2** Et Iesus ait illi: «Vides has magnas aedifica-
tiones? Hic non relinquetur lapis super lapidem, qui non
destruatur».

De tribulatione magna imminente: 13,3-13
(*3-13:* Mt 24,3-14 L 21,7-19)

3 Et cum sederet in montem Olivarum contra templum,
interrogabat eum separatim Petrus et Iacobus et Ioannes et
Andreas: **4** «Dic nobis: Quando ista erunt, et quod signum
erit, quando haec omnia incipient consummari?».
5 Iesus autem coepit dicere illis: «Videte, ne quis vos se-
ducat. **6** Multi venient in nomine meo dicentes: "Ego sum",
et multos seducent. **7** Cum audieritis autem bella et opinio-
Dn 2,28 ⊕ nes bellorum, ne timueritis; oportet fieri sed nondum finis.

40 amplius] prolixius W S V ● 41 sedens] *add.* Iesus W S V | iactaret] mitteret Wi ● 42 et cum venisset] cum venisset autem W S V | ~ vidua una V (– Co E Wi) ● 43 vobis] *add.* quoniam W S V (– Wi)
¶ 13.2 et] *add.* respondens W S V | has] *add.* omnes W S V | hic *om.* W S V ● 3 in monte V | interrogabant W S V (– Wi: interrogavit) ● 4 erunt] fient W S V ● 5 Iesus autem] et respondens Iesus W S V ● 6 multi] *add.* enim W S V | dicentes] *add.* quia W S V (– Wi: *add.* quod) | ego sim Wi ● 7 opiniones] rumores Wi | oportet] *add.* enim haec (– W S G St) W S V

8 Exsurget enim gens super gentem, et regnum super reg- Is 19,2
num, erunt terrae motus per loca, erunt fames; initium do-
lorum haec.
9 Videte autem vosmetipsos. Tradent vos conciliis et in *9–13:* Mt 10,17-22
synagogis vapulabitis et ante praesides et reges stabitis J 16,1-4a
propter me in testimonium illis. **10** Et in omnes gentes pri-
mum oportet praedicari evangelium. **11** Et cum duxerint
vos tradentes, nolite praecogitare quid loquamini, sed, quod L 12,11s
datum vobis fuerit in illa hora, id loquimini: non enim estis
vos loquentes sed Spiritus Sanctus. **12** Et tradet frater fra- Mch 7,6
trem in mortem, et pater filium; et consurgent filii in paren-
tes et morte afficient eos; **13** et eritis odio omnibus propter J 15,18
nomen meum. Qui autem sustinuerit in finem, hic salvus
erit.

De desolatione Iudaeae et de suprema tribulatione: 13,14-23
(*14-23:* Mt 24,15-28 L 21,20-24; 17,23)

14 Cum autem videritis *abominationem desolationis* stan- Dn 9,27; 11,31; 12,11
tem, ubi non debet, qui legit intellegat: tunc, qui in Iudaea 1 Mcc 1,45
sunt, fugiant in montes; **15** qui autem super tectum, ne des- Mt 24,17s L 17,31
cendat nec introeat, ut tollat quid de domo sua; **16** et, qui in
agro erit, non revertatur retro tollere vestimentum suum.
17 Vae autem praegnantibus et nutrientibus in illis diebus!
18 Orate vero, ut hieme non fiat; **19** erunt enim dies illi *tri-* Dn 12,1 Joel 2,2
bulatio talis, *qualis non fuit ab initio creaturae*, quam condidit
Deus, *usque nunc*, neque fiet. **20** Et nisi breviasset Dominus

8 enim] autem S | super[1]] contra V | erunt[1]] et erunt W S V | erunt[2]] et (+ erunt Wi Si) W S V ● 9 tradent] *add.* enim W S V | in conciliis V (– Wi: in concilia) ● 11 loquimini] loquamini E Wi | ~ vos estis V | loquentes] qui loquimini Wi ● 12 et tradet] tradet autem W S V ● 14 desolationis] *add.* dictam a Daniele propheta Wi ● 15 qui autem] et qui W S V | ne] non E Wi | descendat] *add.* in domum W S V; descendant E ● 16 tollere] ut tollat Wi ● 17 nutrientibus] lactantibus Wi ● 18 hieme] *add.* fuga vestra Wi | fiant W S V (– Wi) ● 19 tribulationes tales quales non fuerunt W S V | fient W S V ● 20 abbreviasset Wi

dies, non fuisset salva omnis caro. Sed propter electos, quos
Mt 24,26s L 17,23 elegit, breviavit dies. **21** Et tunc, si quis vobis dixerit: "Ecce
hic est Christus, ecce illic", ne credideritis. **22** Exsurgent
enim pseudochristi et pseudoprophetae et dabunt signa et
portenta ad seducendos, si potest fieri, electos. **23** Vos autem
videte; praedixi vobis omnia.

De adventu Filii hominis: 13,24-27
(*24-27:* Mt 24,29-31 L 21,25-28)

Is 13,10; 34,4 ⓖ Joel 2,10 Hgg 2,6.21 2P 3,10 **24** Sed in illis diebus post tribulationem illam *sol contene-
brabitur, et luna non dabit splendorem suum*, **25** *et erunt stellae*
de caelo decidentes, *et virtutes, quae sunt in caelis*, move-
buntur.

Dn 7,13 Mt 26,64 14,62 Ap 1,7 | Zch 2,10 ⓖ **26** Et tunc videbunt *Filium hominis venientem in nubibus*
cum virtute multa et gloria. **27** Et tunc mittet angelos et
congregabit electos suos a quattuor ventis, a summo terrae
usque ad summum caeli.

Vigilate, quia nescitis horam: 13,28-37
(*28-32:* Mt 24,32-36 L 21,29-33 *33-37:* Mt 24,42; 25,13-30 L 12,39-46)

28 A ficu autem discite parabolam: cum iam ramus eius
tener fuerit et germinaverit folia, cognoscitis quia in proxi-
mo sit aestas. **29** Sic et vos, cum videritis haec fieri, scitote
9,1 Mt 16,28 L 9,27 quod in proximo sit in ostiis. **30** Amen dico vobis: Non

20 fuisset] fieret Wi | omnis] ulla Wi | breviabit E ● 22 potest fieri] fieri potest etiam V; potest fieri etiam W S ● 23 autem] ergo W S V | videte] *add.* ecce W S V ● 25 de caelo] caeli W S V (~ stellae caeli erunt W V) | ~ in caelis sunt V (– G) ● 27 angelos] *add.* suos W S V ● 28 germinaverit] nata fuerint W S V ● 30 vobis] *add.* quoniam W S V (– Wi)

transiet generatio haec, donec omnia ista fiant. 31 Caelum
et terra transibunt, verba autem mea non transibunt. 32 De
die autem illo vel hora nemo scit, neque angeli in caelo
neque Filius, nisi Pater.

33 Videte, vigilate; nescitis enim, quando tempus sit.
34 Sicut homo, qui peregre profectus reliquit domum suam
et dedit servis suis potestatem, unicuique opus suum, iani-
tori quoque praecepit, ut vigilaret. 35 Vigilate ergo; nescitis
enim quando dominus domus veniat, sero an media nocte
an galli cantu an mane; 36 ne, cum venerit repente, inveniat
vos dormientes. 37 Quod autem vobis dico, omnibus dico:
Vigilate!».

PASSIO ET RESURRECTIO IESU: 14,1–16,20

De consilio sacerdotum: 14,1-2

(*1-2:* Mt 26,3-5 L 22,1 s)

14 Erat autem Pascha et Azyma post biduum. Et quae-
rebant summi sacerdotes et scribae, quomodo eum 11,18; 12,12
dolo tenerent et occiderent; 2 dicebant enim: «Non in die
festo, ne forte tumultus fieret populi».

Iesus Bethaniae ungitur: 14,3-9

(*3-9:* Mt 26,6-13 L 7,36-50 J 12,1-8)

3 Et cum esset Bethaniae in domo Simonis leprosi et re-
cumberet, venit mulier habens alabastrum unguenti nardi
puri pretiosi; fracto alabastro, effudit super caput eius.
4 Erant autem quidam indigne ferentes intra semetipsos:

30 transibit W V ● 32 illo] illa E Wi ● 33 vigilate] *add.* et orate W S V ● 34 potestatem] *add.* et Wi | unicuique opus suum] cuiusque operis W S V (– Wi) | ianitori quoque] et ianitori W S V | praecipiat W S | vigilet W S V (– Wi)
¶ 14.2 enim] autem Co E Wi Si C | fiat Wi | populi] in populo V (– L P) ● 3 puri] spicati W S V (– Wi: spicatae) | pretiosae Wi | et fracto W S V ● 4 semetipsos] *add.* et dicentes W S V

«Ut quid perditio ista unguenti facta est? 5 Poterat enim
unguentum istud veniri plus quam trecentis denariis et dari
pauperibus». Et fremebant in eam.
6 Iesus autem dixit: «Sinite eam; quid illi molesti estis?
Bonum opus operata est in me. 7 Semper enim pauperes
habetis vobiscum et, cum volueritis, potestis illis bene fa-
cere; me autem non semper habetis. 8 Quod habuit, operata
est: praevenit ungere corpus meum in sepulturam. 9 Amen
autem dico vobis: Ubicumque praedicatum fuerit evange-
lium in universum mundum, et, quod fecit haec, narrabitur
in memoriam eius».

A Iuda proditur: 14,10-11
(*10-11:* Mt 26,14-16 L 22,3-6)

10 Et Iudas Iscarioth, unus de Duodecim, abiit ad sum-
mos sacerdotes, ut proderet eum illis. 11 Qui audientes
gavisi sunt et promiserunt ei pecuniam se daturos. Et quae-
rebat quomodo illum opportune traderet.

Pascha praeparatur: 14,12-16
(*12-16:* Mt 26,17-19 L 22,7-13)

Ex 12,14-20 12 Et primo die Azymorum, quando Pascha immolabant,
dicunt ei discipuli eius: «Quo vis eamus et paremus, ut man-
duces Pascha?». 13 Et mittit duos ex discipulis suis et dicit
eis: «Ite in civitatem, et occurret vobis homo lagoenam
aquae baiulans; sequimini eum 14 et, quocumque introierit,
dicite domino domus: "Magister dicit: Ubi est refectio mea,
ubi Pascha cum discipulis meis manducem?". 15 Et ipse
vobis demonstrabit cenaculum grande stratum paratum; et
illic parate nobis». 16 Et abierunt discipuli et venerunt in
civitatem et invenerunt, sicut dixerat illis, et paraverunt
Pascha.

Cena Domini: 14,17-25
(*17-25:* Mt 26,20-29 L 22,14-23 *17-21:* J 13,2.21-26
22-24: 1K 11,23s)

17 Et vespere facto venit cum Duodecim. 18 Et discum-
bentibus eis et manducantibus, ait Iesus: «Amen dico vobis:

5 veniri] venundari W V ● 7 habetis[1]] habebitis St ● 8 habuit] *add.* haec W S V | operata est] fecit W S V ● 9 autem *om.* W S V | evangelium] *add.* istud W S V | in universo mundo W V ● 10 Scariot(h)is W S G Co E; Iscariotes V (– G Co E) ● 11 illum] eum E ● 12 eius *om.* W S V | paremus] *add.* tibi W S V | ut manduces] comedere E; ad edendum Wi ● 14 domus] *add.* quia W S V (– Wi) | refectio mea] diversorium Wi ● 15 paratum *om.* W S V ● 16 discipuli] *add.* eius W S V | praeparaverunt S ● 17 et vespere] vespere autem W S V ● 18 eis] illis Co | vobis[1]] *add.* quia W S V (– Wi)

Unus ex vobis me tradet, *qui manducat mecum*». **19** Coepe- Ps 41,10
runt contristari et dicere ei singillatim: «Numquid ego?».
20 Qui ait illis: «Unus ex Duodecim, qui intingit mecum in
catino. **21** Nam Filius quidem hominis vadit, sicut scriptum
est de eo. Vae autem homini illi, per quem Filius hominis
traditur! Bonum est ei, si non esset natus homo ille».

22 Et manducantibus illis, accepit panem et benedicens
fregit et dedit eis et ait: «Sumite; hoc est corpus meum».
23 Et accepto calice, gratias agens dedit eis, et biberunt ex
illo omnes. **24** Et ait illis: «Hic est sanguis meus novi testa- Ex 24,8 Is 53,11 s
menti, qui pro multis effunditur. **25** Amen dico vobis: Iam Jr 31,31 H 7,22; 9,15
non bibam de genimine vitis usque in diem illum, cum illud
bibam novum in regno Dei».

Iesus cum discipulis in Montem Oliveti exit: 14,26-31
(26-31: Mt 26,30-35)

26 Et hymno dicto, exierunt in montem Olivarum. **27** Et L 22,39 J 18,1
ait eis Iesus: «Omnes scandalizabimini, quia scriptum est:
"*Percutiam pastorem, et dispergentur oves*". Zch 13,7 J 16,32

28 Sed posteaquam resurrexero, praecedam vos in Gali-
laeam». **29** Petrus autem ait ei: «Et si omnes scandalizati
fuerint, sed non ego». **30** Et ait illi Iesus: «Amen dico tibi: *30-31:* 72 L 22,31-34 J 13,36-38

18 ~ tradet me V ● 19 at illi coeperunt W S V | singulatim V (- G) | ego] *add.* et alius, Nunquid ego? Wi ● 20 mecum] *add.* manum V (- E: manum mecum) ● 21 nam] et W S V | tradetur V (- Wi) | est[2]] erat V; *om.* S | non esset natus] natus non fuisset E Wi ● 22 accepit] *add.* Iesus W S V ● 24 effundetur V ● 25 vobis] *add.* quia V (- E Wi); *add.* quod W S E | de] *add.* hoc E St Si C | illud] istud Wi ● 27 scandalizabimini] *add.* in nocte ista W S G Wi; *add.* in me in nocte ista V (- G Wi) ● 28 posteaquam] postquam V (- G Co) | surrexero W ● 29 ei] illi V | fuerint] *add.* in te Co Si C ● 30 tibi] *add.* quia W S V (- Wi)

Tu hodie, in nocte hac, priusquam bis gallus vocem dederit,
ter me es negaturus». **31** At ille amplius loquebatur: «Et si
oportuerit me commori tibi, non te negabo». Similiter
autem et omnes dicebant.

Orat in Gethsemani: 14,32-42
(32-42: Mt 26,36-46 L 22,39-46)

32 Et veniunt in praedium, cui nomen Gethsemani, et ait
discipulis suis: «Sedete hic, donec orem». **33** Et assumit Pe-
trum et Iacobum et Ioannem secum et coepit pavere et
Ps 42,6.12; 43,5 taedere **34** et ait illis: «Tristis est anima mea usque ad mor-
J 12,27 tem; sustinete hic et vigilate». **35** Et cum processisset paulu-
lum, procidebat super terram et orabat, ut, si fieri posset,
transiret ab eo hora, **36** et dicebat: «Abba, Pater! Omnia
tibi possibilia sunt. Transfer calicem hunc a me; sed non
quod ego volo, sed quod tu». **37** Et venit et invenit eos dor-
mientes et ait Petro: «Simon, dormis? Non potuisti una
hora vigilare? **38** Vigilate et orate, ut non intretis in ten-
tationem; spiritus quidem promptus, caro vero infirma».
39 Et iterum abiens oravit, eundem sermonem dicens. **40** Et
veniens denuo invenit eos dormientes; erant enim oculi illo-
rum ingravati, et ignorabant quid responderent ei. **41** Et
venit tertio et ait illis: «Dormite iam et requiescite? Sufficit,
venit hora; ecce traditur Filius hominis in manus peccato-

30 tu *om.* Wi | ~ hac nocte E | bis gallus vocem dederit] gallus vocem bis (bis vocem G) dederit V (– Wi: gallus bis cecinerit) ● **31** me] *add.* simul W S V ● **32** Gethsemane Wi ● **35** procidit W S V ● **36** dixit W S V | ~ possibilia tibi S ● **38** promptus] *add.* est V | vero] autem E Wi ● **40** veniens] reversus W S V | illorum] eorum V | gravati V ● **41** Filius hominis tradetur V

rum. **42** Surgite, eamus; ecce, qui me tradit, prope est».

Comprehenditur: 14,43-52
(*43-50:* Mt 26,47-56 L 22,47-53 J 18,3-12)

43 Et confestim, adhuc eo loquente, venit Iudas unus ex
Duodecim, et cum illo turba cum gladiis et lignis a summis
sacerdotibus et scribis et senioribus. **44** Dederat autem tra-
ditor eius signum eis dicens: «Quemcumque osculatus fuero,
ipse est; tenete eum et ducite caute». **45** Et cum venisset,
statim accedens ad eum ait: «Rabbi», et osculatus est eum.
46 At illi manus iniecerunt in eum et tenuerunt eum.
47 Unus autem quidam de circumstantibus educens gladium
percussit servum summi sacerdotis et amputavit illi auricu-
lam. **48** Et respondens Iesus ait illis: «Tamquam ad latro-
nem existis cum gladiis et lignis comprehendere me? **49** Co- L 19,47 J 18,20
tidie eram apud vos in templo docens et non me tenuistis;
sed adimpleantur Scripturae». **50** Et relinquentes eum omnes J 16,32
fugerunt. **51** Et adulescens quidam sequebatur eum amictus
sindone super nudo, et tenent eum; **52** at ille, reiecta sin-
done, nudus profugit.

Inquisitio synedrii: 14,53-65
(*53-65:* Mt 26,57-68 L 22,54s.66-71 J 18,13-24)

53 Et adduxerunt Iesum ad summum sacerdotem, et con-
veniunt omnes summi sacerdotes et seniores et scribae.
54 Et Petrus a longe secutus est eum usque intro in atrium

42 tradet W V • 43 confestim *om.* W S V | Iudas] *add.* Scarioth W S G Co E; *add.* Iscariot(h)es V (– G Co E) | ex] de V | illo] eo V | turba] *add.* multa W V | lignis] *add.* missi Co E Wi St Si | et[4+5]] *add.* a W S • 44 eius *om.* G Co E Wi St | ~ eis signum G Co E St | caute *om.* S • 45 ait] *add.* ave V (– G L P) • 46 eum[1]] Iesum V (– L P C) • 47 quidam *om.* Wi • 48 comprehendere] ad comprehendum Wi • 49 sed] *add.* ut W S V | impleantur V • 50 et] tunc discipuli eius W S V • 51 et adulescens] adulescens autem W S V | eum[1]] illum S | nudum Wi | tenuerunt W S V • 52 at] et Co | profugit] *add.* ab eis W S V • 53 convenerunt V | summi *om.* W S V | ~ et scribae et seniores W S V • 54 et Petrus] Petrus autem W S V | intro *om.* W

summi sacerdotis et sedebat cum ministris et calefaciebat
se ad ignem. **55** Summi vero sacerdotes et omne concilium
quaerebant adversus Iesum testimonium, ut eum morte
afficerent, nec inveniebant. **56** Multi enim testimonium fal-
sum dicebant adversus eum, et convenientia testimonia non
erant. **57** Et quidam surgentes falsum testimonium ferebant
adversus eum dicentes: **58** «Nos audivimus eum dicentem:
15,29 J 2,19 Act 6,14 "Ego dissolvam templum hoc manu factum et intra tri-
duum aliud non manu factum aedificabo"». **59** Et ne ita
quidem conveniens erat testimonium illorum. **60** Et exsur-
gens summus sacerdos in medium interrogavit Iesum di-
cens: «Non respondes quidquam ad ea, quae isti testantur
adversum te?». **61** Ille autem tacebat et nihil respondit.
Rursum summus sacerdos interrogabat eum et dicit ei: «Tu
8,29 J 10,24 es Christus filius Benedicti?». **62** Iesus autem dixit: «Ego
Dn 7,13 sum, et *videbitis Filium hominis a dextris sedentem Virtutis*
Ps 110,1 Mt 24,30 et *venientem cum nubibus caeli*».
13,26 **63** Summus autem sacerdos scindens vestimenta sua ait:
«Quid adhuc necessarii sunt nobis testes? **64** Audistis blas-
phemiam. Quid vobis videtur?». Qui omnes condemnave-
runt eum esse reum mortis.

65 Et coeperunt quidam conspuere eum et velare faciem
eius et colaphis eum caedere et dicere ei: «Prophetiza»; et
ministri alapis eum caedebant.

Negatio Petri: 14,66-72
(*66-72:* Mt 26,69-75 L 22,56-62 J 18,17.25-27)

66 Et cum esset Petrus in atrio deorsum, venit una ex

54 ~ ad ignem et calefaciebat se V ● 55 omne] totum Wi | adversum S | morte afficerent] morti traderent W S V ● 56 enim] autem G Co E St | ~ falsum testimonium E ● 58 quoniam nos W S V (– Wi) | intra] per W S L P C; post V (– L P C) ● 59 ne ita quidem] non W S V | ~ erat conveniens W S V ● 60 et exsurgens] exsurgens autem (– Wi) G Co Wi St | ad ea quae] quid Wi | isti testantur adversum te] tibi obiciuntur ab his W S V (– Wi: isti contra te testificantur) ● 61 dixit V (– Wi) | filius] *add.* Dei V ● 62 dixit] *add.* illi W S V | ~ sedentem a dextris V | Virtutis] *add.* Dei W S V (– L P) ● 63 necessarii sunt nobis] desideramus W S V ● 65 eum[1]] in eum Wi

ancillis summi sacerdotis **67** et, cum vidisset Petrum cale-
facientem se, aspiciens illum ait: «Et tu cum hoc Nazareno,
Iesu, eras!». **68** At ille negavit dicens: «Neque scio neque
novi quid tu dicas». Et exiit foras ante atrium, et gallus
cantavit. **69** Et ancilla, cum vidisset illum, rursus coepit
dicere circumstantibus: «Hic ex illis est!». **70** At ille iterum
negabat. Et post pusillum rursus, qui astabant, dicebant
Petro: «Vere ex illis es, nam et Galilaeus es». **71** Ille autem
coepit anathematizare et iurare: «Nescio hominem istum,
quem dicitis!». **72** Et statim iterum gallus cantavit; et recor-
datus est Petrus verbi, sicut dixerat ei Iesus: «Priusquam
gallus cantet bis, ter me negabis». Et coepit flere.

Apud tribunal Pilati: 15,1-15

(*1-15:* Mt 27,1s.11-26 L 22,66; 23,1-4.17-25 J 18,29–19,1)

15 Et confestim mane consilium facientes summi sacer-
dotes cum senioribus et scribis, id est universum con-
cilium, vincientes Iesum duxerunt et tradiderunt Pilato.
2 Et interrogavit eum Pilatus: «Tu es rex Iudaeorum?». At
ille respondens ait illi: «Tu dicis». **3** Et accusabant eum
summi sacerdotes in multis. **4** Pilatus autem rursum inter-

67 hoc *om.* W S V | ~ Iesu Nazareno W S V ● **68** tu *om.* W S V ● **69** et ancilla cum vidisset illum rursus] rursus autem cum vidisset illum ancilla W S V | circumstantibus] *add.* quia W S V (– Wi) ● **70** negavit W S V | es²] *add.* et loquela tua convenit Wi ● **71** iurare] *add.* quia W S V (– Wi) ● **72** ~ gallus iterum V (– Co) | sicut] quod W S V

¶ **15.1** consilium] concilium Co Wi | id est] et W S V | universo concilio W S V (– Wi: universo consessu) ● **4** interrogavit W S V

rogabat eum dicens: «Non respondes quidquam? Vide in
quantis te accusant». **5** Iesus autem amplius nihil respondit,
ita ut miraretur Pilatus.

6 Per diem autem festum dimittere solebat illis unum ex
vinctis, quem peterent. **7** Erat autem qui dicebatur Barab-
bas, vinctus cum seditiosis, qui in seditione fecerant homi-
cidium. **8** Et cum ascendisset turba, coepit rogare, sicut
faciebat illis. **9** Pilatus autem respondit eis et dixit: «Vultis
dimittam vobis regem Iudaeorum?». **10** Sciebat enim quod
per invidiam tradidissent eum summi sacerdotes. **11** Pon-
Act 3,13s tifices autem concitaverunt turbam, ut magis Barabbam
dimitteret eis. **12** Pilatus autem iterum respondens aiebat
illis: «Quid ergo vultis faciam regi Iudaeorum?». **13** At illi
J 19,15 iterum clamaverunt: «Crucifige eum!». **14** Pilatus vero dice-
bat eis: «Quid enim mali fecit?». At illi magis clamaverunt:
«Crucifige eum!». **15** Pilatus autem, volens populo satis-
facere, dimisit illis Barabbam et tradidit Iesum flagellis
caesum, ut crucifigeretur.

Iesus a militibus illuditur: 15,16-20
(*16-20:* Mt 27,27-31 J 19,2s)

16 Milites autem duxerunt eum intro in atrium, quod
est praetorium, et convocant totam cohortem. **17** Et in-
L 23,11 duunt eum purpuram et imponunt ei plectentes spineam
coronam, **18** et coeperunt salutare eum: «Ave, rex Iudaeo-
rum!», **19** et percutiebant caput eius arundine et conspue-
bant eum et ponentes genua adorabant eum. **20** Et post-

6 ~ solebat dimittere V | quemcumque W S V | petissent W S V ● 7 vinctus cum seditiosis] qui cum seditiosis erat vinctus W S V | fecerat W V (– Co Wi) ● 8 ascendisset] acclamasset Wi | rogare ... illis] petere ut faceret sicut semper faciebat illis Wi | sicut] *add.* semper W S V ● 12 ait W S V | regi] ei quem dicitis regem Wi ● 13 clamaverunt] *add.* dicentes Co ● 14 eis] illis V | clamabant W S V ● 15 tradidit] *add.* eis Wi ● 16 intro *om.* W V (– Wi) | quod est praetorium] praetorii W S V ● 17 purpura W V

quam illuserunt ei, exuerunt illum purpuram et induerunt
eum vestimentis suis. Et educunt illum, ut crucifigerent eum.

De crucifixione: 15,21-32
(21-32: Mt 27,32-44 L 23,26-38 J 19,17-27)

21 Et angariant praetereuntem quempiam Simonem
Cyrenaeum venientem de villa, patrem Alexandri et Rufi,
ut tolleret crucem eius. **22** Et perducunt illum in Golgotha
locum, quod est interpretatum Calvariae locus. **23** Et da-
bant ei myrrhatum vinum, ille autem non accepit. Ps 69,22
24 Et crucifigunt eum et *dividunt vestimenta* eius, *mitten-* Ps 22,19 J 19,24
tes sortem super eis quis quid tolleret. **25** Erat autem hora
tertia, et crucifixerunt eum. **26** Et erat titulus causae eius
inscriptus: «Rex Iudaeorum». **27** Et cum eo crucifigunt
duos latrones, unum a dextris et alium a sinistris eius. **(28)**

29 Et praetereuntes blasphemabant eum *moventes capita* Ps 22,8
sua et dicentes: «Vah, qui destruit templum et in tribus 14,58 J 2,19
diebus aedificat; **30** salvum fac temetipsum descendens de
cruce!». **31** Similiter et summi sacerdotes ludentes ad alter-
utrum cum scribis dicebant: «Alios salvos fecit, seipsum non
potest salvum facere. **32** Christus rex Israel descendat nunc
de cruce, ut videamus et credamus». Etiam qui cum eo
crucifixi erant, conviciabantur ei.

20 purpura W V • **21** angariaverunt W S V | quempiam] quendam Wi • **22** Golgatha G • **23** ei] *add.* bibere W S V | ille autem] et W S V • **24** crucifigentes W S V | et[2] *om.* W S V | diviserunt W S V • **28** Et adimpleta (impleta V) est scriptura quae dicit: et cum iniquis reputatus est W S V • **29** destruis V (– L P) | templum] *add.* Dei V (– Wi L P) | reaedificas V (– L P) • **30** teipsum E • **31** illudentes V • **32** ille rex Wi | etiam] et W S V

De morte Iesu: 15,33-41
(*33-41:* Mt 27,45-56 L 23,44-49 J 19,28-30)

33 Et, facta hora sexta, tenebrae factae sunt per totam
terram usque in horam nonam. **34** Et hora nona exclamavit
Ps 22,2 Iesus voce magna: «*Heloi, Heloi, lema sabacthani?*», quod
est interpretatum: «*Deus meus, Deus meus, ut quid dereli-
quisti me?*». **35** Et quidam de circumstantibus audientes
dicebant: «Ecce Eliam vocat». **36** Currens autem unus et
Ps 69,22 implens spongiam *aceto* circumponensque calamo *potum
dabat* ei dicens: «Sinite, videamus, si veniat Elias ad depo-
nendum eum». **37** Iesus autem, emissa voce magna, ex-
spiravit.

38 Et velum templi scissum est in duo a sursum usque deorsum.

39 Videns autem centurio, qui ex adverso stabat, quia sic clamans exspirasset, ait: «Vere homo hic Filius Dei erat».
40 Erant autem et mulieres de longe aspicientes, inter
quas et Maria Magdalene et Maria Iacobi minoris et Iosetis
mater et Salome, **41** quae, cum esset in Galilaea, sequeban-
tur eum et ministrabant ei, et aliae multae, quae simul cum
eo ascenderant Hierosolymam.

Sepultura: 15,42-47
(*42-47:* Mt 27,57-61 L 23,50-56 J 19,38-42)

42 Et cum iam sero esset factum, quia erat Parasceve,

34 magna] *add.* dicens W S V | Heloi[1+2] Eli Wi | lamma (lama W S) sabacthani W S St L P Si C; lama esebthani Co; lamma azabthani E Wi | ~ me dereliquisti Wi ● 38 sursum] summo V ● 39 quia] quod Wi | ~ hic homo V (– G) ● 40 et[2]] erat V | Iosetis] Ioseph W S V (– Wi: Iose) ● 41 quae[1]] et W S V (– Co) | Hierosolyma W S

quod est ante sabbatum, **43** venit Ioseph ab Arimathaea
nobilis decurio, qui et ipse erat exspectans regnum Dei, et
audacter introivit ad Pilatum et petiit corpus Iesu. **44** Pilatus
autem miratus est si iam obisset, et, accersito centurione,
interrogavit eum si iam mortuus esset, **45** et, cum cogno-
visset a centurione, donavit corpus Ioseph. **46** Is autem mer-
catus sindonem et deponens eum involvit sindone et posuit
eum in monumento, quod erat excisum de petra, et advolvit
lapidem ad ostium monumenti. **47** Maria autem Magdalene
et Maria Iosetis aspiciebant, ubi positus esset.

Praedicatio angeli in sepulcro inani sedentis: 16,1-8
(*1-8:* Mt 28,1-8 L 24,1-12 J 20,1-13)

16 Et cum transisset sabbatum, Maria Magdalene et
Maria Iacobi et Salome emerunt aromata, ut venien-
tes ungerent eum. **2** Et valde mane, prima sabbatorum,
veniunt ad monumentum, orto iam sole. **3** Et dicebant ad
invicem: «Quis revolvet nobis lapidem ab ostio monu-

43 ab Arimathaea] qui ex Arimathaea erat Wi | nobilis decurio] honestus senator Wi | erat exspectans] exspectabat Wi ● 44 miratus est] mirabatur W S V ● 46 is] Ioseph W S V | sindone] sindoni Wi; in sindone Si | de] ex Wi ● 47 autem *om.* G | Iosetis] Ioseph W S V (– Wi: Iose) | positus esset] poneretur W S V
¶ 16.1 eum] Iesum V ● 2 prima] una W S V

menti?». 4 Et respicientes vident revolutum lapidem; erat
quippe magnus valde. 5 Et introeuntes in monumentum
viderunt iuvenem sedentem in dextris, coopertum stola can-
dida, et obstupuerunt. 6 Qui dicit illis: «Nolite expavescere!
10,34 Iesum quaeritis Nazarenum crucifixum. Surrexit, non est
hic; ecce locus, ubi posuerunt eum. 7 Sed ite, dicite disci-
pulis eius et Petro: "Praecedit vos in Galilaeam. Ibi eum
videbitis, sicut dixit vobis"». 8 Et exeuntes fugerunt de mo-
numento; invaserat enim eas tremor et pavor, et nemini
quidquam dixerunt, timebant enim.

4 viderunt V ● 5 in monumento S | sedentem a dextris Wi ● 7 ite] *add.* et S | Petro] *add.* quia W S V (– Wi) | praecedet V (– L P C) ● 8 et[1]] at illae W S V | cito fugerunt Wi | tremor] timor Wi

[Apparitiones Christi resuscitati: 16,9-20]
(*9-20:* Mt 28,9s.16-20 L 24,13-51 J 20,11-23)

9 Surgens autem mane, prima sabbati, apparuit primo
Mariae Magdalenae, de qua eiecerat septem daemonia. L 8,2
10 Illa vadens nuntiavit his, qui cum eo fuerant, lugentibus
et flentibus; **11** et illi audientes quia viveret et visus esset
ab ea, non crediderunt. **12** Post haec autem duobus ex eis
ambulantibus ostensus est in alia effigie euntibus in villam;
13 et illi euntes nuntiaverunt ceteris, nec illis crediderunt.
14 Novissime recumbentibus illis Undecim apparuit, et
exprobravit incredulitatem illorum et duritiam cordis, quia
his, qui viderant eum resuscitatum, non crediderant. **15** Et
dixit eis: «Euntes in mundum universum praedicate evangelium omni creaturae. **16** Qui crediderit et baptizatus fuerit,
salvus erit; qui vero non crediderit, condemnabitur. **17** Signa
autem eos, qui crediderint, haec sequentur: in nomine meo

9 autem] *add.* Iesus V (- L P C) ● **11** quia] quod Wi ● **12** eis] his V (- E Wi) ● **14** novissime] *add.* autem V (- L P C) | illorum] eorum V (- E Wi) | quia] quod Wi | his] iis St L P Si C | resuscitatum] resurrexisse W S V | crediderunt V (- Wi)

daemonia eicient, linguis loquentur novis, **18** serpentes
tollent, et, si mortiferum quid biberint, non eos nocebit,
super aegrotos manus imponent et bene habebunt».

Act 1,9-11 **19** Et Dominus quidem Iesus, postquam locutus est eis,
2 Rg 2,3.11 | Ps 110,1 assumptus est in caelum et sedit a dextris Dei.
20 Illi autem profecti praedicaverunt ubique, Domino
cooperante et sermonem confirmante, sequentibus signis.

18 eos] eis V | aegrotos] aegros V ● **19** Iesus *om.* W S | sedet V (– Co L P) ● **20** signis] *add.* amen W

EVANGELIUM SECUNDUM LUCAM

PROLOGUS: 1,1-4

1 Quoniam quidem multi conati sunt ordinare narratio-
nem, quae in nobis completae sunt, rerum, **2** sicut tradi-
derunt nobis, qui ab initio ipsi viderunt et ministri fuerunt
verbi, **3** visum est et mihi, adsecuto a principio omnia, dili-
genter ex ordine tibi scribere, optime Theophile, **4** ut co-
gnoscas eorum verborum, de quibus eruditus es, firmitatem.

DE INFANTIA IESU: 1,5–2,52

Ioannes Baptista promittitur et concipitur: 1,5-25

5 Fuit in diebus Herodis regis Iudaeae sacerdos quidam
nomine Zacharias de vice Abiae et uxor illi de filiabus 1 Chr 24,10
Aaron, et nomen eius Elisabeth. **6** Erant autem iusti ambo
ante Deum, incedentes in omnibus mandatis et iustificatio-
nibus Domini, irreprehensibiles. **7** Et non erat illis filius eo
quod esset Elisabeth sterilis, et ambo processissent in diebus
suis.

8 Factum est autem cum sacerdotio fungeretur in
ordine vicis suae ante Deum, **9** secundum consuetudinem
sacerdotii sorte exiit, ut incensum poneret ingressus in Ex 30,7s
templum Domini; **10** et omnis multitudo erat populi orans
foris hora incensi. **11** Apparuit autem illi angelus Domini
stans a dextris altaris incensi; **12** et Zacharias turbatus est
videns, et timor irruit super eum. **13** Ait autem ad illum

¶ **1,1** quoniam quidem] cum Wi | sunt[1]] sint Wi | narrationes G Co E St | ordinare ... (2) ... nobis] historiam conscribere eorum, quae certo comperimus et accepimus ab iis Wi ● **2** ab initio ipsi viderunt] ipsi ab initio et spectatores Wi | verbi] sermonis W S V (– Wi) | ~ verbi fuerunt Wi ● **3** adsecuto ... Theophile] omnia consectato accurate a capite, ordine ad te perscribere Wi | a principio omnia] omnia a principio V (– Wi); a principio omnibus W S ● **4** agnoscas Wi | eruditus es] audisti Wi | firmitatem] veritatem W S V (– Wi: certitudinem) ● **5** illi] illius V (– G) ● **6** ~ ambo iusti E Wi | iustificatibus Wi | irreprehensibiles] sine querela W S V ● **8** fungeretur] *add.* Zacharias V (– L P C) ● **10** ~ populi erat V

angelus: «Ne timeas, Zacharia, quoniam exaudita est de-
Gn 17,19 precatio tua, et uxor tua Elisabeth pariet tibi filium, et voca-
bis nomen eius Ioannem. **14** Et erit gaudium tibi et exsulta-
tio, et multi in nativitate eius gaudebunt: **15** erit enim mag-
Nu 6,3 Jdc 3,4 7,33 nus coram Domino et vinum et siceram non bibet et Spiri-
tu Sancto replebitur adhuc ex utero matris suae **16** et mul-
tos filiorum Israel convertet ad Dominum Deum ipsorum.
Mt 17,10-13 **17** Et ipse praecedet ante illum in spiritu et virtute Eliae, *ut*
Ml 3,23 s *convertat corda patrum in filios* et incredibiles ad prudentiam
iustorum, parare Domino plebem perfectam». **18** Et dixit
Zacharias ad angelum: «Unde hoc sciam? Ego enim sum
senex et uxor mea processit in diebus suis». **19** Et respon-
dens angelus dixit ei: «Ego sum Gabriel, qui adsto ante
Deum, et missus sum loqui ad te et haec tibi evangelizare.
20 Et ecce: eris tacens et non poteris loqui usque in diem,
quo haec fiant, pro eo quod non credidisti verbis meis,
quae implebuntur in tempore suo».

21 Et erat plebs exspectans Zachariam, et mirabantur
quod tardaret ipse in templo. **22** Egressus autem non pote-
rat loqui ad illos, et cognoverunt quod visionem vidisset in
templo; et ipse erat innuens illis et permansit mutus.

23 Et factum est ut impleti sunt dies officii eius, abiit in
domum suam. **24** Post hos autem dies concepit Elisabeth

13 quoniam *om.* Wi | et[1] *om.* Si • 15 et[1] *om.* E Wi Si | sicera W S • 17 illum] ipsum G | in[2]] ad Wi | incredibiles] incredulos V (– G) | parare] parandum Wi

uxor eius et occultabat se mensibus quinque dicens: 25 «Sic
mihi fecit Dominus in diebus, quibus respexit auferre oppro-
brium meum inter homines».

Annuntiatio nativitatis Christi: 1,26-38

26 In mense autem sexto missus est angelus Gabriel a
Deo in civitatem Galilaeae, cui nomen Nazareth, 27 ad vir-
ginem desponsatam viro, cui nomen erat Ioseph de domo Mt 1,16
David, et nomen virginis Maria. 28 Et ingressus ad eam
dixit: «Ave, gratia plena, Dominus tecum». 29 Ipsa autem
turbata est in sermone eius et cogitabat qualis esset ista
salutatio. 30 Et ait angelus ei: «Ne timeas, Maria; invenisti
enim gratiam apud Deum. 31 Et ecce concipies in utero et Is 7,14 Gn 17,19
paries filium, et vocabis nomen eius Iesum. 32 Hic erit mag- Mt 1,21-23
nus et Filius Altissimi vocabitur, et dabit illi Dominus
Deus sedem David patris eius, 33 et regnabit super domum 2 Sm 7,13 Is 9,6
Iacob in aeternum, et regni eius non erit finis».

34 Dixit autem Maria ad angelum: «Quomodo fiet istud,
quoniam virum non cognosco?». 35 Et respondens angelus
dixit ei: «Spiritus Sanctus superveniet in te, et virtus Altis- Mt 1,18-20
simi obumbrabit tibi: ideoque et quod nascetur sanctum,
vocabitur Filius Dei. 36 Et ecce Elisabeth cognata tua et
ipsa concepit filium in senecta sua, et hic mensis est sextus
illi, quae vocatur sterilis, 37 quia *non erit impossibile apud* Gn 18,14 Job 42,2 Mt 19,26 Mc 10,27 18,27

25 quia sic W S V (~ Wi) | ~ fecit mihi V | auferre] ut auferret Wi ● 28 ingressus] *add.* angelus W S V | tecum] *add.* benedicta tu in mulieribus W S V ● 29 ipsa autem] quae cum vidisset (audisset V) W S V ● 31 et[1] *om.* W S V ● 32 eius] sui Wi ● 33 super domum] in domo W S V ● 35 nascetur] *add.* ex te V ● 36 senecta] senectute V | ~ sextus est St L P Si C

Deum omne verbum». 38 Dixit autem Maria: «Ecce ancilla
Domini; fiat mihi secundum verbum tuum». Et discessit ab
illa angelus.

Maria visitat Elisabeth: 1,39-55

39 Exsurgens autem Maria in diebus illis abiit in mon-
tana cum festinatione in civitatem Iudae 40 et intravit in
domum Zachariae et salutavit Elisabeth. 41 Et factum est
ut audivit salutationem Mariae Elisabeth, exsultavit infans
in utero eius, et repleta est Spiritu Sancto Elisabeth 42 et
exclamavit voce magna et dixit: «Benedicta tu inter mulie-
res, et benedictus fructus ventris tui. 43 Et unde hoc mihi,
ut veniat mater Domini mei ad me? 44 Ecce enim ut facta
est vox salutationis tuae in auribus meis, exsultavit in gaudio
infans in utero meo. 45 Et beata, quae credidit, quoniam
perficientur ea, quae dicta sunt ei a Domino».

46 Et ait Maria:
1 Sm 2,1-10 «Magnificat *anima mea Dominum*,
Hab 3,18 47 et *exsultavit* spiritus meus *in Deo salvatore meo*,

1 Sm 1,11 48 quia *respexit humilitatem ancillae* suae.
Gn 30,13 Ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes genera-
tiones,

Dt 10,21 49 quia fecit mihi magna, qui potens est,
Ps 111,9 et sanctum nomen eius,
Ps 103,13.17 50 et misericordia eius in progenies et progenies
timentibus eum.
Ps 89,11 51 Fecit potentiam in brachio suo,

39 Iuda W S V ● 44 in² *om.* Wi ● 45 credidisti Co E St Si C | ei] tibi Co E St Si C ● 47 salvatore] salutari W S V ● 48 respexit] *add.* ad Wi ● 50 in progenies et progenies] a progenie in progenies V (– G: in progenie et progenies)

dispersit superbos mente cordis sui;
52 deposuit potentes de sede — Ez 21,31; Ps 147,6
et exaltavit humiles; — Job 5,11; 12,19
53 esurientes implevit bonis — Ps 107,9; 34,11
et divites dimisit inanes.
54 Suscepit Israel puerum suum, — Is 41,8 s
recordatus misericordiae, — Ps 98,3
55 sicut locutus est ad patres nostros, — Mch 7,20; 2 Sm 22,51
Abraham et semini eius in saecula». — Gn 17,7

Ioannes Baptista nascitur: 1,56-80

56 Mansit autem Maria cum illa quasi mensibus tribus
et reversa est in domum suam. **57** Elisabeth autem imple-
tum est tempus pariendi, et peperit filium. **58** Et audierunt
vicini et cognati eius quia magnificavit Dominus misericor-
diam suam cum illa, et congratulabantur ei. **59** Et factum
est in die octavo venerunt circumcidere puerum et vocabant — Gn 17,12
eum nomine patris eius Zachariam. **60** Et respondens mater
eius dixit: «Nequaquam, sed vocabitur Ioannes». **61** Et — 13
dixerunt ad illam: «Nemo est in cognatione tua, qui voce-
tur hoc nomine». **62** Innuebant autem patri eius quem vellet
vocari eum. **63** Et postulans pugillarem scripsit dicens:
«Ioannes est nomen eius». Et mirati sunt universi. **64** Aper-
tum est autem ilico os eius et lingua eius, et loquebatur
benedicens Deum. **65** Et factus est timor super omnes vici-
nos eorum, et super omnia montana Iudaeae divulgabantur
omnia verba haec. **66** Et posuerunt omnes, qui audierant,

51 cordis suae G • 54 recordatus] memorari W S G Co E St | misericordiae] *add.* suae V • 59 eius] sui V • 61 illam] *add.* quia W S V (- Wi)

in corde suo dicentes: «Quid putas puer iste erit?». Etenim
manus Domini erat cum illo.
67 Et Zacharias pater eius impletus est Spiritu Sancto et
prophetavit dicens:
Ps 41,14; 72,18; 106,48 — 68 «*Benedictus Dominus, Deus Israel,*
7,16; 24,21 Ps 111,9 — quia visitavit et fecit redemptionem plebi suae
1 Sm 2,10 Ps 18,3; 132,17 — 69 et erexit cornu salutis nobis
in domo David pueri sui,
R 1,2 — 70 sicut locutus est per os sanctorum,
Ap 10,7 — qui a saeculo sunt, prophetarum eius,
Ps 106,10 — 71 salutem ex inimicis nostris
et de manu omnium, qui oderunt nos;
Ps 105,8; 106,45 Ex 2,24 — 72 ad faciendam misericordiam cum patribus nostris
Lv 26,42 — et memorari testamenti sui sancti,
Gn 22,16s Jr 11,5 Mch 7,20 — 73 iusiurandum, quod iuravit ad Abraham patrem nos-
trum,
daturum se nobis,
74 ut sine timore, de manu inimicorum liberati,
serviamus illi
75 in sanctitate et iustitia coram ipso
omnibus diebus nostris.
7,27 Mt 11,10 Mc 1,2 — 76 Et tu, puer, propheta Altissimi vocaberis:
Ml 3,1 Ex 23,20 — praeibis enim *ante faciem Domini parare vias eius,*
77 ad dandam scientiam salutis plebi eius
in remissionem peccatorum eorum,
78 per viscera misericordiae Dei nostri,
Is 60,1s Zch 6,12 Ⓖ Ml 3,20 — in quibus visitabit nos oriens ex alto,

66 quid] quis V • 67 impletus] repletus V • 68 Dominus *om.* S | plebis V (– Co) • 73 Abraham *om.* Wi • 74 inimicorum] *add.* nostrorum W S V • 78 visitavit W S V

79 *illuminare his, qui in tenebris et in umbra mortis sedent,* Is 9,1; 42,7 Ps 107,10 Mt 4,16 | Is 59,8 R 3,17
ad dirigendos pedes nostros in viam pacis».
80 Puer autem crescebat et confortabatur spiritu et erat
in deserto usque in diem ostensionis suae ad Israel.

Iesus nascitur: 2,1-20

2 Factum est autem in diebus illis exiit edictum a Caesare
Augusto, ut describeretur universus orbis. 2 Haec de-
scriptio prima facta est praeside Syriae Quirino. 3 Et ibant
omnes, ut profiterentur, singuli in suam civitatem. 4 Ascen-
dit autem et Ioseph a Galilaea de civitate Nazareth in
Iudaeam in civitatem David, quae vocatur Bethlehem, eo J 7,42
quod esset de domo et familia David, 5 ut profiteretur cum
Maria desponsata sibi, uxore praegnante. 6 Factum est
autem cum essent ibi, impleti sunt dies, ut pareret, 7 et pe-
perit filium suum primogenitum; et pannis eum involvit et
reclinavit eum in praesepio, quia non erat eis locus in de-
versorio.

8 Et pastores erant in regione eadem vigilantes et custo-
dientes vigilias noctis supra gregem suum. 9 Et angelus
Domini stetit iuxta illos, et claritas Domini circumfulsit
illos, et timuerunt timore magno. 10 Et dixit illis angelus:
«Nolite timere; ecce enim evangelizo vobis gaudium mag-
num, quod erit omni populo, 11 quia natus est vobis hodie
Salvator, qui est Christus Dominus, in civitate David. 12 Et

79 illuminare] ut illuscesceret Wi | *in*[2] *om.* Co ● 80 in desertis V
¶ 2.2 facta est] *add.* a V (- Wi) | Cyrino S V (- Wi: Cyrenio) ● 4 in[2] *om.* W S G St L P
● 5 praegnante] quae erat praegnans Wi ● 7 eis] ei G E Wi St Si ● 8 super V
● 9 et[1]] *add.* ecce W S V | Domini[2]] Dei W S V ● 11 hodie *om.* E

hoc vobis signum: invenietis infantem pannis involutum et
Mt 26,53 positum in praesepio». **13** Et subito facta est cum angelo
multitudo militiae caelestis laudantium Deum et dicentium:
19,38 **14** «Gloria in altissimis Deo,
Is 57,19 E 2,17 et super terram pax in hominibus bonae voluntatis».

15 Et factum est ut discesserunt ab eis angeli in caelum,
pastores loquebantur ad invicem: «Transeamus usque Beth-
lehem et videamus hoc verbum, quod factum est, quod Do-
minus ostendit nobis». **16** Et venerunt festinantes et invene-
runt Mariam et Ioseph et infantem positum in praesepio.
17 Videntes autem notum fecerunt verbum, quod dictum
erat illis de puero hoc. **18** Et omnes, qui audierunt, mirati
sunt de his, quae dicta erant a pastoribus ad ipsos. **19** Maria
51 autem conservabat omnia verba haec conferens in corde
suo.
20 Et reversi sunt pastores glorificantes et laudantes
Deum in omnibus, quae audierant et viderant, sicut dictum
est ad illos.

Simeon et Anna de Iesu testificantur: 2,21-40

21 Et postquam consummati sunt dies octo, ut circum-
1,31 cideretur, vocatum est nomen eius Iesus, quod vocatum est
ab angelo, priusquam in utero conciperetur.
Lv 12 Nu 18,15s **22** Et postquam impleti sunt dies purgationis eorum se-
cundum legem Moysis, tulerunt illum in Hierosolymam,
ut sisterent Domino, **23** sicut scriptum est in lege Domini:
Ex 13,2.12 «*Omne masculinum adaperiens vulvam sanctum Domino voca-
bitur*», **24** et ut darent hostiam secundum quod dictum est
Lv 12,8 in lege Domini: *par turturum aut duos pullos columbarum.*

14 super terram] in terra W S V | in^2 *om.* V | bona voluntas Wi ● **15** usque] *add.* ad E Si | quod Dominus] quod fecit Dominus et S G Co E St Si ● **17** notum fecerunt verbum] cognoverunt de verbo W S V (– Wi) ● **18** audierant G Co E St | sunt] *add.* et W S V ● **21** circumcideretur] *add.* puer V ● **22** eorum] eius W S V (– Wi) | Hierosolymam] Ierusalem W S V | sisterent] *add.* eum W S V ● **23** Domini] *add.* quia W S V (– Wi)

25 Et ecce homo erat in Ierusalem, cui nomen Simeon,
et homo iste iustus et timoratus, exspectans consolationem
Israel, et Spiritus Sanctus erat super eum, 26 et responsum
acceperat ab Spiritu Sancto non visurum se mortem nisi
prius videret Christum Domini. 27 Et venit in Spiritu in
templum. Et cum inducerent puerum Iesum parentes eius,
ut facerent secundum consuetudinem legis pro eo, 28 et
ipse accepit eum in ulnas suas et benedixit Deum et dixit:

29 «Nunc dimittis servum tuum, Domine,
secundum verbum tuum in pace,
30 quia viderunt oculi mei Is 40,5 ⊕
salutare tuum,
31 quod parasti
ante faciem omnium populorum, Is 52,10
32 lumen ad revelationem gentium Is 49,6; 42,6
et gloriam plebis tuae Israel». Is 46,13

33 Et erat pater eius et mater mirantes super his, quae
dicebantur de illo. 34 Et benedixit illis Simeon et dixit ad
Mariam matrem eius: «Ecce positus est hic in ruinam et Is 8,14
resurrectionem multorum in Israel et in signum, cui contra-
dicetur 35 – et tuam ipsius animam pertransiet gladius – ut
revelentur ex multis cordibus cogitationes».

36 Et erat Anna prophetissa, filia Phanuel, de tribu Aser.
Haec processerat in diebus multis et vixerat cum viro
annis septem a virginitate sua; 37 et haec vidua usque ad
annos octoginta quattuor, quae non discedebat de templo,
ieiuniis et obsecrationibus serviens nocte ac die. 38 Et haec
ipsa hora superveniens confitebatur Deo et loquebatur de

25 super eum] in eo W S V • 26 acceperat] *add.* Simeon E Wi | ab] a V • 27 in[1] *om.* Wi • 28 et[1] *om.* Wi • 33 pater eius et mater] ~ pater (Ioseph Co) et mater eius Co Wi Si; pater eius et mater eius E St | his] haec Wi • 34 et in resurrectionem V • 35 pertransibit W V • 36 viro] *add.* suo W S V • 37 vidua] *add.* erat Co Si • 38 Deo] Domino W S V

illo omnibus, qui exspectabant redemptionem Ierusalem.
39 Et ut perfecerunt omnia secundum legem Domini,
reversi sunt in Galilaeam in civitatem suam Nazareth.
40 Puer autem crescebat et confortabatur plenus sapientia;
et gratia Dei erat super illum.

Puer Iesus in medio doctorum: 2,41-52

Ex 23,14-17 **41** Et ibant parentes eius per omnes annos in Ierusalem
in die festo Paschae. **42** Et cum factus esset annorum duo-
decim, ascendentibus illis secundum consuetudinem diei
Ex 12,15.18 festi, **43** consummatisque diebus, cum redirent, remansit
puer Iesus in Ierusalem, et non cognoverunt parentes eius.
44 Existimantes autem illum esse in comitatu, venerunt iter
diei et requirebant eum inter cognatos et notos **45** et non
invenientes regressi sunt in Ierusalem requirentes eum.
46 Et factum est post triduum invenerunt illum in templo
sedentem in medio doctorum, audientem illos et interro-
gantem eos; **47** stupebant autem omnes, qui eum audiebant,
super prudentia et responsis eius. **48** Et videntes eum ad-
mirati sunt, et dixit Mater eius ad illum: «Fili, quid fecisti
nobis sic? Ecce pater tuus et ego dolentes quaerebamus
te». **49** Et ait ad illos: «Quid est quod me quaerebatis?
Nesciebatis quia in his, quae Patris mei sunt, oportet me

38 illo] ipso G | Ierusalem] Israel V (– G Wi); in Ierusalem Wi ● **40** super illum] in illo W S V ● **41** festo] solemni W S V ● **42** illis] *add.* Hierosolymam V (– G Co St); *add.* in Hierosolyma W; *add.* in Hierosolymam S G Co St ● **46** illum] eum G | eos *om.* W S E ● **47** prudentia] intelligentia Wi ● **48** eum *om.* W S V ● **49** ad illos] illis Wi | quia] quod Wi

esse?». **50** Et ipsi non intellexerunt verbum, quod locutus
est ad illos.

51 Et descendit cum eis et venit Nazareth et erat subditus
illis. Et mater eius conservabat omnia verba in corde suo. 19
52 Et Iesus *proficiebat* sapientia et aetate *et gratia apud Deum* 1 Sm 2,26
et homines.

PRAEPARATIO MINISTERII: 3,1–4,13

De Ioanne Baptista: 3,1-20

(*3-6:* Mt 3,1-6 Mc 1,2-6 *7-9:* Mt 3,7-10 *15-17:* Mt 3,11s Mc 1,7s
19-20: Mt 14,3s Mc 6,17s)

3 Anno autem quinto decimo imperii Tiberii Caesaris,
procurante Pontio Pilato Iudaeam, tetrarcha autem Ga-
lilaeae Herode, Philippo autem fratre eius tetrarcha Itu-
raeae et Trachonitidis regionis, et Lysania Abilinae te-
trarcha, **2** sub principe sacerdotum Anna et Caipha, factum
est verbum Dei super Ioannem Zachariae filium in deserto.
3 Et venit in omnem regionem circa Iordanem praedicans J 1,19-23 Act 13,24; 19,4
baptismum paenitentiae in remissionem peccatorum, **4** sicut
scriptum est in libro sermonum Isaiae prophetae:
«*Vox clamantis in deserto:* Is 40,3-5 ®
"*Parate viam Domini,*
rectas facite semitas eius.
5 *Omnis vallis implebitur,*
et omnis mons et collis humiliabitur;
et erunt prava in directa,
et aspera in vias planas;
6 *et videbit omnis caro salutare Dei*"».

7 Dicebat ergo ad turbas, quae exibant, ut baptizarentur
ab ipso: «Genimina viperarum, quis ostendit vobis fugere
a ventura ira? **8** Facite ergo fructus dignos paenitentiae et
ne coeperitis dicere in vobis ipsis: "Patrem habemus Abra-
ham"; dico enim vobis quia potest Deus de lapidibus istis

50 illos] eos V • 51 verba] *add.* haec W S V • 52 et² *om.* S
¶ 3.2 principe] principibus W S V | Dei] Domini V • 3 circa Iordanem] Iordanis W S V • 7 exiebant W S G | fugere] ut fugeretis Wi • 8 in vobis ipsis *om.* W S V | quia *om.* Wi | potest] potens est V

suscitare Abrahae filios. **9** Iam enim et securis ad radicem
Mt 7,19 arborum posita est; omnis ergo arbor non faciens fructum
bonum exciditur et in ignem mittitur».

10 Et interrogabant eum turbae dicentes: «Quid ergo
faciemus?». **11** Respondens autem dicebat illis: «Qui habet
duas tunicas, det non habenti; et qui habet escas, similiter
faciat». **12** Venerunt autem et publicani, ut baptizarentur,
et dixerunt ad illum: «Magister, quid faciemus?». **13** At
ille dixit ad eos: «Nihil amplius quam constitutum est vobis,
faciatis». **14** Interrogabant autem eum et milites dicentes:
«Quid faciemus et nos?». Et ait illis: «Neminem concutia-
tis, neque calumniam faciatis et contenti estote stipendiis
vestris».

J 1,24-28 **15** Existimante autem populo et cogitantibus omnibus in
cordibus suis de Ioanne, ne forte ipse esset Christus, **16** re-
spondit Ioannes dicens omnibus: «Ego quidem aqua bap-
Act 13,25 tizo vos. Venit autem fortior me, cuius non sum dignus
solvere corrigiam calceamentorum eius; ipse vos baptizabit
in Spiritu Sancto et igni, **17** cuius ventilabrum in manu eius
ad purgandam aream suam et ad congregandum triticum
in horreum suum, paleas autem comburet igni inexstingui-
bili».

18 Multa quidem et alia exhortans evangelizabat popu-
lum. **19** Herodes autem tetrarcha, cum corriperetur ab illo
de Herodiade uxore fratris sui et de omnibus malis, quae

8 ~ filios Abrahae W S V • 9 et[1] *om.* W S V | arboris G E St Si | bonum *om.* W S | excidetur V | mittetur V • 13 eos] illos G | quam] *add.* quod S V | faciatis] exigatis Wi • 14 et[4]] sed Si • 16 veniet V | me] *om.* G; *add.* post me E | corrigia Wi | eius *om.* Si • 17 ad purgandam] et purgabit W S V | ad congregandum] congregabit W S V • 18 populo V • 19 sui] *add.* Philippi Co

fecit Herodes, 20 adiecit et hoc supra omnia et inclusit
Ioannem in carcere.

Iesus baptizatur: 3,21-22
(*21-22:* Mt 3,13-17 Mc 1,9-11)

21 Factum est autem cum baptizaretur omnis populus *21–22:* J 1,29-34
et Iesu baptizato et orante, apertum est caelum, 22 et de-
scendit Spiritus Sanctus corporali specie sicut columba
super ipsum, et vox de caelo facta est: «Tu es Filius meus Gn 22,2 Ps 2,7 Is 42,1 Mt 3,17
dilectus; in te complacui mihi».

Genealogia Iesu: 3,23-38

23 Et ipse Iesus erat incipiens quasi annorum triginta, ut
putabatur, filius Ioseph, qui fuit Heli, 24 qui fuit Matthat,
qui fuit Levi, qui fuit Melchi, qui fuit Iannae, qui fuit
Ioseph, 25 qui fuit Matthathiae, qui fuit Amos, qui fuit
Nahum, qui fuit Esli, qui fuit Naggae, 26 qui fuit Maath,
qui fuit Matthathiae, qui fuit Semei, qui fuit Iosech, qui
fuit Ioda, 27 qui fuit Ioanna, qui fuit Resa, qui fuit Zoro-
babel, qui fuit Salathiel, qui fuit Neri, 28 qui fuit Melchi,
qui fuit Addi, qui fuit Cosam, qui fuit Elmadam, qui
fuit Her, 29 qui fuit Iesu, qui fuit Eliezer, qui fuit Iorim,
qui fuit Matthat, qui fuit Levi, 30 qui fuit Simeon, qui
fuit Iudae, qui fuit Ioseph, qui fuit Iona, qui fuit Elia-
chim, 31 qui fuit Melea, qui fuit Menna, qui fuit Matthatha, *31–33:* Rth 4,18-22
qui fuit Nathan, qui fuit David, 32 qui fuit Iesse, qui fuit
Obed, qui fuit Booz, qui fuit Salmon, qui fuit Naasson,
33 qui fuit Aminadab, qui fuit Admin, qui fuit Arni, qui fuit
Esrom, qui fuit Phares, qui fuit Iudae, 34 qui fuit Iacob, *34–35:* Gn 11,10-26

20 et hoc supra] et hoc super V (– E: ~ et super hoc; – Wi: ~ hoc et super) | carcerem V (– Si C) • 22 super] in W S V (– Wi) | ipsum] illum Wi | complacuit W S G Co St L P; complacitum est Wi • 23 erat incipiens] cum inciperet erat Wi • 26 Ioseph V | Iuda V • 28 Cosam] Thosan G • 31 Melea] Melcha V (– Wi: Meleam; – C) | Menna] Maenam Wi • 33 Admin] Aram W S V | qui fuit Arni *om.* W S V (– Wi: qui fuit Ioram)

qui fuit Isaac, qui fuit Abrahae, qui fuit Thare, qui fuit
Nachor, 35 qui fuit Seruch, qui fuit Ragau, qui fuit Phaleg,
36–38: Gn 5 qui fuit Heber, qui fuit Sala, 36 qui fuit Cainan, qui fuit
Arphaxad, qui fuit Sem, qui fuit Noe, qui fuit Lamech, 37 qui
fuit Mathusala, qui fuit Henoch, qui fuit Iared, qui fuit Malaleel, qui fuit Cainan, 38 qui fuit Enos, qui fuit Seth, qui
fuit Adam, qui fuit Dei.

Iesus a Diabolo tentatur: 4,1-13
(*1-13:* Mt 4,1-11 Mc 1,12s)

4 Iesus autem plenus Spiritu Sancto regressus est ab Iordane et agebatur in Spiritu in deserto 2 diebus quadraginta et tentabatur a Diabolo. Et nihil manducavit in diebus illis et, consummatis illis, esuriit. 3 Dixit autem illi Diabolus: «Si Filius Dei es, dic lapidi huic, ut panis fiat». 4 Et
Dt 8,3 respondit ad illum Iesus: «Scriptum est: "*Non in pane solo vivet homo*"». 5 Et sustulit illum et ostendit illi omnia regna orbis terrae in momento temporis; 6 et ait ei Diabolus: «Tibi dabo potestatem hanc universam et gloriam illorum, quia mihi tradita est, et, cui volo, do illam: 7 tu ergo, si adoraveris coram me, erit tua omnis». 8 Et respondens Iesus
Dt 5,9; 6,13 dixit illi: «Scriptum est: "*Dominum Deum tuum adorabis et illi* soli *servies*"». 9 Duxit autem illum in Ierusalem et statuit eum supra pinnam templi et dixit illi: «Si Filius Dei es, mitte te hinc deorsum. 10 Scriptum est enim:
Ps 91,11s "*Angelis suis mandabit de te,*
ut conservent te"

35 Seruch] Seruth G; Saruch Co E Wi; Sarug St L P Si C
¶ 4.1 egressus E | ab] a V | in[1]] *om.* Wi; a Si C | in desertum W S Wi Si C ● 2 diebus] et diebus Wi | et[1] *om.* Wi | illis[2]] *add.* postea Co ● 4 est] *add.* quia W S V (- Wi) | ~ in solo pane St L P Si C | vivit G E St Si C | homo] *add.* sed in omni verbo Dei W S V ● 5 sustulit] duxit W S V | illum] *add.* Diabolus W S G; *add.* Diabolus in montem excelsum V (- G) ● 6 ei] illi V | Diabolus *om.* W S V | est] sunt W S V | illam] illa W S V ● 7 ergo si adoraveris] *add.* procidens *post* ergo G Co St; *add.* procidens *post* si E Wi | erunt W S V | omnia W S V ● 9 duxit autem] et duxit W S V | super V | pinnaculum E Wi ● 10 enim] *add.* quod W S V | mandavit V (- Co)

11 et: “*In manibus tollent te,*
ne forte offendas ad lapidem pedem tuum”».
12 Et respondens Iesus ait illi: «Dictum est: “*Non tentabis* Dt 6,16
Dominum Deum tuum”». 13 Et consummata omni tenta-
tione, Diabolus recessit ab illo usque ad tempus.

ACTIONES IESU IN GALILAEA: 4,14–9,50

Iesus evangelizare incipit: 4,14-15

(*14-15:* Mt 4,12.17 Mc 1,14s)

14 Et regressus est Iesus in virtute Spiritus in Galilaeam.
Et fama exiit per universam regionem de illo. 15 Et ipse 37; 5,15
docebat in synagogis eorum et magnificabatur ab omnibus.

Iesus in patria sua reprobatur: 4,16-30

(*16-30:* Mt 13,53-58 Mc 6,1-6a)

16 Et venit Nazareth, ubi erat nutritus, et intravit secun-
dum consuetudinem suam die sabbati in synagogam et
surrexit legere. 17 Et traditus est illi liber prophetae Isaiae;
et ut revolvit librum, invenit locum, ubi scriptum erat:
18 «*Spiritus Domini super me;* Is 61,1s
propter quod unxit me
evangelizare pauperibus,
misit me praedicare captivis remissionem
et caecis visum, Is 29,18
dimittere confractos in remissione, Is 58,6 ⴲ
19 *praedicare annum Domini acceptum*».

20 Et cum plicuisset librum, reddidit ministro et sedit; et
omnium in synagoga oculi erant intendentes in eum. 21 Coe-
pit autem dicere ad illos: «Hodie impleta est haec Scriptura
in auribus vestris». 22 Et omnes testimonium illi dabant et
mirabantur in verbis gratiae, quae procedebant de ore

11 et] *add.* quia W S V (– Wi) | tollant Wi ● 14 egressus Co ● 15 magnificabatur] glorificabatur Wi ● 16 sabbatorum Wi | legere] ut legeret Wi ● 17 ~ Isaiae prophetae V ● 18 propter] eo E Wi | evangelizare] ad evangelizandum Wi | me^{3}] *add.* sanare contritos corde V (– Wi: *add.* ut sanem contritos corde) | praedicare] ut praedicem Wi | dimittere] ut dimittam Wi | in remissione] in remissionem W S V ● 19 praedicare] ut praedicem Wi | acceptum] *add.* et diem retributionis W S V (– Wi) ● 21 illos] *add.* quia W S V (– Wi); eos Wi

J 6,42 ipsius, et dicebant: «Nonne hic filius est Ioseph?». **23** Et
ait illis: «Utique dicetis mihi hanc similitudinem: "Medice,
cura teipsum; quanta audivimus facta in Capharnaum, fac
et hic in patria tua"». **24** Ait autem: «Amen dico vobis:
J 4,44 Nemo propheta acceptus est in patria sua. **25** In veritate
1 Rg 17,1-7 Jc 5,17 autem dico vobis: Multae viduae erant in diebus Eliae in
Israel, quando clausum est caelum annis tribus et mensibus
sex, cum facta est fames magna in omni terra; **26** et ad
1 Rg 17,8-16 nullam illarum missus est Elias nisi in Sarepta Sidoniae ad
2 Rg 5,1-27 mulierem viduam. **27** Et multi leprosi erant in Israel sub
Eliseo propheta; et nemo eorum mundatus est nisi Naaman
Syrus».

28 Et repleti sunt omnes in synagoga ira haec audientes
29 et surrexerunt et eiecerunt illum extra civitatem et duxe-
runt illum usque ad supercilium montis, supra quem civitas
illorum erat aedificata, ut praecipitarent eum. **30** Ipse autem
transiens per medium illorum ibat.

In synagoga Capharnaum: 4,31-37
(*31-37:* Mc 1,21-28)

31 Et descendit in Capharnaum civitatem Galilaeae. Et
Mt 7,28s docebat illos sabbatis, **32** et stupebant in doctrina eius, quia
in potestate erat sermo ipsius. **33** Et in synagoga erat homo
habens spiritum daemonii immundi; et exclamavit voce
8,28 Mt 8,29 Mc 5,7 J 2,4 magna: **34** «Sine; quid nobis et tibi, Iesu Nazarene? Venisti
perdere nos? Scio te qui sis: Sanctus Dei». **35** Et increpavit
illi Iesus dicens: «Obmutesce et exi ab illo!». Et cum proie-
cisset illum daemonium in medium, exiit ab illo nihilque
illum nocuit. **36** Et factus est pavor in omnibus; et collo-

22 ~ est filius V ● 23 Capernaum Wi ● 24 vobis] *add.* quia W S V (- Wi) ● 25 in[1]] sed in Wi | autem *om.* W S V | ~ in Israel in diebus Eliae G | est[2]] esset V ● 29 super V (- E Wi) ● 31 Capernaum Wi | et[2]] ibique W S V ● 33 spiritum daemonii immundi] daemonium immundum W S V ● 34 dicens: sine W S V | perdere] ad perdendum Wi | scio] novi Wi | qui] quis Co; quia E | Sanctus Dei] nempe Sanctus ille Dei Wi ● 35 illi] illum V | illo[1]] eo V | illum[2]] eum E; illi Wi

quebantur ad invicem dicentes: «Quod est hoc verbum,
quia in potestate et virtute imperat immundis spiritibus, et Mt 7,29
exeunt?». 37 Et divulgabatur fama de illo in omnem locum 14; 5,15
regionis.

Socrum Petri a febribus liberat: 4,38-39
(38-39: Mt 8,14s Mc 1,29-31)

38 Surgens autem de synagoga introivit in domum Simo-
nis. Socrus autem Simonis tenebatur magna febri; et roga-
verunt illum pro ea. **39** Et stans super illam imperavit febri,
et dimisit illam; et continuo surgens ministrabat illis.

Daemoniacos et languentes curat: 4,40-41
(40-41: Mt 8,16 Mc 1,32-34)

40 Cum sol autem occidisset, omnes, qui habebant in-
firmos variis languoribus, ducebant illos ad eum; at ille sin-
gulis manus imponens curabat eos. **41** Exibant autem dae-
monia a multis clamantia et dicentia: «Tu es Filius Dei». Mt 8,29 Mc 3,11
Et increpans non sinebat ea loqui, quia sciebant ipsum esse
Christum.

Capharnaum relinquit: 4,42-44
(42-44: Mc 1,35-39)

42 Facta autem die, egressus ibat in desertum locum; et
turbae requirebant eum et venerunt usque ad ipsum et de-
tinebant illum, ne discederet ab eis. **43** Quibus ille ait: «Et
aliis civitatibus oportet me evangelizare regnum Dei, quia
ideo missus sum». **44** Et erat praedicans in synagogis
Iudaeae.

38 autem[1]] *add.* Iesus V | magnis febribus W S V • 40 ~ autem sol V (- G) | manum Wi • 41 exiebant G Co E | autem] *add.* etiam S | dicentia] *add.* quia W S V (- Wi) • 43 ait] *add.* quia W S V (- Wi) • 44 Iudaeae] Galilaeae W S V

Primos discipulos vocat: 5,1-11

1-11: Mt 4,18-22 Mc 1,16-20 J 1,35-51; 21,1-7

5 Factum est autem cum turba urgeret illum et audiret
verbum Dei, et ipse stabat secus stagnum Genesareth
2 et vidit duas naves stantes secus stagnum; piscatores
autem descenderant de illis et lavabant retia. 3 Ascendens
autem in unam navem, quae erat Simonis, rogavit eum a
terra reducere pusillum; et sedens docebat de navicula turbas.

4 Ut cessavit autem loqui, dixit ad Simonem: «Duc in
altum et laxate retia vestra in capturam». 5 Et respondens
Simon dixit: «Praeceptor, per totam noctem laborantes
nihil cepimus; in verbo autem tuo laxabo retia». 6 Et cum
hoc fecissent, concluserunt piscium multitudinem copiosam;
rumpebantur autem retia eorum. 7 Et annuerunt sociis, qui
erant in alia navi, ut venirent et adiuvarent eos; et venerunt
et impleverunt ambas naviculas, ita ut mergerentur. 8 Quod
cum videret Simon Petrus, procidit ad genua Iesu dicens:
«Exi a me, quia homo peccator sum, Domine». 9 Stupor
enim circumdederat eum et omnes, qui cum illo erant, in
captura piscium, quos ceperant; 10 similiter autem et Iacobum et Ioannem, filios Zebedaei, qui erant socii Simonis.

¶ 5.1 turba urgeret illum et audiret] turbae irruerent in eum ut audirent W S V (– Wi: turba irrueret ad eum ut audiret) ● 2 de illis *om.* W S V ● 3 navim V (– P) | eum ... reducere] eum ut ... reduceret Wi ● 5 dixit] *add.* illi W S V | retia] rete W S V ● 6 rumpebatur W S V | autem] enim Wi | retia] rete W S V ● 7 ut²] *add.* paene Co E St Si C ● 8 me] *add.* Domine Co E Wi Si | Domine *om.* Co E Wi Si ● 9 quos] quam W S V ● 10 et¹ *om.* W S V

Et ait ad Simonem Iesus: «Noli timere; ex hoc iam homines
eris capiens». **11** Et subductis ad terram navibus, relictis
omnibus, secuti sunt illum.

Leprosum mundat: 5,12-16
(*12-16:* Mt 8,2-4 Mc 1,40-45)

12 Et factum est cum esset in una civitatum, et ecce vir
plenus lepra; et videns Iesum et procidens in faciem rogavit
eum dicens: «Domine, si vis, potes me mundare». **13** Et
extendens manum tetigit illum dicens: «Volo, mundare!»;
et confestim lepra discessit ab illo. **14** Et ipse praecepit illi,
ut nemini diceret, sed: «Vade, ostende te sacerdoti et offer Lv 13,49; 14,2-32 17,14
pro emundatione tua, sicut praecepit Moyses, in testimo-
nium illis». **15** Perambulabat autem magis sermo de illo, et 4,14.37
conveniebant turbae multae, ut audirent et curarentur ab
infirmitatibus suis; **16** ipse autem secedebat in desertis et 9,18 Mc 1,35
orabat.

Paralyticum sanat: 5,17-26
(*17-26:* Mt 9,1-8 Mc 2,1-12)

17 Et factum est in una dierum, et ipse erat docens, et
erant pharisaei sedentes et legis doctores, qui venerant ex
omni castello Galilaeae et Iudaeae et Ierusalem; et virtus
Domini erat ei ad sanandum. **18** Et ecce viri portantes in
lecto hominem, qui erat paralyticus, et quaerebant eum in-
ferre et ponere ante eum. **19** Et non invenientes qua parte
illum inferrent prae turba, ascenderunt supra tectum et per
tegulas summiserunt illum cum lectulo in medium ante

10 ex hoc iam] post hac Wi • **11** illum] eum V (- G) • **12** et[3] *om.* Co St | faciem] *add.* suam G Co E St • **13** illum] eum V; *add.* Iesus E Si | mundare] mundus esto Wi • **14** vade] *add.* et Co; *add.* inquit Wi • **16** in desertum V; in deserto W S • **17** erat[1]] sedebat W S V | ~ erat Domini W S | ei ad sanandum] ad sanandum eos W S V • **19** et[2] *om.* S | illum[2]] eum V | lectulo] lecto W S V

Iesum. **20** Quorum fidem ut vidit, dixit: «Homo, remittun-
tur tibi peccata tua». **21** Et coeperunt cogitare scribae et
7,49 pharisaei dicentes: «Quis est hic, qui loquitur blasphemias?
Quis potest dimittere peccata nisi solus Deus?». **22** Ut co-
gnovit autem Iesus cogitationes eorum, respondens dixit
ad illos: «Quid cogitatis in cordibus vestris? **23** Quid est
facilius, dicere: "Dimittuntur tibi peccata tua", an dicere:
"Surge et ambula"? **24** Ut autem sciatis quia Filius hominis
potestatem habet in terra dimittere peccata – ait paraly-
tico –: Tibi dico: Surge, tolle lectulum tuum et vade in do-
mum tuam». **25** Et confestim surgens coram illis tulit, in
quo iacebat, et abiit in domum suam magnificans Deum.
26 Et stupor apprehendit omnes, et magnificabant Deum,
et repleti sunt timore dicentes: «Vidimus mirabilia hodie».

Levi vocato cum publicanis manducat: 5,27-32
(*27-32:* Mt 9,9-13 Mc 2,13-17)

27 Et post haec exiit et vidit publicanum nomine Levi
Mt 8,22 sedentem ad teloneum et ait illi: «Sequere me». **28** Et re-
lictis omnibus, surgens secutus est eum. **29** Et fecit ei con-
vivium magnum Levi in domo sua; et erat turba multa
15,1s Mt 11,19 publicanorum et aliorum, qui cum illis erant discumbentes.
30 Et murmurabant pharisaei et scribae eorum adversus
7,34; 19,7 discipulos eius dicentes: «Quare cum publicanis et pecca-
toribus manducatis et bibitis?». **31** Et respondens Iesus dixit
ad illos: «Non egent, qui sani sunt, medico, sed qui male
19,10 habent. **32** Non veni vocare iustos, sed peccatores in paeni-
tentiam».

19 Iesum] ipsum Co • **22** cogitatis] *add.* mala E St Si • **23** tua *om.* W S V • **24** quia] quod Wi | ~ habet potestatem V | dimittendi V | lectulum] lectum W S V • **25** consurgens V (– E) | tulit] *add.* lectum V (– L P) | magnificans] glorificans Wi • **26** magnificabant] glorificabant Wi | dicentes] *add.* quia W S V • **30** adversus discipulos eius dicentes] dicentes ad discipulos eius W S V • **32** non] *add.* enim E Wi | in] ad V (– E)

Filii sponsi non ieiunant: 5,33-39
(33-38: Mt 9,14-17 Mc 2,18-22)

33 At illi dixerunt ad eum: «Discipuli Ioannis ieiunant
frequenter et obsecrationes faciunt, similiter et pharisaeo-
rum; tui autem edunt et bibunt». **34** Quibus Iesus ait:
«Numquid potestis convivas nuptiarum, dum cum illis est
sponsus, facere ieiunare? **35** Venient autem dies, et cum
ablatus fuerit ab illis sponsus, tunc ieiunabunt in illis die-
bus». **36** Dicebat autem et similitudinem ad illos: «Nemo
abscindit commissuram a vestimento novo et immittit in
vestimentum vetus; alioquin et novum rumpet, et veteri non
conveniet commissura a novo. **37** Et nemo mittit vinum no-
vum in utres veteres, alioquin rumpet vinum novum utres
et ipsum effundetur, et utres peribunt; **38** sed vinum novum
in utres novos mittendum est. **39** Et nemo bibens vetus vult
novum; dicit enim: "Vetus melius est!"».

Spicae sabbato vulsae: 6,1-5
(1-5: Mt 12,1-8 Mc 2,23-28)

6 Factum est autem in sabbato cum transiret per sata, et Dt 23,25
vellebant discipuli eius spicas et manducabant confri-
cantes manibus. **2** Quidam autem pharisaeorum dixerunt:
«Quid facitis, quod non licet in sabbatis?». **3** Et respondens
Iesus ad eos dixit: «Nec hoc legistis, quod fecit David, cum 1 Sm 21,2-7

33 eum] *add.* quare W S V ● 34 Iesus] ipse W S V | convivas nuptiarum] filios sponsi W S V ● 35 et *om.* W E Wi Si C ● 36 illos] *add.* quia W S V (- Wi) | abscindit *om.* W S V | ~ novo vestimento V (- E) | et[2] *om.* W S V | mittit Co | rumpit W S V | convenit W S V ● 37 rumpit G Co E Wi St | ipsum] vinum G Co St ● 38 est] *add.* et utraque conservantur W S V ● 39 vult] statim vult W S V
¶ 6.1 sabbato] *add.* secundo primo W S V | et[1] *om.* W S V ● 2 dixerunt] dicebant illis W S V | in *om.* Wi ● 3 ~ dixit ad eos Wi

esurisset ipse et qui cum eo erant? **4** Quomodo intravit in
Lv 24,5-9 domum Dei et panes propositionis sumpsit et manducavit
et dedit his, qui cum ipso erant, quos non licet manducare
nisi tantum sacerdotibus?». **5** Et dicebat illis: «Dominus est
sabbati Filius hominis».

De manu arida sabbato restituta: 6,6-11
(*6-11:* Mt 12,9-14 Mc 3,1-6)

14,1-6 **6** Factum est autem in alio sabbato ut intraret in synago-
gam et doceret; et erat ibi homo, et manus eius dextra erat
arida. **7** Observabant autem illum scribae et pharisaei si
sabbato curaret, ut invenirent accusare illum. **8** Ipse vero
sciebat cogitationes eorum et ait homini, qui habebat ma-
num aridam: «Surge et sta in medium». Et surgens stetit.
9 Ait autem ad illos Iesus: «Interrogo vos si licet sabbato
bene facere an male, animam salvam facere an perdere?».
10 Et circumspectis omnibus illis, dixit illi: «Extende ma-
num tuam». Et fecit, et restituta est manus eius. **11** Ipsi
autem repleti sunt insipientia et colloquebantur ad invicem
quidnam facerent Iesu.

3 esuriret E Wi | eo] illo V (– E) ● 5 illis] *add.* quia W S V (– Wi) | sabbati Filius hominis] Filius hominis etiam sabbati W S V ● 6 autem] *add.* et W S V (– Co) ● 7 illum[1] *om.* W S V (– Wi: eum) | si in sabbato S V | accusare illum] unde accusarent eum V ● 9 interrogabo Wi | si licet] utrum liceat Wi | sabbatis V ● 10 illis *om.* W S V | illi] homini W S V | fecit] extendit W S V | eius] *add.* sana quemadmodum altera Wi ● 11 insipientia] amentia Wi | facerent] *add.* de Co E St Si

Nomina apostolorum: 6,12-16
(*12-16:* Mt 10,1-4 Mc 3,13-19)

12 Factum est autem in illis diebus, exiit in montem orare Mt 14,23
et erat pernoctans in oratione Dei. **13** Et cum dies factus Mc 6,46
esset, vocavit discipulos suos et elegit Duodecim ex ipsis,
quos et apostolos nominavit: **14** Simonem, quem et cogno- *14–16:*
minavit Petrum, et Andream fratrem eius et Iacobum et J 1,40-44
Ioannem et Philippum et Bartholomaeum **15** et Matthaeum Act 1,13
et Thomam et Iacobum Alphaei et Simonem, qui vocatur
Zelotes, **16** et Iudam Iacobi et Iudam Iscarioth, qui fuit pro-
ditor.

Turbae concurrunt: 6,17-19
(*17-19:* Mt 4,23-25; 12,15s Mc 3,7-12)

17 Et descendens cum illis stetit in loco campestri, et
turba multa discipulorum eius, et multitudo copiosa plebis
ab omni Iudaea et Ierusalem et maritima Tyri et Sidonis,
18 qui venerunt, ut audirent eum et sanarentur a languori-
bus suis; et qui vexabantur a spiritibus immundis, curaban-
tur. **19** Et omnis turba quaerebant eum tangere, quia virtus 8,44 Mt 14,36
de illo exibat et sanabat omnes.

Sermo in loco campestri: 6,20-49 Mt 5–7
Quattuor beatitudines, quattuor vae: 6,20-26
(*20-23:* Mt 5,3-12)

20 Et ipse, elevatis oculis suis in discipulos suos, dicebat:
«Beati pauperes, quia vestrum est regnum Dei.
21 Beati, qui nunc esuritis, quia saturabimini.
Beati, qui nunc fletis, quia ridebitis.
22 Beati eritis, cum vos oderint homines et cum separa-
verint vos et exprobraverint et eiecerint nomen vestrum

12 orare] ut oraret Wi ● 14 et^{1+3+5} *om.* W S V | nominavit Wi ● 15 et^{1+3} *om.* W S V ● 16 et^{1} *om.* W S E Wi | Scarioth W S G Co E; Iscariot(h)em V (- G Co E) ● 17 illis] *add.* de monte E | multa *om.* W S V | ab] ex Wi | maritima] maritimae S; *add.* et W V (- Co Wi) ● 18 qui^{1}] quae Co | venerant V ● 19 quaerebat V | exiebat G ● 20 suis *om.* W S V ● 22 cum^{2}] dum Wi

tamquam malum propter Filium hominis. **23** Gaudete in
illa die et exsultate, ecce enim merces vestra multa in caelo;
secundum haec enim faciebant prophetis patres eorum.

24 Verumtamen vae vobis divitibus, quia habetis consola-
tionem vestram!
25 Vae vobis, qui saturati estis nunc, quia esurietis!
Vae vobis, qui ridetis nunc, quia lugebitis et flebitis!
26 Vae, cum bene vobis dixerint omnes homines! Secun-
dum haec enim faciebant pseudoprophetis patres eorum.

De retributione et de dilectione inimicorum: 6,27-36
(*27-36:* Mt 5,38-48)

27 Sed vobis dico, qui auditis: Diligite inimicos vestros,
bene facite his, qui vos oderunt; **28** benedicite maledicenti-
bus vobis, orate pro calumniantibus vos. **29** Ei qui te per-
cutit in maxillam, praebe et alteram; et ab eo, qui aufert
tibi vestimentum, etiam tunicam noli prohibere. **30** Omni
petenti te tribue; et ab eo, qui aufert, quae tua sunt, ne
Mt 7,12 repetas. **31** Et prout vultis, ut faciant vobis homines, facite
illis similiter. **32** Et si diligitis eos, qui vos diligunt, quae
vobis est gratia? Nam et peccatores diligentes se diligunt.
33 Et si bene feceritis his, qui vobis bene faciunt, quae vobis
est gratia? Siquidem et peccatores idem faciunt. **34** Et si

23 multa] *add.* est V | haec] hoc Co • 24 quia] qui V (– L P C) • 25 nunc[1] *om.* W S V • 26 vae] *add.* vobis Wi | ~ dixerint vobis V (– G) | omnes *om.* C | enim *om.* W S | prophetis W S G • 27 ~ oderunt vos V (– G E Wi) • 28 vobis] vos G | et orate V (– G) • 29 ei] et W V (– G) | percusserit E Wi | maxillam] *add.* unam E Wi Si | praebe] *add.* illi Co E Wi St Si | vestimentum] pallium Wi • 30 omni] *add.* autem W S V | ab eo *om.* W S V • 31 facite] et vos facite W S V • 33 vobis bene faciunt] vos diligunt E | idem] hoc W S V

mutuum dederitis his, a quibus speratis recipere, quae vobis
gratia est? Nam et peccatores peccatoribus fenerantur, ut
recipiant aequalia.
35 Verumtamen diligite inimicos vestros et bene facite et
mutuum date nihil desperantes; et erit merces vestra multa,
et eritis filii Altissimi, quia ipse benignus est super ingratos
et malos. 36 Estote misericordes, sicut et Pater vester miseri-
cors est.

Nolite iudicare: 6,37-42
(37-42: Mt 7,1-5)

37 Et nolite iudicare et non iudicabimini; et nolite con-
demnare et non condemnabimini. Dimittite et dimittemini; Mt 6,14s Mc 11,25s
38 date, et dabitur vobis: mensuram bonam, confertam,
coagitatam, supereffluentem dabunt in sinum vestrum;
eadem quippe mensura, qua mensi fueritis, remetietur vo- Mc 4,24
bis».
39 Dixit autem illis et similitudinem: «Numquid potest Mt 15,14
caecus caecum ducere? Nonne ambo in foveam cadent?
40 Non est discipulus super magistrum; perfectus autem Mt 10,24s J 13,16; 15,20
omnis erit sicut magister eius.
41 Quid autem vides festucam in oculo fratris tui, trabem
autem, quae in oculo tuo est, non consideras? 42 Quomodo
potes dicere fratri tuo: "Frater, sine eiciam festucam, quae
est in oculo tuo", ipse in oculo tuo trabem non videns?
Hypocrita, eice primum trabem de oculo tuo et tunc per-
spicies, ut educas festucam, quae est in oculo fratris tui.

De thesauro cordis bono et malo: 6,43-45
(43-45: Mt 7,16-21; 12,33-35)

43 Non est enim arbor bona faciens fructum malum, ne-
que iterum arbor mala faciens fructum bonum. 44 Unaquae-

34 ~ gratia est vobis W S V ● 35 et[1] *om.* V | desperantes] inde sperantes W V ● 36 estote] *add.* ergo W S V ● 37 et[1+3] *om.* W S V | dimittemini] dimittetur vobis E Wi ● 38 bonam] *add.* et V | confertam] confersam S; *add.* et W S V | coagitatam] *add.* et W S V | quippe] vero G ● 39 dixit] dicebat W S V | illis et] ~ et illis Co; illis Wi | cadunt V (- Co) ● 40 erit] *add.* si sit V ● 42 quomodo] aut quomodo V; et quomodo W S | quae est in[1+2] de W S V | videns] vides G Co E Wi St ● 43 faciens fructum malum] quae facit fructus malos W S V | iterum *om.* W S V

que enim arbor de fructu suo cognoscitur; neque enim de
spinis colligunt ficus, neque de rubo vindemiant uvam.
45 Bonus homo de bono thesauro cordis profert bonum, et
malus homo de malo profert malum: ex abundantia enim
cordis os eius loquitur.

De domo super petram aedificata: 6,46-49
(*46-49:* Mt 7,24-27)

46 Quid autem vocatis me: "Domine, Domine", et non
facitis, quae dico? **47** Omnis, qui venit ad me et audit ser-
mones meos et facit eos, ostendam vobis cui similis sit:
48 similis est homini aedificanti domum, qui fodit in altum
et posuit fundamentum supra petram; inundatione autem
facta, illisum est flumen domui illi, et non potuit eam mo-
vere, bene enim aedificata erat. **49** Qui autem audivit et non
fecit, similis est homini aedificanti domum suam supra ter-
ram sine fundamento, in quam illisus est fluvius, et con-
tinuo cecidit, et facta est ruina domus illius magna».

Signa et praecepta Iesu: 7,1–9,50
Servum centurionis curat: 7,1-10
(*1-10:* Mt 8,5-13 J 4,46-53)

7 Cum autem implesset omnia verba sua in aures plebis,
intravit Capharnaum. **2** Centurionis autem cuiusdam
servus male habens erat moriturus, qui illi erat pretiosus.
3 Et cum audisset de Iesu, misit ad eum seniores Iudaeorum,
rogans eum, ut veniret et salvaret servum eius. **4** At illi cum
venissent ad Iesum, rogabant eum sollicite dicentes: «Dig-
nus est, ut hoc illi praestes: **5** diligit enim gentem nostram
et synagogam ipse aedificavit nobis». **6** Iesus autem ibat

45 bono *om.* Wi | cordis[1]] *add.* sui W S V | de malo profert *om.* Wi | malo] *add.* thesauro V (– Wi) | eius *om.* W S V ● **47** sit] est S ● **48** fundamenta W S | super L P C | bene enim aedificata erat] fundata enim erat supra (super L P C) petram W S V ● **49** audit V | facit V | super L P C | cecidit] concidit S | ~ illius domus E ¶ **7.1** Capernaum Wi ● **3** salvaret] sanaret E Wi Si ● **4** dicentes] *add.* ei quia (– Wi) W S V

cum illis. At cum iam non longe esset a domo, misit cen-
turio amicos dicens ei: «Domine, noli vexari; non enim
dignus sum, ut sub tectum meum intres, **7** propter quod et
meipsum non sum dignum arbitratus, ut venirem ad te; sed
dic verbo, et sanetur puer meus. **8** Nam et ego homo sum
sub potestate constitutus, habens sub me milites, et dico
huic: "Vade", et vadit; et alii: "Veni", et venit; et servo
meo: "Fac hoc", et facit». **9** Quo audito, Iesus miratus est
eum et conversus sequentibus se turbis dixit: «Dico vobis,
nec in Israel tantam fidem inveni!». **10** Et reversi, qui missi
fuerant domum, invenerunt servum sanum.

De filio viduae Naim: 7,11-17

11 Et factum est deinceps, ivit in civitatem, quae voca-
tur Naim, et ibant cum illo discipuli eius et turba copiosa.
12 Cum autem appropinquaret portae civitatis, et ecce de-
functus efferebatur filius unicus matri suae, et haec vidua
erat, et turba civitatis multa cum illa. **13** Quam cum vidisset
Dominus, misericordia motus super ea dixit illi: «Noli
flere!». **14** Et accessit et tetigit loculum; hi autem, qui porta-
bant, steterunt. Et ait: «Adulescens, tibi dico: Surge!».
15 Et resedit, qui erat mortuus, et coepit loqui; et dedit 1 Rg 17,23
illum matri suae. **16** Accepit autem omnes timor, et magni-
ficabant Deum dicentes: «Propheta magnus surrexit in
nobis» et: «Deus visitavit plebem suam». **17** Et exiit hic 1,68

6 at] et W S V | iam *om.* Wi | misit] *add.* ad eum W S V | ei *om.* W S V | ~ sum dignus V • 7 verbum Wi | sanabitur W S V • 8 me] se E | alio W S G Co E Si • 9 eum *om.* W S V | turbis *om.* Wi | dixit] *add.* amen W S V • 10 in domum Wi | servum] *add.* qui languerat W S V • 11 ivit] ibat W S V; *add.* Iesus V (– L P C) | illo] eo V • 12 et[1] *om.* V | matris V • 13 super eam V • 16 magnificabant] glorificabant Wi | dicentes] *add.* quia W S V (– Wi) | et[2]] *add.* quia W S V (– Wi)

sermo in universam Iudaeam de eo et omnem circa regio-
nem.

Legatio Ioannis ad Iesum: 7,18-23
(18-23: Mt 11,2-6)

18 Et nuntiaverunt Ioanni discipuli eius de omnibus his.
19 Et convocavit duos de discipulis suis Ioannes et misit ad
Dominum dicens: «Tu es qui venturus es, an alium exspec-
tamus?». **20** Cum autem venissent ad eum viri, dixerunt:
«Ioannes Baptista misit nos ad te dicens: "Tu es qui ventu-
rus es, an alium exspectamus?"». **21** In ipsa hora curavit
multos a languoribus et plagis et spiritibus malis et caecis
multis donavit visum. **22** Et respondens dixit illis: «Euntes
Is 26,19; 29,18; 35,5s; 61,1 nuntiate Ioanni, quae vidistis et audistis: *caeci vident*, claudi
ambulant, leprosi mundantur et surdi audiunt, mortui re-
surgunt, *pauperes evangelizantur*; **23** et beatus est, quicum-
que non fuerit scandalizatus in me».

Iudicium Iesu de Ioanne: 7,24-35
(24-35: Mt 11,7-19)

24 Et cum discessissent nuntii Ioannis, coepit dicere de
Ioanne ad turbas: «Quid existis in desertum videre? Arun-
dinem vento moveri? **25** Sed quid existis videre? Hominem
mollibus vestimentis indutum? Ecce, qui in veste pretiosa
sunt et deliciis, in domibus regum sunt. **26** Sed quid existis
videre? Prophetam? Utique, dico vobis, et plus quam pro-
Ex 23,20 Ml 3,1 1,76 Mc 1,2 phetam. **27** Hic est, de quo scriptum est: "*Ecce mitto angelum*

17 et in omnem V(– G E Wi) | circa] finitimam Wi ● **19** Dominum] Iesum V ● **21** ipsa] *add.* autem W S V | ~ multos curavit V | languoribus] *add.* suis G Co E St ● **22** renuntiate V | ~ audistis et vidistis V | caeci] quia caeci W S V (– Wi: quod caeci) | et[3] *om.* W S V | resurgent G ● **24** ~ de Ioanne dicere V | moveri] agitatam V (– L P) ● **27** ecce] *add.* ego Co

meum ante faciem tuam, qui praeparabit viam tuam *ante te*".
28 Dico vobis: Maior inter natos mulierum Ioanne nemo
est; qui autem minor est in regno Dei, maior est illo. **29** Et
omnis populus audiens et publicani iustificaverunt Deum,
baptizati baptismo Ioannis; **30** pharisaei autem et legis
periti consilium Dei spreverunt in semetipsos, non bapti-
zati ab eo.

31 Cui ergo similes dicam homines generationis huius, et
cui similes sunt? **32** Similes sunt pueris sedentibus in foro
et loquentibus ad invicem, quod dicit:
"Cantavimus vobis tibiis, et non saltastis;
lamentavimus, et non plorastis!".
33 Venit enim Ioannes Baptista neque manducans panem
neque bibens vinum, et dicitis: "Daemonium habet!"; 1,15
34 venit Filius hominis manducans et bibens, et dicitis:
"Ecce homo devorator et bibens vinum, amicus publicano- 5,30; 15,1s; 19,7 Mt 9,10s
rum et peccatorum!". **35** Et iustificata est sapientia ab
omnibus filiis suis».

Iesus a muliere peccatrice ungitur: 7,36-50
(*36-50:* Mt 26,6-13 Mc 14,3-9 J 12,3-8)

36 Rogabat autem illum quidam de pharisaeis, ut man-
ducaret cum illo; et ingressus domum pharisaei discubuit.
37 Et ecce mulier, quae erat in civitate peccatrix, ut cognovit
quod accubuit in domo pharisaei, attulit alabastrum un-
guenti **38** et stans retro secus pedes eius flens lacrimis coepit
rigare pedes eius et capillis capitis sui tergebat, et osculaba-
tur pedes eius et unguento ungebat.

28 dico] *add.* enim W S V | Ioanne] propheta Ioanne Baptista W S V • 30 in] contra Wi • 31 ait autem Dominus: cui ergo similes dicam *etc.* V • 32 quod dicit] et dicentibus W S V • 33 enim] autem V (– Wi Si C) • 34 devorator] edax Wi • 35 ab] a Wi | ~ filiis suis omnibus Wi • 37 quod] *add.* Iesus Co E Wi St Si | accubuisset V (– G Co St) • 38 flens *om.* W S V

39 Videns autem pharisaeus, qui vocaverat eum, ait intra
se dicens: «Hic si esset propheta sciret utique quae et qualis
mulier, quae tangit eum, quia peccatrix est». 40 Et respon-
dens Iesus dixit ad illum: «Simon, habeo tibi aliquid dicere».
At ille ait: «Magister, dic». 41 «Duo debitores erant cuidam
feneratori: unus debebat denarios quingentos, alius quin-
Mt 18,27 quaginta. 42 Non habentibus illis, unde redderent, donavit
utrisque. Quis ergo eorum plus diliget eum?». 43 Respon-
dens Simon dixit: «Aestimo quia is, cui plus donavit». At
ille dixit ei: «Recte iudicasti». 44 Et conversus ad mulierem,
dixit Simoni: «Vides hanc mulierem? Intravi in domum
tuam: aquam pedibus meis non dedisti; haec autem lacrimis
rigavit pedes meos et capillis suis tersit. 45 Osculum mihi
non dedisti; haec autem, ex quo intravi, non cessavit oscu-
lari pedes meos. 46 Oleo caput meum non unxisti; haec
autem unguento unxit pedes meos. 47 Propter quod dico
tibi: Remissa sunt peccata eius multa, quoniam dilexit mul-
tum; cui autem minus dimittitur, minus diligit». 48 Dixit
autem ad illam: «Remissa sunt peccata tua». 49 Et coepe-
5,21 runt, qui simul accumbebant, dicere intra se: «Quis est hic,
qui etiam peccata dimittit?». 50 Dixit autem ad mulierem:
8,48; 18,42 Mt 9,22 Mc 5,34; 10,52 «Fides tua te salvam fecit; vade in pace!».

De mulieribus Iesum sequentibus: 8,1-3

8 Et factum est deinceps, et ipse iter faciebat per civita-
tem et castellum praedicans et evangelizans regnum
23,49 Dei; et Duodecim cum illo 2 et mulieres aliquae, quae erant

39 qualis] *add.* est V ● 41 alius] et alius V ● 42 eorum plus diliget eum] eum plus diliget (diligit V) W S V ● 43 aestimo quia] existimo quod Wi ● 44 in *om.* Si ● 45 intravit W S E Wi Si C ● 47 remissa sunt] remittuntur ei V; remittentur ei W S | eius *om.* W S V ● 48 remissa sunt] remittuntur tibi W S V | tua *om.* W S V (- Si) ● 50 ~ salvam te Wi

¶ 8.1 civitates V | castella V

curatae ab spiritibus malignis et infirmitatibus, Maria, quae Mc 16,9
vocatur Magdalene, de qua daemonia septem exierant, **3** et
Ioanna uxor Chuza, procuratoris Herodis, et Susanna et 24,10 Mc 16,9
aliae multae, quae ministrabant eis de facultatibus suis.

Parabola seminatoris: 8,4-8
(*4-8:* Mt 13,1-9 Mc 4,1-9)

4 Cum autem turba plurima conveniret et de singulis
civitatibus properarent ad eum, dixit per similitudinem:
5 «Exiit, qui seminat, seminare semen suum. Et dum semi-
nat ipse, aliud cecidit secus viam et conculcatum est, et
volucres caeli comederunt illud. **6** Et aliud cecidit super pe-
tram et natum aruit, quia non habebat umorem. **7** Et aliud
cecidit inter spinas, et simul exortae spinae suffocaverunt
illud. **8** Et aliud cecidit in terram bonam et ortum fecit fruc-
tum centuplum». Haec dicens clamabat: «Qui habet aures Mt 11,15
audiendi, audiat».

Quare Iesus in parabolis loquatur: 8,9-10
(*9-10:* Mt 13,10-17 Mc 4,10-12)

9 Interrogabant autem eum discipuli eius quae esset haec
parabola. **10** Quibus ipse dixit: «Vobis datum est nosse mys-
teria regni Dei, ceteris autem in parabolis, ut *videntes non* Is 6,9 J 12,40
videant et audientes non intellegant. Act 28,26

Parabola seminatoris explicatur: 8,11-15
(*11-15:* Mt 13,18-23 Mc 4,13-20)

11 Est autem haec parabola: Semen est verbum Dei.
12 Qui autem secus viam, sunt qui audiunt; deinde venit
Diabolus et tollit verbum de corde eorum, ne credentes
salvi fiant. **13** Qui autem supra petram: qui cum audierint,
cum gaudio suscipiunt verbum; et hi radices non habent,
qui ad tempus credunt, et in tempore tentationis recedunt.
14 Quod autem in spinis cecidit: hi sunt, qui audierunt et
a sollicitudinibus et divitiis et voluptatibus vitae euntes

2 ab] a V | ~ septem daemonia V • 3 Chuzae G Co E Wi; Chusae St L P Si C | eis] ei V • 4 convenirent Si C | singulis *om.* W S V • 5 ipse *om.* W S V • 6 supra S V • 10 mysterium W S V (- Wi) • 12 sunt] hi sunt V • 13 qui autem] nam qui W S V (- Wi) | qui[2]] hi sunt qui Wi | qui[3]] quia V (- Wi C) • 14 in spinas V (- E Wi: inter spinas)

suffocantur et non referunt fructum. 15 Quod autem in bo-
nam terram: hi sunt, qui in corde bono et optimo audientes
verbum retinent et fructum afferunt in patientia.

Quomodo sit audiendum: 8,16-18
(*16-18:* Mc 4,21-25)

11,33 Mt 5,15 16 Nemo autem lucernam accendens operit eam vaso aut
subtus lectum ponit, sed supra candelabrum ponit, ut in-
12,2 Mt 10,26 trantes videant lumen. 17 Non enim est occultum, quod non
manifestetur, nec absconditum, quod non cognoscatur et in
palam veniat. 18 Videte ergo quomodo audiatis: qui enim
19,26 Mt 13,12; 25,29 habet, dabitur illi; et, quicumque non habet, etiam quod
putat se habere, auferetur ab illo».

De vera cognatione Iesu: 8,19-21
(*19-21:* Mt 12,46-50 Mc 3,31-35)

19 Venerunt autem ad illum mater et fratres eius, et non
poterant adire ad eum prae turba. 20 Et nuntiatum est illi:
«Mater tua et fratres tui stant foris volentes te videre».
11,28 21 Qui respondens dixit ad eos: «Mater mea et fratres mei
hi sunt, qui verbum Dei audiunt et faciunt».

De tempestate sedata: 8,22-25
(*22-25:* Mt 8,18.23-27 Mc 4,35-41)

22 Factum est autem in una dierum, et ipse ascendit in
navem et discipuli eius, et ait ad illos: «Transfretemus trans
stagnum». Et ascenderunt. 23 Navigantibus autem illis, ob-
dormivit. Et descendit procella venti in stagnum, et com-
plebantur et periclitabantur. 24 Accedentes autem suscita-
verunt eum dicentes: «Praeceptor, praeceptor, perimus!».
At ille surgens increpavit ventum et tempestatem aquae, et
cessaverunt, et facta est tranquillitas. 25 Dixit autem illis:

15 in[2] *om.* Wi ● 16 vase W V ● 17 ~ est enim V | palam] apertum Wi ● 18 quomodo] quid G Co E Wi St | auditis W S ● 19 adire] audire E | ad[2] *om.* V (– G) ● 22 navem] naviculam W S V ● 23 navigantibus autem] et navigantibus V (– E Wi) | compellebantur G E St Si ● 24 praeceptor[2] *om.* W S V | cessavit W S V (– Wi)

«Ubi est fides vestra?». Qui timentes mirati sunt dicentes ad
invicem: «Quis putas hic est, quia et ventis imperat et aquae,
et oboediunt ei?».

Iesus daemoniacum Gergesenum curat: 8,26-39
(26-39: Mt 8,28-34 Mc 5,1-20)

26 Enavigaverunt autem ad regionem Gergesenorum,
quae est contra Galilaeam. **27** Et cum egressus esset ad ter-
ram, occurrit illi vir quidam de civitate, qui habebat dae-
monia et iam tempore multo vestimento non induebatur,
neque in domo manebat sed in monumentis. **28** Is ut vidit
Iesum, exclamans procidit ante illum et voce magna dixit:
«Quid mihi et tibi est, Iesu, Fili Dei Altissimi? Obsecro te, 4,34.41
ne me torqueas». **29** Praecipiebat enim spiritui immundo, Mc 1,24; 3,11 J 2,4
ut exiret ab homine. Multis enim temporibus arripiebat
illum, et vinciebatur catenis et compedibus custoditus; et
ruptis vinculis, agebatur a daemonio in deserta. **30** Inter-
rogavit autem illum Iesus dicens: «Quod tibi nomen est?».
At ille dixit: «Legio», quia intraverunt daemonia multa in
eum. **31** Et rogabant eum, ne imperaret illis, ut in abyssum
irent.
32 Erat autem ibi grex porcorum multorum pascentium
in monte; et rogaverunt eum, ut permitteret eis in illos in-
gredi. Et permisit illis. **33** Exierunt ergo daemonia ab ho-
mine et intraverunt in porcos, et impetu abiit grex per
praeceps in stagnum et suffocatus est. **34** Quod ut viderunt

25 ~ ad invicem dicentes V | et[1] *om.* Wi Si | imperat et aquae] imperat et mari W S; et mari imperat V • 26 enavigaverunt autem] et navigaverunt V | Gergesenorum] Gerasenorum W S V (– Wi: Gadarenorum) • 27 cum] *add.* de navi G Co E St Si | de civitate *om.* W S V (– Wi: e civitate) | daemonium iam temporibus multis et vestimento W S V • 28 ~ procidit ante illum et exclamans W S V | et tibi] tecum Wi • 29 arripuerat Wi | custoditus] custodiebatur Wi • 30 intraverant V (– Co E Wi) • 31 rogaverunt G Co E Wi St | eum] illum S V • 32 rogabant W S V | eis] eos S Wi | illis] illos S

factum, qui pascebant, fugerunt et nuntiaverunt in civita-
tem et in villas. **35** Exierunt autem videre, quod factum est,
et venerunt ad Iesum, et invenerunt hominem sedentem, a
quo daemonia exierant, vestitum ac sana mente ad pedes
Iesu, et timuerunt. **36** Nuntiaverunt autem illis hi, qui vide-
rant, quomodo sanus factus esset, qui a daemonio vexaba-
tur. **37** Et rogaverunt illum omnis multitudo regionis Ger-
gesenorum, ut discederet ab ipsis, quia timore magno tene-
bantur. Ipse autem ascendens navem reversus est. **38** Et ro-
gabat illum vir, a quo daemonia exierant, ut cum eo esset.
Dimisit autem eum dicens: **39** «Redi domum tuam et narra
quanta tibi fecit Deus». Et abiit per universam civitatem
praedicans quanta illi fecisset Iesus.

De haemorrhoissa sanata et de filia Iairi suscitata: 8,40-56
(*40-56*: Mt 9,18-26 Mc 5,21-43)

40 Cum autem rediret Iesus, excepit illum turba; erant
enim omnes exspectantes eum. **41** Et ecce venit vir, cui no-
men Iairus, et ipse princeps synagogae erat, et cecidit ad
pedes Iesu rogans eum, ut intraret in domum eius, **42** quia
filia unica erat illi fere annorum duodecim, et haec morie-
batur. Et dum iret, a turbis comprimebatur. **43** Et mulier
quaedam erat in fluxu sanguinis ab annis duodecim, quae

35 factum erat Wi | Iesu] eius W S V ● 36 hi] et W S V | qui a daemonio vexabatur] a legione W S V ● 37 illum] eum Wi | regionis *om.* G St | Gergesenorum] Gerasenorum W S V (– Wi: Gadarenorum) | ~ magno timore V | navim V ● 38 rogavit Co E Wi St | eum] *add.* Iesus W S V ● 39 redi] *add.* in V | fecit] fecerit Wi ● 40 cum autem rediret Iesus] factum est autem cum redisset Iesus W S V | enim] autem G Co St L P ● 42 ~ unica filia V | illi] ei V | et^{2}] *add.* contigit W S V (– Wi) | et^{2} ... comprimebatur] intereundum autem comprimebant eum turbae Wi

in medicos erogaverat omnem substantiam suam, nec ab
ullo potuit curari; **44** accessit retro et tetigit fimbriam vesti- 6,19 Mt 14,36
menti eius, et confestim stetit fluxus sanguinis eius. **45** Et
ait Iesus: «Quis est qui me tetigit?». Negantibus autem
omnibus, dixit Petrus: «Praeceptor, turbae te comprimunt
et affligunt». **46** At dixit Iesus: «Tetigit me aliquis; nam et
ego novi virtutem de me exisse». **47** Videns autem mulier
quia non latuit, tremens venit et procidit ante eum et ob
quam causam tetigerit eum indicavit coram omni populo
et quemadmodum confestim sanata sit. **48** At ipse dixit illi:
«Filia, fides tua te salvam fecit. Vade in pace». 7,50; 17,19; 18,42 Mc 10,52

49 Adhuc illo loquente, venit quidam e domo principis
synagogae dicens: «Mortua est filia tua; noli amplius vexare
magistrum». **50** Iesus autem, audito hoc verbo, respondit
ei: «Noli timere; crede tantum, et salva erit». **51** Et cum
venisset domum, non permisit intrare secum quemquam
nisi Petrum et Ioannem et Iacobum et patrem puellae et
matrem. **52** Flebant autem omnes et plangebant illam. At
ille dixit: «Nolite flere; non est enim mortua, sed dormit».
53 Et deridebant eum scientes quia mortua esset. **54** Ipse
autem tenens manum eius clamavit dicens: «Puella, surge!».

45 Petrus] *add.* et qui cum illo erant W S V | affligunt] *add.* et (+ tu Wi) dicis quis me tetigit W S V ● 46 at] et W S V | et *om.* S L P C ● 47 eum[1]] pedes illius (eius V) W S V | omni *om.* Wi ● 48 illi] ei V | ~ salvam te V (– G E Wi) ● 49 illo] eo Wi | quidam *om.* W S | e domo principis] ad principem V; a principe W S | dicens] *add.* ei quia (– Wi) W S V | amplius *om.* W S V | vexari G | magistrum] illum W S V ● 50 ei] patri puellae W S V ● 51 ad domum E Wi | ~ Iacobum et Ioannem V | ~ et matrem puellae W S V (– Wi) | et matrem *om.* Wi ● 52 enim *om.* W S V (– Wi) | mortua] *add.* puella V ● 53 quia] quod V (– G Co E)

55 Et reversus est spiritus eius, et surrexit continuo; et iussit
illi dari manducare. **56** Et stupuerunt parentes eius, quibus
praecepit, ne alicui dicerent, quod factum erat.

Missio et instructio apostolorum: 9,1-6
(*1-6:* Mt 10,1.5-14 Mc 6,7-13)

10,1-12 **9** Convocatis autem Duodecim, dedit illis virtutem et po-
testatem super omnia daemonia et ut languores cura-
22,35 rent, **2** et misit illos praedicare regnum Dei et sanare infir-
mos; **3** et ait ad illos: «Nihil tuleritis in via, neque virgam
neque peram neque panem neque pecuniam, neque duas
tunicas habeatis. **4** Et in quamcumque domum intraveritis,
ibi manete et inde exite. **5** Et quicumque non receperint vos,
exeuntes de civitate illa pulverem pedum vestrorum excutite
in testimonium supra illos». **6** Egressi autem circumibant
per castella evangelizantes et curantes ubique.

Quid Herodes de Iesu senserit: 9,7-9
(*7-9:* Mt 14,1s Mc 6,14-16)

7 Audivit autem Herodes tetrarcha omnia, quae fiebant,
19 Mt 16,14 et haesitabat, eo quod diceretur a quibusdam: «Ioannes sur-
rexit a mortuis»; **8** a quibusdam vero: «Elias apparuit»; ab
aliis autem: «Propheta unus de antiquis surrexit». **9** Et ait
23,8 Herodes: «Ioannem ego decollavi; quis autem est iste, de
quo audio ego talia?». Et quaerebat videre eum.

Apostolis reversis quinque milia saturantur: 9,10-17
(*10-17:* Mt 14,13-21 Mc 6,30-44 J 6,1-13)

10–17: Mt 15,32-39 **10** Et reversi apostoli narraverunt illi, quaecumque fece-
Mc 8,1-10 runt. Et assumptis illis, secessit seorsum ad civitatem, quae
vocatur Bethsaida. **11** Quod cum cognovissent turbae, se-

55 dari manducare] dare manducare V (– Si C; – Wi: dare ad manducandum)
¶ **9.1** autem] *add.* Iesus V (– L P C) | Duodecim] *add.* apostolis W S V ● **3** ad illos] illis E Wi | in viam Co ● **4** exite] ne exeatis W S V ● **5** pulverem] etiam pulverem W S V | supra] adversus Wi ● **7** fiebant] *add.* ab eo W S V | quibusdam] *add.* quia W S V (– Wi) ● **8** vero] *add.* quia W S V (– Wi) | autem] *add.* quia W S V (– Wi) ● **9** ~ est autem V | ~ ego talia audio V ● **10** ad civitatem quae vocatur Bethsaida] in locum desertum qui est Bethsaidae (Bethsaida W S) W S V (– Wi: in locum desertum civitatis quae vocatur Bethsaida)

cutae sunt illum. Et excepit illos et loquebatur illis de regno
Dei, et eos, qui cura indigebant, sanabat. **12** Dies autem
coeperat declinare; et accedentes Duodecim dixerunt illi:
«Dimitte turbam, ut euntes in castella villasque, quae circa
sunt, divertant et inveniant escas, quia hic in loco deserto
sumus». **13** Ait autem ad illos: «Vos date illis manducare».
At illi dixerunt: «Non sunt nobis plus quam quinque panes
et duo pisces, nisi forte nos eamus et emamus in omnem
hanc turbam escas». **14** Erant enim fere viri quinque milia.
Ait autem ad discipulos suos: «Facite illos discumbere per
convivia ad quinquagenos». **15** Et ita fecerunt et discum-
bere fecerunt omnes. **16** Acceptis autem quinque panibus et
duobus piscibus, respexit in caelum et benedixit illis et fregit
et dabat discipulis suis, ut ponerent ante turbam. **17** Et man-
ducaverunt et saturati sunt omnes; et sublatum est, quod
superfuit illis, fragmentorum cophini duodecim.

Confessio Petri. Prima Passionis et Resurrectionis praedictio: 9,18-22
(*18-22:* Mt 16,13-21 Mc 8,27-31)

18 Et factum est cum solus esset orans, erant cum illo 5,16 Mc 1,35
discipuli, et interrogavit illos dicens: «Quem me dicunt esse
turbae?». **19** At illi responderunt et dixerunt: «Ioannem 7s
Baptistam, alii autem Eliam, alii vero: Propheta unus de
prioribus surrexit». **20** Dixit autem illis: «Vos autem quem
me esse dicitis?». Respondens Petrus dixit: «Christum Dei». J 11,27
21 At ille increpans illos praecepit, ne cui dicerent hoc,
22 dicens: «Oportet Filium hominis multa pati et reprobari 44; 17,25; 18,31-33; 24,7 Mt 17,22; 20,18s; 26,2 Mc 9,31; 10,32-34

11 illos] eos V (– G) • **12** turbas W S V (– Wi) | quae circa sunt] vicinas Wi | devertant W S • **14** enim] autem W S V | ad² *om.* W S V • **15** discumbere fecerunt] discubuerunt V (– L P C) • **16** dabat] distribuit W S V | turbas W S V • **17** ~ omnes et saturati sunt W S V • **18** illo] *add.* et W S V (– Wi) • **19** alii vero] alii vero quia V (– Wi: alii autem quod); alii quia W S | ~ unus propheta V • **20** respondens] *add.* (+ autem Wi) Simon W S V • **21** increpans illos] interdicens Wi • **22** dicens] *add.* quia W S V

a senioribus et principibus sacerdotum et scribis et occidi
et tertia die resurgere».

Discipulus Iesu tollat crucem suam: 9,23-27
(*23-27:* Mt 16,24-28 Mc 8,34–9,1)

14,27 Mt 10,38s **23** Dicebat autem ad omnes: «Si quis vult post me venire,
Mt 8,22 abneget semetipsum et tollat crucem suam cotidie et sequa-
17,33 tur me. **24** Qui enim voluerit animam suam salvam facere,
Mt 10,39; 16,25 J 12,25 perdet illam; qui autem perdiderit animam suam propter me,
hic salvam faciet illam. **25** Quid enim proficit homo, si lu-
cretur universum mundum, se autem ipsum perdat vel de-
Mt 10,33 trimentum sui faciat? **26** Nam qui me erubuerit et meos ser-
mones, hunc Filius hominis erubescet, cum venerit in gloria
sua et Patris et sanctorum angelorum. **27** Dico autem vobis
Mt 10,23; 24,34 vere: Sunt aliqui hic stantes, qui non gustabunt mortem,
donec videant regnum Dei».

Transfiguratio Iesu: 9,28-36
(*28-36:* Mt 17,1-9 Mc 9,2-8)

2 P 1,16-18 **28** Factum est autem post haec verba fere dies octo, et
assumpsit Petrum et Ioannem et Iacobum et ascendit in
montem, ut oraret. **29** Et facta est, dum oraret, species vul-
tus eius altera, et vestitus eius albus, refulgens. **30** Et ecce
duo viri loquebantur cum illo, et erant Moyses et Elias,
31 qui visi in gloria dicebant exodum eius, quam comple-
turus erat in Ierusalem. **32** Petrus vero et qui cum illo gra-
vati erant somno; et evigilantes viderunt gloriam eius et
duos viros, qui stabant cum illo. **33** Et factum est cum dis-
cederent ab illo, ait Petrus ad Iesum: «Praeceptor, bonum

23 semetipsum] se ipsum W S • **24** qui autem] nam qui W S V | hic *om.* W S V • **25** ~ ipsum autem E Wi | vel] et W S V • **26** gloria] maiestate W S V • **27** gustabant G • **28** ~ Iacobum et Ioannem V (– Wi) • **29** factum est G Wi | albus et refulgens (fulgens G) V • **30** et erant] erant autem W S V • **31** qui *om.* W S V | gloria] maiestate et W S V (– Wi: gloria et) | exodum] excessum W S V | quam] quem W S V • **32** illo[1]] *add.* erant V (– G) | gloriam] maiestatem W S V (– Wi)

est nos hic esse; et faciamus tria tabernacula: unum tibi et
unum Moysi et unum Eliae», nesciens quid diceret. 34 Haec
autem illo loquente, facta est nubes et obumbravit eos; et
timuerunt intrantibus illis in nubem. 35 Et vox facta est
de nube dicens: «Hic est Filius meus electus; ipsum audite». Ps 2,7 Dt 18,15 Is 42,1 Mt 3,17
36 Et dum fieret vox, inventus est Iesus solus. Et ipsi tacue-
runt et nemini dixerunt in illis diebus quidquam ex his,
quae viderant.

Iesus puerum a daemonio liberat: 9,37-43a
(*37-43a:* Mt 17,14-21 Mc 9,14-29)

37 Factum est autem in sequenti die, descendentibus illis
de monte, occurrit illi turba multa. 38 Et ecce vir de turba
exclamavit dicens: «Magister, obsecro te, respice in filium
meum, quia unicus est mihi; 39 et ecce spiritus apprehendit
illum, et subito clamat et dissipat eum cum spuma et vix
discedit ab eo dilanians eum; 40 et rogavi discipulos tuos,
ut eicerent illum, et non potuerunt». 41 Respondens autem
Iesus dixit: «O generatio infidelis et perversa, usquequo ero
apud vos et patiar vos? Adduc huc filium tuum». 42 Et cum
accederet, elisit illum daemonium et dissipavit. Et increpavit
Iesus spiritum immundum et sanavit puerum et reddidit
illum patri eius. 43 Stupebant autem omnes in magnitudine
Dei.

Altera Passionis et Resurrectionis praedictio: 9,43b-45
(*43b-45:* Mt 17,22s Mc 9,30-32)

Omnibusque mirantibus in omnibus, quae faciebat, dixit

34 et timuerunt] timuerunt autem Wi • 35 dilectus W V • 37 illi] illis V (– Wi L P) • 38 exclamabat Wi | in] ad Wi • 39 illum] eum V | clamat] *add.* et elidit W S V | ab eo *om.* W S V • 41 ~ filium tuum huc Wi • 42 eius] suo Wi

ad discipulos suos: **44** «Ponite vos in auribus vestris ser-
22; 17,25; 18,32 mones istos: Filius enim hominis futurum est ut tradatur
18,34 in manus hominum». **45** At illi ignorabant verbum istud, et
erat velatum ante eos, ut non sentirent illud, et timebant
interrogare eum de hoc verbo.

Quis inter discipulos maior: 9,46-48
(*46-48:* Mt 18,1-5 Mc 9,33-37)

22,24-26 **46** Intravit autem cogitatio in eos, quis eorum maior
esset. **47** At Iesus sciens cogitationem cordis illorum, ap-
prehendens puerum statuit eum secus se **48** et ait illis: «Qui-
cumque susceperit puerum istum in nomine meo, me reci-
pit; et, quicumque me receperit, recipit eum, qui me misit;
nam qui minor est inter omnes vos, hic maior est».

De exorcista in nomine Iesu agente: 9,49-50
(*49-50:* Mc 9,38-41)

49 Respondens autem Ioannes dixit: «Praeceptor, vidi-
mus quendam in nomine tuo eicientem daemonia, et pro-
hibuimus eum, quia non sequitur nobiscum». **50** Et ait ad
illum Iesus: «Nolite prohibere; qui enim non est adversus
vos, pro vobis est».

IN ITINERE HIEROSOLYMITANO: 9,51–19,27

De veris discipulis Iesu: 9,51–13,21

De Samaritanis hospitium negantibus: 9,51-56

Act 1,9 **51** Factum est autem dum complerentur dies assumptio-
nis eius, et ipse faciem suam firmavit, ut iret Ierusalem,
52 et misit nuntios ante conspectum suum. Et euntes intra-
verunt in castellum Samaritanorum, ut pararent illi. **53** Et
non receperunt eum, quia facies eius erat euntis Ierusalem.
54 Cum vidissent autem discipuli Iacobus et Ioannes dixe-

44 auribus] cordibus W S V ● 45 ~ eum interrogare V ● 47 sciens] videns W S V | cogitationes W S V | apprehendens puerum] apprehendit puerum et V | eum] illum V ● 48 receperit] recipit S Wi | ~ vos omnes V (– G) ● 49 nobiscum] nos Si ● 50 illum] illos G E Wi St | adversum S V | vos ... vobis] nos ... nobis Co ● 51 iret] *add.* in V (– G) ● 52 castellum] civitatem W S V ● 53 euntis] *add.* in V (– G Co E) ● 54 discipuli] *add.* eius W S V

runt: «Domine, vis dicamus, ut *ignis descendat de caelo et*
consumat illos?». **55** Et conversus increpavit illos. **56** Et
ierunt in aliud castellum.

De sequela Christi: 9,57-62
(*57-60:* Mt 8,18-22)

57 Et euntibus illis in via, dixit quidam ad illum:
«Sequar te, quocumque ieris». **58** Et ait illi Iesus: «Vulpes
foveas habent et volucres caeli nidos, Filius autem hominis
non habet, ubi caput reclinet». **59** Ait autem ad alterum:
«Sequere me». Ille autem dixit: «Domine, permitte mihi
primum ire et sepelire patrem meum». **60** Dixitque ei Iesus:
«Sine, ut mortui sepeliant mortuos suos; tu autem vade,
annuntia regnum Dei». **61** Et ait alter: «Sequar te, Domine,
sed primum permitte mihi renuntiare his, qui domi sunt».
62 Ait ad illum Iesus: «Nemo mittens manum suam in ara-
trum et aspiciens retro, aptus est regno Dei».

Missio septuaginta duorum. Vae civitatibus Galilaeae: 10,1-16
(*2:* Mt 9,37s *13-15:* Mt 11,20-24)

10 Post haec autem designavit Dominus alios septua- 9,1-6
ginta duos et misit illos binos ante faciem suam in Mt 10,7-16
omnem civitatem et locum, quo erat ipse venturus. **2** Et dice- Mc 6,8-11

54 dicimus W S V (– Wi) | illos] *add.* quemadmodum et Elias fecit Wi • 55 illos] *add.* dicens (et dixit W) nescitis cuius spiritus estis W V • 56 Filius hominis non venit animas perdere sed salvare. Et ierunt *etc.* W V | abierunt W S V • 57 et] factum est autem W S V | euntibus] ambulantibus W S V • 58 et ait] dixit V | caput] *add.* suum V (– L P C) • 59 ire et sepelire] ire sepelire S; ut eam et sepeliam Wi • 60 dixitque] dixit E Wi | vade] *add.* et V (– L P) • 61 ~ permitte mihi primum V | qui] quae E Si C | domi] *add.* meae Wi • 62 manus suas Co | in] ad V | respiciens St L P Si C
¶ **10.1** alios] et alios W S V | duos *om.* Wi

bat illis: «Messis quidem multa, operarii autem pauci; ro-
gate ergo Dominum messis, ut mittat operarios in messem
suam. 3 Ite; ecce ego mitto vos sicut agnos inter lupos.
22,35 4 Nolite portare sacculum, neque peram neque calceamenta,
et neminem per viam salutaveritis. 5 In quamcumque do-
mum intraveritis, primum dicite: "Pax huic domui". 6 Et
si ibi fuerit filius pacis, requiescet super illam pax vestra;
sin autem ad vos revertetur. 7 In eadem autem domo ma-
nete edentes et bibentes, quae apud illos sunt: dignus enim
est operarius mercede sua. Nolite transire de domo in do-
mum. 8 Et in quamcumque civitatem intraveritis, et susce-
perint vos, manducate, quae apponuntur vobis, 9 et curate
Mt 4,17 infirmos, qui in illa sunt, et dicite illis: "Appropinquavit in
vos regnum Dei". 10 In quamcumque civitatem intraveritis,
et non receperint vos, exeuntes in plateas eius dicite:
11 "Etiam pulverem, qui adhaesit nobis ad pedes de civitate
vestra, extergimus in vos; tamen hoc scitote quia appropin-
quavit regnum Dei". 12 Dico vobis quia Sodomis in die illa
remissius erit quam illi civitati.

13 Vae tibi, Chorazin! Vae tibi, Bethsaida! Quia si in Tyro
et Sidone factae fuissent virtutes, quae in vobis factae sunt,
olim in cilicio et cinere sedentes paeniterent. 14 Verumta-
men Tyro et Sidoni remissius erit in iudicio quam vobis.
Is 14,13.15 15 Et tu, Capharnaum, numquid *usque in caelum exalta-*

2 ergo] autem E | suam *om.* S G St • 4 nolite] *add.* ergo Wi • 6 illam] illum V | sin autem] sin minus Wi • 7 ~ est enim V • 9 appropinquabit G E St • 10 quamcumque] *add.* autem V | susceperint V • 11 ad pedes *om.* W S V | appropinquavit] appropinquabit G E; *add.* in vos Wi • 12 quia] quod Wi • 13 ~ factae sunt in vobis V | paenituissent Wi • 15 Capernaum Wi | numquid *om.* W S V | in] ad V | exaltata W S V

beris? Usque ad infernum demergeris!
16 Qui vos audit, me audit; et qui vos spernit, me spernit; Mt 10,40 J 13,20
qui autem me spernit, spernit eum, qui me misit».

De mercede discipulorum: 10,17-20

17 Reversi sunt autem septuaginta duo cum gaudio di- 9,10 Mc 6,30s
centes: «Domine, etiam daemonia subiciuntur nobis in no-
mine tuo!». 18 Et ait illis: «Videbam Satanam sicut fulgur
de caelo cadentem. 19 Ecce dedi vobis potestatem calcandi
supra serpentes et scorpiones et supra omnem virtutem ini- Ps 91,13
mici; et nihil vobis nocebit. 20 Verumtamen in hoc nolite
gaudere quia spiritus vobis subiciuntur; gaudete autem
quod nomina vestra scripta sunt in caelis».

Iesus Patri confitetur: 10,21-22
(*21-22:* Mt 11,25-27)

21 In ipsa hora exsultavit Spiritu Sancto et dixit: «Con-
fiteor tibi, Pater, Domine caeli et terrae, quod abscondisti Is 29,14 ⓖ
haec a sapientibus et prudentibus et revelasti ea parvulis;
etiam, Pater, quia sic placuit ante te. 22 Omnia mihi tradita
sunt a Patre meo; et nemo scit qui sit Filius nisi Pater, et J 10,15
qui sit Pater nisi Filius et cui voluerit Filius revelare».

Beati oculi, qui vident, quae videtis: 10,23-24
(*23-24:* Mt 13,16s)

23 Et conversus ad discipulos seorsum dixit: «Beati oculi,
qui vident, quae videtis. 24 Dico enim vobis: Multi pro- 1 P 1,10-12

16 ~ misit me V (- G Wi) • 17 duo cum gaudio *om.* Wi • 19 ecce] et ecce Wi | supra²] super V (- G) • 21 in Spiritu V (- L P C) | Sancto] Iesus Wi; *om.* L P | confitebor E Wi St | ~ Domine Pater G Co E Wi | quia] quoniam V • 22 meo *om.* W | qui¹⁺²] quis V • 23 seorsum] suos W S V | quae vos videtis V • 24 vobis] *add.* quod W S V

phetae et reges voluerunt videre, quae vos videtis, et non
viderunt, et audire, quae auditis, et non audierunt».

Parabola Samaritani misericordis: 10,25-37
(*25-28:* Mt 22,35-40 Mc 12,28-31)

25 Et ecce quidam legis peritus surrexit tentans illum
18,18 dicens: «Magister, quid faciendo vitam aeternam posside-
bo?». **26** At ille dixit ad eum: «In Lege quid scriptum est?
Dt 6,5 Quomodo legis?». **27** Ille autem respondens dixit: «*Diliges*
Dominum Deum tuum ex toto corde tuo et ex tota anima tua
Lv 19,18 Mt 5,43 *et ex omnibus viribus tuis* et ex omni mente tua et *proximum*
R 13,9 G 5,14 *tuum sicut teipsum*». **28** Dixitque illi: «Recte respondisti;
Lv 18,5 hoc fac et vives». **29** Ille autem, volens iustificare seipsum,
Lv 19,16-18 dixit ad Iesum: «Et quis est meus proximus?».
30 Suscipiens autem Iesus dixit: «Homo quidam descen-
debat ab Ierusalem in Iericho et incidit in latrones, qui
etiam despoliaverunt eum et, plagis impositis, abierunt,
semivivo relicto. **31** Accidit autem, ut sacerdos quidam
descenderet eadem via et, viso illo, praeterivit; **32** similiter
et Levita, cum esset secus locum et videret eum, pertransiit.
33 Samaritanus autem quidam iter faciens, venit secus eum
et videns eum misericordia motus est, **34** et appropians alli-
gavit vulnera eius infundens oleum et vinum; et imponens
illum in iumentum suum duxit in stabulum et curam eius
egit. **35** Et altera die protulit duos denarios et dedit stabu-
lario et ait: "Curam illius habe, et, quodcumque supererogaveris, ego, cum rediero, reddam tibi". **36** Quis horum

25 illum] *add.* et W S V ● 27 autem *om.* W S V | ex$^{1-4}$ *om.* Wi | omni] tota Wi ● 30 suscipiens] suspiciens St ● 31 autem *om.* G

trium videtur tibi proximus fuisse illi, qui incidit in latro-
nes?». **37** At ille dixit: «Qui fecit misericordiam in illum».
Et ait illi Iesus: «Vade et tu fac similiter».

De Maria et Martha: 10,38-42
(*38-42:* J 11,1; 12,1-3)

38 Cum autem irent, ipse intravit in quoddam castellum,
et mulier quaedam Martha nomine excepit illum. **39** Et huic
erat soror nomine Maria, quae etiam sedens secus pedes
Domini audiebat verbum illius. **40** Martha autem satagebat
circa frequens ministerium; quae stetit et ait: «Domine, non
est tibi curae quod soror mea reliquit me solam ministrare?
Dic ergo illi, ut me adiuvet». **41** Et respondens dixit illi
Dominus: «Martha, Martha, sollicita es et turbaris erga
plurima, **42** porro unum est necessarium; Maria enim opti-
mam partem elegit, quae non auferetur ab ea».

Oratio dominica: 11,1-4
(*1-4:* Mt 6,9-13)

11 Et factum est cum esset in loco quodam orans, ut
cessavit, dixit unus ex discipulis eius ad eum: «Do-
mine, doce nos orare, sicut et Ioannes docuit discipulos
suos». **2** Et ait illis: «Cum oratis, dicite:

36 ~ tibi videtur E ● 38 cum autem irent] factum est autem dum irent et W S V | illum] *add.* in domum suam W S V ● 41 erga] circa W ● 42 enim *om.* W S V
¶ **11.1** ~ quodam loco V | ~ docuit et Ioannes L P Si C; docuit Ioannes G Co E Wi St

Pater, sanctificetur nomen tuum,
adveniat regnum tuum;
3 panem nostrum cotidianum da nobis cotidie,
4 et dimitte nobis peccata nostra,
siquidem et ipsi dimittimus omni debenti nobis,
et ne nos inducas in tentationem».

Parabola de amico importuno: 11,5-8

5 Et ait ad illos: «Quis vestrum habebit amicum et ibit
ad illum media nocte et dicet illi: "Amice, commoda mihi
tres panes, 6 quoniam amicus meus venit de via ad me, et
non habeo, quod ponam ante illum"; 7 et ille de intus re-
spondens dicat: "Noli mihi molestus esse; iam ostium clau-
sum est, et pueri mei mecum sunt in cubili; non possum
surgere et dare tibi". 8 Dico vobis: Et si non dabit illi sur-
gens, eo quod amicus eius sit, propter improbitatem tamen
eius surget et dabit illi, quotquot habet necessarios.

Petenti dabitur: 11,9-13
(9-13: Mt 7,7-11)

Mc 11,24 J 14,13s; 15,7; 16,24

9 Et ego vobis dico: Petite, et dabitur vobis; quaerite, et
invenietis; pulsate, et aperietur vobis. 10 Omnis enim qui
petit, accipit; et, qui quaerit, invenit; et pulsanti aperietur.

2 Pater] *add.* noster, qui es in caelis Wi | tuum[2]] *add.* fiat voluntas tua sicut in caelo et (ita et Wi) in terra Wi Si ● 3 cotidie] hodie V ● 4 ipsi] nos G Co St | omni debenti nobis] debitoribus nostris G Co | tentationem] sed libera nos a malo Wi ● 5 dicit S ● 7 dicit G ● 8 et si (– Wi) ille (~ ille si G Co) perseveraverit pulsans dico vobis *etc.* V | quotquot] quot W ● 9 ego vobis dico] ego dico vobis V (– G Co: dico ego vobis)

11 Quem autem ex vobis patrem filius petierit piscem, num-
quid pro pisce serpentem dabit illi? **12** Aut si petierit ovum,
numquid porriget illi scorpionem? **13** Si ergo vos, cum sitis
mali, nostis dona bona dare filiis vestris, quanto magis Pater
de caelo dabit Spiritum Sanctum petentibus se».

Apologia Iesu: 11,14-23
(*14-23:* Mt 12,22-30 Mc 3,22-27)

14 Et erat eiciens daemonium, et illud erat mutum; et *14-15:*
factum est cum daemonium exisset, locutus est mutus. Et Mt 9,32-34
admiratae sunt turbae; **15** quidam autem ex eis dixerunt:
«In Beelzebul principe daemoniorum eicit daemonia». **16** Et Mt 10,25
alii tentantes signum de caelo quaerebant ab eo. **17** Ipse 11,29-32 Mt 16,1-4
autem sciens cogitationes eorum dixit eis: «Omne regnum Mc 8,11-13 J 6,30
in seipsum divisum desolatur, et domus supra domum cadit. 1 K 1,22
18 Si autem et Satanas in seipsum divisus est, quomodo
stabit regnum ipsius? Quia dicitis in Beelzebul eicere me
daemonia. **19** Si autem ego in Beelzebul eicio daemonia,
filii vestri in quo eiciunt? Ideo ipsi iudices vestri erunt.
20 Porro si in digito Dei eicio daemonia, profecto pervenit Ex 8,15 Ps 8,4 | 17,21
in vos regnum Dei.
21 Cum fortis armatus custodit atrium suum, in pace Is 49,24
sunt ea, quae possidet; **22** si autem fortior illo superveniens

11 quem] quis W S V | autem *om.* E | patrem filius] pater a quo si filius Wi | filius *om.* W S V (– Wi) | petit W V; petet S | piscem] panem numquid lapidem dabit illi aut (+ si W Wi) piscem W S V • **13** vos *om.* E | dona bona] bona data W S V | Pater] *add.* vester W S V | de caelo] caelestis G Si; caelestis de caelo Co E St | sanctum] bonum W S V (~ bonum Spiritum G) • **14** factum est cum daemonium exisset] cum eiecisset daemonium W S V • **16** de caelo *om.* G • **17** sciens] ut vidit W S V | in seipsum] in se Co St; contra seipsum Wi | desolabitur V | cadet W S V • **18** in¹] contra Wi | ipsius] eius V | ~ me eicere V (– G) • **20** praevenit W S • **21** ea] omnia E Si • **22** illo] eo V

vicerit eum, universa arma eius auferet, in quibus confide-
bat, et spolia eius distribuet.
23 Qui non est mecum, adversum me est; et, qui non
colligit mecum, dispergit.

De spiritu immundo in hominem revertente: 11,24-26
(24-26: Mt 12,43-45)

24 Cum immundus spiritus exierit de homine, perambu-
lat per loca inaquosa quaerens requiem et non inveniens
dicit: "Revertar in domum meam, unde exivi". 25 Et cum
venerit, invenit scopis mundatam et exornatam. 26 Et tunc
vadit et assumit septem alios spiritus nequiores se, et in-
gressi habitant ibi; et sunt novissima hominis illius peiora
prioribus».

Duo modi benedicendi: 11,27-28

27 Factum est autem cum haec diceret, extollens vocem
quaedam mulier de turba dixit illi: «Beatus venter, qui te
portavit, et ubera, quae suxisti!». 28 At ille dixit: «Quinim-
8,21 mo beati, qui audiunt verbum Dei et custodiunt!».

Signum non dabitur nisi signum Ionae: 11,29-32
(29-32: Mt 12,38-42 Mc 8,11s)

29 Turbis autem concurrentibus, coepit dicere: «Genera-
11,16 Mt 16,1-4 J 6,30 tio haec generatio nequam est; signum quaerit, et signum
non dabitur illi nisi signum Ionae. 30 Nam sicut Ionas fuit
signum Ninevitis, ita erit et Filius hominis generationi isti.
1 Rg 10,1-10 31 Regina austri surget in iudicio cum viris generationis
huius et condemnabit illos, quia venit a finibus terrae audire
sapientiam Salomonis, et ecce plus Salomone hic. 32 Viri
Jon 3,5 Ninevitae surgent in iudicio cum generatione hac et con-

22 aufert S | distribuit S • 23 adversum] contra V • 24 ambulat V (– G L P) • 25 invenit] *add.* eam V (– L P) | et exornatam] et ornatam Wi L P Si C; *om.* W S G Co E St • 26 et[1] *om.* V (– E Wi) | spiritus] *add.* secum V (– Wi L P) | sunt] fiunt V • 28 quinimmo] quippini W S | custodiunt] *add.* illud V • 29 autem *om.* G | illi] ei V | Ionae] *add.* prophetae V (– G St) • 30 ~ fuit Ionas V | et *om.* G • 31 audire] ad audiendam Wi | Salomone] quam Salomon V

demnabunt illam, quia paenitentiam egerunt ad praedicationem Ionae, et ecce plus Iona hic.

Lucerna corporis oculus: 11,33-36
(34-36: Mt 6,22)

33 Nemo lucernam accendit et in abscondito ponit neque 8,16
sub modio, sed supra candelabrum, ut, qui ingrediuntur, Mt 5,15
lumen videant. **34** Lucerna corporis est oculus tuus. Si ocu- Mc 4,21
lus tuus fuerit simplex, totum corpus tuum lucidum erit; si
autem nequam fuerit, etiam corpus tuum tenebrosum erit.
35 Vide ergo, ne lumen, quod in te est, tenebrae sint. **36** Si
ergo corpus tuum totum lucidum fuerit, non habens aliquam partem tenebrarum, erit lucidum totum, sicut quando lucerna in fulgore suo illuminat te».

Vae pharisaeis et legis peritis: 11,37-54
(39-52: Mt 23,1-36)

37 Et cum loqueretur, rogavit illum quidam pharisaeus,
ut pranderet apud se; et ingressus recubuit. **38** Pharisaeus
autem videns miratus est quod non baptizatus esset ante Mt 15,2 Mc 7,2 Kol 2,21 s
prandium. **39** Et ait Dominus ad illum: «Nunc vos pharisaei, quod de foris est calicis et catini, mundatis, quod autem intus est vestrum, plenum est rapina et iniquitate.
40 Stulti! Nonne, qui fecit, quod de foris est, etiam id, quod
de intus est, fecit? **41** Verumtamen, quae insunt, date
eleemosynam, et ecce omnia munda sunt vobis. **42** Sed vae
vobis pharisaeis, quia decimatis mentam et rutam et omne holus et praeteritis iudicium et caritatem Dei! Haec autem
oportuit facere et illa non omittere. **43** Vae vobis pharisaeis, 20,46 Mc 12,38 s

32 ad praedicationem] in praedicatione G Co E St | Iona] quam Ionas (Iona G Co E) V ● 34 corporis] *add.* tui W S V | si²] sin E Wi ● 36 sicut ... illuminat] et sicut lucerna fulgoris illuminabit W S V ● 37 et²] Iesus autem G Co St Si ● 38 videns miratus est quod] coepit intra se reputans dicere quare W S V (– Wi: videns mirabatur quare) ● 41 quae insunt] quod superest W S V | date eleemosynam] facite misericordiam Wi | munda] mundata G ● 42 quia] qui V (– L P C)

quia diligitis primam cathedram in synagogis et salutationes
in foro! 44 Vae vobis, quia estis ut monumenta, quae non
parent, et homines ambulantes supra nesciunt!».

45 Respondens autem quidam ex legis peritis ait illi: «Ma-
gister, haec dicens etiam nobis contumeliam facis». 46 At
ille ait: «Et vobis legis peritis: Vae, quia oneratis homines
oneribus, quae portari non possunt, et ipsi uno digito vestro
non tangitis sarcinas! 47 Vae vobis, quia aedificatis monu-
menta prophetarum, patres autem vestri occiderunt illos!
48 Profecto testificamini et consentitis operibus patrum ves-
trorum, quoniam ipsi quidem eos occiderunt, vos autem
aedificatis. 49 Propterea et sapientia Dei dixit: Mittam ad
illos prophetas et apostolos, et ex illis occident et perse-
quentur, 50 ut requiratur sanguis omnium prophetarum, qui
effusus est a constitutione mundi, a generatione ista, 51 a
Gn 4,8.10 sanguine Abel usque ad sanguinem Zachariae, qui periit
2 Chr 24,20-22 inter altare et aedem. Ita dico vobis: Requiretur ab hac
generatione. 52 Vae vobis legis peritis, quia tulistis clavem
scientiae! Ipsi non introistis et eos, qui introibant, prohi-
buistis».

53 Cum autem inde exisset, coeperunt scribae et phari-

43 quia] qui Co E Wi St Si | primas cathedras W S V • 44 vobis] *add.* scribae et pharisaei hypocritae Co | quia] qui E Si | apparent G L P Si C • 45 ~ contumeliam nobis V (– E Wi) • 46 quia] qui E | portare V (– Co) • 47 quia] qui V (– Wi: quod) • 48 profecto] sed profecto G | et] quod W S V (– Co) | ipsi quidem] illi quidem G Wi; ~ quidem ipsi Co E | aedificatis] *add.* eorum sepulcra W S V • 50 inquiratur W S V • 52 quia] qui G Co E St Si; quod Wi • 53 cum autem inde exisset] cum (+ autem V) haec ad illos diceret W S V | scribae et pharisaei] pharisaei et legis periti W S V

saei graviter insistere et eum allicere in sermone de multis
54 insidiantes ei, ut caperent aliquid ex ore eius.

Cavendum a fermento pharisaeorum: 12,1-3
(*2-3:* Mt 10,26s)

12 Interea multis turbis circumstantibus, ita ut se invicem conculcarent, coepit dicere ad discipulos suos
primum: «Attendite a fermento pharisaeorum, quod est Mt 16,6 Mc 8,15
hypocrisis. 2 Nihil autem opertum est, quod non reveletur, Mc 4,22
neque absconditum, quod non sciatur. 3 Quoniam, quae in
tenebris dixistis, in lumine audientur, et quod in aurem
locuti estis in cubiculis, praedicabitur in tectis.

De confessione coram hominibus: 12,4-12
(*4-12:* Mt 10,28-33 *10:* Mt 12,32 Mc 3,29 *11:* Mt 10,19 Mc 13,11)

4 Dico autem vobis amicis meis: Ne terreamini ab his,
qui occidunt corpus, et post haec non habent amplius, quod
faciant. 5 Ostendam autem vobis quem timeatis: Timete
eum, qui postquam occiderit, habet potestatem mittere in
gehennam. Ita dico vobis: Hunc timete. 6 Nonne quinque
passeres veneunt dipundio? Et unus ex illis non est in
oblivione coram Deo. 7 Sed et capilli capitis vestri omnes
numerati sunt. Nolite timere; multis passeribus pluris estis.

8 Dico autem vobis: Omnis, quicumque confessus fuerit
in me coram hominibus, et Filius hominis confitebitur in
illo coram angelis Dei; 9 qui autem negaverit me coram
hominibus, denegabitur coram angelis Dei.

53 eum allicere in sermone] os eius opprimere W S V • 54 ei *om.* W S | ut caperent aliquid ex ore eius] et quaerentes capere aliquid (aliquid capere V) ex (de V) ore eius ut accusarent eum W S V
¶ 12.1 interea *om.* W S V | multis] *add.* autem W S V | circumstantibus] concurrentibus V (- L P C) | primum *om.* W S V | quod] quae S • 2 autem] enim V (- L P C) • 3 audientur] dicentur W S V | in aure G Co E Wi St • 4 haec] hoc Co E Wi | quod] quid V (- Wi) • 7 nolite] *add.* ergo W S V | estis] *add.* vos V (- G L P) • 8 in[1] *om.* V | in illo] illum V • 9 denegabitur] negabitur V (- E)

10 Et omnis, qui dicet verbum in Filium hominis, remit-
tetur illi; ei autem, qui in Spiritum Sanctum blasphemaverit,
non remittetur.
21,12-15 **11** Cum autem inducent vos in synagogas et ad magistra-
tus et potestates, nolite solliciti esse qualiter aut quid re-
spondeatis aut quid dicatis: **12** Spiritus enim Sanctus doce-
bit vos in ipsa hora, quae oporteat dicere».

Similitudo de divite stulto in bonis suis acquiescente: 12,13-21

13 Ait autem quidam ei de turba: «Magister, dic fratri
meo, ut dividat mecum hereditatem». **14** At ille dixit ei:
Ex 2,14 «Homo, quis me constituit iudicem aut divisorem super
vos?». **15** Dixitque ad illos: «Videte et cavete ab omni avari-
tia, quia si cui res abundant, vita eius non est ex his, quae
possidet». **16** Dixit autem similitudinem ad illos dicens:
«Hominis cuiusdam divitis uberes fructus ager attulit. **17** Et
cogitabat intra se dicens: "Quid faciam, quod non habeo,
quo congregem fructus meos?". **18** Et dixit: "Hoc faciam:
destruam horrea mea et maiora aedificabo, et illuc congre-
gabo omne triticum et bona mea, **19** et dicam animae meae:
Anima, habes multa bona posita in annos plurimos; re-
quiesce, comede, bibe, epulare". **20** Dixit autem illi Deus:
"Stulte! Hac nocte animam tuam repetunt a te; quae autem
parasti, cuius erunt?". **21** Sic est qui sibi thesaurizat et non
fit in Deum dives».

De vana sollicitudine: 12,22-31
(*22-31:* Mt 6,25-33)

22 Dixitque ad discipulos suos: «Ideo dico vobis: Nolite
solliciti esse animae quid manducetis, neque corpori quid

10 dicit W S V | in^{1+2}] contra Wi | illi] ei G • **12** quae] quid V (– Wi) | oporteat] *add.* vos V • **13** ~ ei quidam V • **14** ei] illi C | supra G Co E • **15** si cui res abundant] non in abundantia cuiusquam W S V | eius *om.* G | non *om.* W S V • **16** cuiusdam] quidam G • **17** quod] quia St L Si C; qui P • **18** aedificabo] faciam W S V | omne triticum] omnia quae nata sunt mihi W S V • **19** epulare] laetare Wi • **20** praeparasti Wi • **21** fit] est W S V • **22** animae] *add.* vestrae V | corpori] *add.* vestro Co Wi

vestiamini. **23** Anima enim plus est quam esca, et corpus
quam vestimentum. **24** Considerate corvos quia non semi-
nant neque metunt, quibus non est cellarium neque hor-
reum, et Deus pascit illos; quanto magis vos pluris estis
volucribus. **25** Quis autem vestrum cogitando potest adicere
ad aetatem suam cubitum? **26** Si ergo neque, quod mini-
mum est, potestis, quid de ceteris solliciti estis? **27** Con-
siderate lilia quomodo crescunt: non laborant, neque nent;
dico autem vobis: Nec Salomon in omni gloria sua vestie-
batur sicut unum ex istis. **28** Si autem fenum, quod hodie in
agro est et cras in clibanum mittitur, Deus sic vestit, quanto
magis vos, pusillae fidei. **29** Et vos nolite quaerere quid
manducetis aut quid bibatis, et nolite solliciti esse. **30** Haec
enim omnia gentes mundi quaerunt; Pater autem vester
scit quoniam his indigetis. **31** Verumtamen quaerite regnum
eius; et haec adicientur vobis.

De thesauro in caelis: 12,32-34
(*32-34:* Mt 6,19-21)

32 Noli timere, pusillus grex, quia complacuit Patri ves-
tro dare vobis regnum. **33** Vendite, quae possidetis, et date 18,22 Mt 19,21
eleemosynam. Facite vobis sacculos, qui non veterescunt,
thesaurum non deficientem in caelis, quo fur non appropiat,
neque tinea corrumpit; **34** ubi enim thesaurus vester est,
ibi et cor vestrum erit.

Parabola de dispensatore fideli et de servo malo: 12,35-48
(*39-46:* Mt 24,43-51 Mc 13,33-37)

35 Sint lumbi vestri praecincti et lucernae ardentes, **36** et Mt 25,1
vos similes hominibus exspectantibus dominum suum,

22 vestiamini] induamini V • 23 enim *om.* W S V | corpus] *add.* plus V • 24 quia *om.* Wi | volucribus] illis W S V • 25 aetatem] staturam W S V | cubitum] *add.* unum W S V • 27 neque] non W S | vobis] *add.* quia E; *add.* quod Wi • 28 ~ est in agro V • 29 solliciti esse] in sublime tolli W S V • 30 enim] autem G Co St • 31 quaerite] *add.* primum V(~ primum quaerite E Wi) | eius] Dei W S V; *add.* et iustitiam eius V(- L P) | haec] *add.* omnia W S V • 32 nolite W S V • 33 date eleemosynam] facite misericordiam Wi | vobis *om.* Wi • 35 ardentes] *add.* in manibus vestris V (- G)

quando revertatur a nuptiis, ut, cum venerit et pulsaverit,
confestim aperiant ei. **37** Beati servi illi, quos cum venerit
dominus invenerit vigilantes. Amen dico vobis, quod prae-
cinget se et faciet illos discumbere, et transiens ministrabit
illis. **38** Et si venerit in secunda vigilia et si in tertia vigilia
venerit et ita invenerit, beati sunt illi. **39** Hoc autem scitote
1 Th 5,2 quia, si sciret pater familias qua hora fur veniret, non sine-
2 P 3,10 ret perfodi domum suam. **40** Et vos estote parati, quia, qua
hora non putatis, Filius hominis venit».

41 Ait autem Petrus: «Domine, ad nos dicis hanc para-
bolam an et ad omnes?». **42** Et dixit Dominus: «Quis putas
est fidelis dispensator et prudens, quem constituet dominus
super familiam suam, ut det illis in tempore tritici mensu-
ram? **43** Beatus ille servus, quem cum venerit dominus eius
Mt 25,21.23 invenerit ita facientem. **44** Vere dico vobis: Supra omnia,
quae possidet, constituet illum. **45** Quod si dixerit servus
ille in corde suo: "Moram facit dominus meus venire", et
coeperit percutere pueros et ancillas et edere et bibere et
inebriari, **46** veniet dominus servi illius in die, qua non
sperat, et hora, qua nescit, et dividet eum partemque eius
cum infidelibus ponet. **47** Ille autem servus, qui cognovit
voluntatem domini sui et non praeparavit vel non fecit se-
cundum voluntatem eius, vapulabit multis; **48** qui autem
non cognovit et fecit digna plagis, vapulabit paucis. Omni

38 illi] servi illi W S V • 39 quia] quoniam V | veniret] *add.* vigilaret utique et W S V | perfodiri W S • 40 veniet V • 41 autem] *add.* ei W S V | et *om.* E Wi • 42 et dixit] dixit autem W S V | constituit V | supra V (– E Wi) • 43 eius *om.* W S V • 44 vobis] *add.* quoniam V (– E Wi); *add.* quia W S E | super E Wi • 45 pueros] servos V • 46 dividet] dissecabit Wi • 47 non¹] *add.* se Co E Wi St Si | vel] et W S V | multas S • 48 cognoverit G

autem, cui multum datum est, multum quaeretur ab eo, et
cui commendaverunt multum, plus petent ab eo.

De pace et discidiis: 12,49-53
(*49-53:* Mt 10,34-36)

49 Ignem veni mittere in terram et quid volo? Si iam
accensus esset! **50** Baptisma autem habeo baptizari et quo- Mc 10,38s
modo coartor, usque dum perficiatur! **51** Putatis quia pa-
cem veni dare in terram? Non, dico vobis, sed separationem.
52 Erunt enim ex hoc quinque in domo una divisi: tres in
duo et duo in tres; **53** dividentur pater in filium et *filius in* Mch 7,6
patrem, mater in filiam et *filia in matrem*, socrus in nurum
suam et *nurus in socrum*».

De signis temporum: 12,54-57

54 Dicebat autem et ad turbas: «Cum videritis nubem
orientem ab occasu, statim dicitis: "Nimbus venit", et ita
fit; **55** et cum austrum flantem, dicitis: "Aestus erit", et fit. Mt 16,2s
56 Hypocritae, faciem terrae et caeli nostis probare, hoc
autem tempus quomodo nescitis probare? **57** Quid autem
et a vobis ipsis non iudicatis, quod iustum est?

De iudicio et de reconciliatione: 12,58-59
(*58-59:* Mt 5,25s)

58 Cum autem vadis cum adversario tuo ad principem,
in via da operam liberari ab illo, ne forte trahat te apud
iudicem, et iudex tradat te exactori, et exactor mittat te in

49 si iam accensus esset] nisi (+ ut V) accendatur W V; si accendatur S ● **50** baptismo V (– Co St; – G: baptismum) ● **51** quia] quod Wi | dare] mittere G Co E St ● **52** in duo] in duos V (– E; – Wi: contra duos) | in[3]] contra Wi ● **53** dividetur Wi | in[1–6]] contra Wi | patrem] *add.* suum W S V (– Wi) | socrum] *add.* suam W S V ● **54** et[1] *om.* G Co Wi St | fiet E ● **55** dicitis] *add.* quia W S V (– Wi) ● **56** ~ caeli et terrae V | nescitis probare] non probatis W S V ● **57** a] ex Wi ● **58** liberari] ut liberes Wi | apud] ad V

carcerem. **59** Dico tibi: Non exies inde, donec etiam novis-
simum minutum reddas».

De paenitentia omnibus necessaria: 13,1-9

13 Aderant autem quidam ipso in tempore nuntiantes
illi de Galilaeis, quorum sanguinem Pilatus miscuit
cum sacrificiis eorum. **2** Et respondens dixit illis: «Putatis
quod hi Galilaei prae omnibus Galilaeis peccatores fuerunt,
quia talia passi sunt? **3** Non, dico vobis, sed nisi paeniten-
tiam egeritis, omnes similiter peribitis. **4** Vel illi decem et
octo, supra quos cecidit turris in Siloam et occidit eos, pu-
tatis quia et ipsi debitores fuerunt praeter omnes homines
habitantes in Ierusalem? **5** Non, dico vobis, sed si non
paenitentiam egeritis, omnes similiter peribitis».
Mt 21,19 **6** Dicebat autem hanc similitudinem: «Arborem fici habe-
bat quidam plantatam in vinea sua et venit quaerens fruc-
tum in illa et non invenit. **7** Dixit autem ad cultorem vi-
neae: "Ecce anni tres sunt, ex quo venio quaerens fructum
in ficulnea hac, et non invenio. Succide ergo illam. Ut quid
etiam terram evacuat?". **8** At ille respondens dicit illi: "Do-
mine, dimitte illam et hoc anno, usque dum fodiam circa
illam et mittam stercora, **9** et siquidem fecerit fructum in
futurum; sin autem succides eam».

Iesus mulierem inclinatam sabbato curat: 13,10-17

10 Erat autem docens in una synagogarum sabbatis.
11 Et ecce mulier, quae habebat spiritum infirmitatis annis
decem et octo, et erat inclinata nec omnino poterat sursum
respicere. **12** Quam cum vidisset Iesus vocavit et ait illi:

59 exibis Wi
¶ 13.1 in *om.* E Wi | miscuerat Wi • 2 fuerint V • 3 egeritis] habueritis W S V • 4 vel] sicut W S V | Siloe V (– E: Siloa) | quia] quod Wi | fuerint V • 5 ~ paenitentiam non V (– G Co) | egeritis] habueritis V (– C) • 6 autem] *add.* et V (– Co L P) | hanc *om.* G • 7 evacuat] occupat W S V • 8 dixit W S G Co E Wi | dimitte] sine Wi • 9 fructum in futurum; sin autem] fructum; sin autem in futurum W S V • 10 una synagogarum] synagoga eorum W S V • 12 videret S V (– E Wi) | vocavit] *add.* (+ eam V) ad se W S V

«Mulier, dimissa es ab infirmitate tua», **13** et imposuit illi
manus; et confestim erecta est et glorificabat Deum.
14 Respondens autem archisynagogus, indignans quia
sabbato curasset Iesus, dicebat turbae: «Sex dies sunt, in Ex 20,9s
quibus oportet operari; in his ergo venite et curamini et non
in die sabbati». **15** Respondit autem ad illum Dominus et
dixit: «Hypocritae, unusquisque vestrum sabbato non solvit
bovem suum aut asinum a praesepio et ducit adaquare?
16 Hanc autem filiam Abrahae, quam alligavit Satanas ecce
decem et octo annis, non oportuit solvi a vinculo isto die
sabbati?». **17** Et cum haec diceret, erubescebant omnes ad-
versarii eius, et omnis populus gaudebat in universis, quae
gloriose fiebant ab eo.

Parabola de grano sinapis: 13,18-19
(*18-19:* Mt 13,31s Mc 4,30-32)

18 Dicebat ergo: «Cui simile est regnum Dei, et cui simile
existimabo illud? **19** Simile est grano sinapis, quod accep-
tum homo misit in hortum suum, et crevit et factum est in
arborem, et volucres caeli requieverunt in ramis eius». Dn 4,8s.18 Ez 17,23

Parabola de fermento: 13,20-21
(*20-21:* Mt 13,33)

20 Et iterum dixit: «Cui simile aestimabo regnum Dei?
21 Simile est fermento, quod acceptum mulier abscondit in 1 K 5,6 G 5,9
farinae sata tria, donec fermentaretur totum».

De conversatione nova in regno Dei: 13,22–19,27
De porta angusta et de ostio clauso: 13,22-30

22 Et ibat per civitates et castella docens et iter faciens in
Hierosolymam. **23** Ait autem illi quidam: «Domine, pauci
sunt, qui salvantur?». Ipse autem dixit ad illos: **24** «Contendi-
te intrare per angustam portam, quia multi, dico vobis, quae- Mt 7,13s

12 dimissa] liberata Wi ● 14 quia] quod Wi | sabbato] sabbatis G St ● 15 respondens V (– Wi) | Dominus et dixit] Dominus dixit V (– Co: dixit Dominus; – Wi) | hypocrita L P | adaquandum Wi ● 17 ~ haec cum Co ● 18 simile[2]] *add.* esse W S E | existimabo] aestimabo V ● 19 arborem] *add.* magnam W S V ● 22 in] versus Wi | Ierusalem W S V ● 23 pauci] si pauci W S V (– Wi: an pauci) ● 24 quaerunt W S G E

Mt 25,10-12 rent intrare et non poterunt. **25** Cum autem surrexerit pater
familias et clauserit ostium, et incipietis foris stare et pulsare
ostium dicentes: "Domine, aperi nobis"; et respondens
dicet vobis: "Nescio vos unde sitis". **26** Tunc incipietis di-
cere: "Manducavimus coram te et bibimus, et in plateis
nostris docuisti"; **27** et dicet loquens vobis: "Nescio vos
Ps 6,9 Mt 7,23 unde sitis; discedite a me, omnes operarii iniquitatis". **28** Ibi
Mt 8,11 s erit fletus et stridor dentium, cum videritis Abraham et
Isaac et Iacob et omnes prophetas in regno Dei, vos autem
expelli foras. **29** Et venient ab oriente et occidente et aqui-
lone et austro et accumbent in regno Dei. **30** Et ecce sunt
Mt 19,30; 20,16 Mc 10,31 novissimi, qui erunt primi, et sunt primi, qui erunt novis-
simi».

Suprema facta in Galilaea et vaticinium de Ierusalem: 13,31-35
(34-35: Mt 23,37-39)

31 In ipsa hora accesserunt quidam pharisaeorum dicen-
tes illi: «Exi et vade hinc, quia Herodes vult te occidere».
32 Et ait illis: «Ite, dicite vulpi illi: "Ecce eicio daemonia
et sanitates perficio hodie et cras et tertia consummor.
33 Verumtamen oportet me hodie et cras et sequenti ambu-
lare, quia non capit prophetam perire extra Ierusalem".

34 Ierusalem, Ierusalem, quae occidis prophetas et lapi-
das eos, qui missi sunt ad te, quotiens volui congregare
filios tuos, quemadmodum avis nidum suum sub pinnis, et

25 surrexerit] intraverit W S V | et[2] *om.* Co Wi St Si C | pulsare] *add.* ad Co E Wi ● 27 loquens *om.* W S V ● 30 erunt[1+2]] erant Co E Wi St Si ● 31 hora] die W S V ● 32 ite] *add.* et V | tertia] *add.* die V ● 33 sequenti] *add.* die V (- G) ● 34 missi sunt] mittuntur W S V | avis] gallina Wi

noluistis. **35** Ecce *relinquitur vobis domus vestra*. Dico autem Jr 12,7; 22,5 Ps 69,26
vobis: Non videbitis me, donec veniat cum dicetis: "*Bene-*
dictus, qui venit in nomine Domini"». Ps 118,26 Mt 21,9 Mc 11,9

Hydropicum sabbato curat: 14,1-6

14 Et factum est cum intraret in domum cuiusdam prin-
cipis pharisaeorum sabbato manducare panem, et
ipsi observabant eum. **2** Et ecce homo quidam hydropicus
erat ante illum. **3** Et respondens Iesus dixit ad legis peritos
et pharisaeos dicens: «Licet sabbato curare an non?». **4** At
illi tacuerunt. Ipse vero apprehensum sanavit eum ac di-
misit. **5** Et ad illos dixit: «Cuius vestrum filius aut bos in
puteum cadet, et non continuo extrahet illum die sabbati?».
6 Et non poterant ad haec respondere illi.

Ad humilitatem hortatur: 14,7-11

7 Dicebat autem ad invitatos parabolam, intendens quo- 20,46 Mt 23,6
modo primos accubitus eligerent, dicens ad illos: **8** «Cum
invitatus fueris ab aliquo ad nuptias, non discumbas in
primo loco, ne forte honoratior te sit invitatus ab eo, **9** et
veniens is qui te et illum vocavit, dicat tibi: "Da huic lo-
cum"; et tunc incipias cum rubore novissimum locum te-
nere. **10** Sed cum vocatus fueris, vade, recumbe in novis-
simo loco, ut, cum venerit qui te invitavit, dicat tibi: "Amice,
ascende superius"; tunc erit tibi gloria coram omnibus si-
mul discumbentibus. **11** Quia omnis, qui se exaltat, humi- 18,14 Mt 23,12
liabitur; et, qui se humiliat, exaltabitur».

34 noluisti W S V (– Wi) ● **35** relinquetur V | vestra] *add.* deserta V | vobis[2]] *add.* quia W S V (– Wi: *add.* quod) | veniat] *add.* tempus Wi

¶ **14.1** intraret] *add.* Iesus V; introisset V (– L P C) | manducare] ad manducandum Wi ● **2** homo *om.* G ● **3** licet] si licet W S V | an non *om.* W S V ● **5** et[1]] *add.* respondens W S V | ad illos *om.* Wi | filius] asinus W S V ● **7** autem] *add.* et W S V ● **8** ab aliquo *om.* W S V | eo] illo V ● **9** tenere] habere Wi ● **10** omnibus *om.* W S V

Qui homines ad cenam sint invitandi: 14,12-14

12 Dicebat autem et ei, qui se invitaverat: «Cum facis prandium aut cenam, noli vocare amicos tuos neque fratres tuos neque cognatos neque vicinos divites, ne forte et ipsi te reinvitent et fiat tibi retributio. **13** Sed cum facis convivium, voca pauperes, debiles, claudos, caecos; **14** et beatus eris, quia non habent retribuere tibi. Retribuetur enim tibi in resurrectione iustorum».

Parabola de cena magna: 14,15-24
(*15-24*: Mt 22,1-10)

15 Haec cum audisset quidam de simul discumbentibus, dixit illi: «Beatus, qui manducabit panem in regno Dei». **16** At ipse dixit ei: «Homo quidam fecit cenam magnam et vocavit multos; **17** et misit servum suum hora cenae dicere invitatis: "Venite, quia iam paratum est". **18** Et coeperunt simul omnes excusare. Primus dixit ei: "Villam emi et necesse habeo exire et videre illam; rogo te, habe me excusatum". **19** Et alter dixit: "Iuga boum emi quinque et eo probare illa; rogo te, habe me excusatum". **20** Et alius dixit: "Uxorem duxi et ideo non possum venire". **21** Et reversus servus nuntiavit haec domino suo. Tunc iratus pater familias dixit servo suo: "Exi cito in plateas et vicos civitatis et pauperes ac debiles et caecos et claudos introduc huc". **22** Et ait servus: "Domine, factum est ut imperasti, et adhuc locus est". **23** Et ait dominus servo: "Exi in vias et saepes, et compelle intrare, ut impleatur domus mea. **24** Dico autem vobis quod nemo virorum illorum, qui vocati sunt, gustabit cenam meam"».

12 vicinos] *add.* neque E St; *add.* et Wi | ~ te et ipsi St L P Si C ● **13** claudos] *add.* et V (– Wi) ● **14** quia] quod Wi | enim] autem G ● **15** manducat Co Wi ● **17** dicere] ut diceret Wi | venite] ut venirent W S V (– Wi) | paratum est] parata sunt omnia W S V ● **18** habeo] mihi est Wi ● **19** probare] ad probandum Wi ● **20** ~ venire non possum Wi ● **24** quod] quia Co

Quomodo Christum sequi oporteat: 14,25-35
(*26-27:* Mt 10,37-39 *34-35:* Mt 5,13 Mc 9,50)

25 Ibant autem turbae multae cum eo, et conversus dixit
ad illos: **26** «Si quis venit ad me et non odit patrem suum
et matrem et uxorem et filios et fratres et sorores, adhuc et
animam suam, non potest esse meus discipulus. **27** Et, qui
non baiulat crucem suam et venit post me, non potest esse 9,23 Mt 16,24 Mc 8,34
meus discipulus.
28 Quis enim ex vobis volens turrem aedificare, non prius
sedens computat sumptus, si habet ad perficiendum? **29** Ne,
posteaquam posuerit fundamentum et non potuerit perfi-
cere, omnes, qui vident, incipiant illudere ei **30** dicentes:
"Hic homo coepit aedificare et non potuit consummare".
31 Aut quis rex, iturus committere bellum adversus alium
regem, non sedens prius cogitat si possit cum decem milibus
occurrere ei, qui cum viginti milibus venit ad se? **32** Alioquin,
adhuc illo longe agente, legationem mittens rogat ea, quae
pacis sunt. **33** Sic ergo omnis ex vobis, qui non renuntiat
omnibus, quae possidet, non potest meus esse discipulus.
34 Bonum est sal; si autem sal quoque evanuerit, in quo
condietur? **35** Neque in terram neque in sterquilinium utile
est, sed foras proiciunt illud. Qui habet aures audiendi, Mt 11,15
audiat».

Parabola de ove perdita et de drachma reperta: 15,1-10
(*4-7:* Mt 18,12-14)

15 Erant autem appropinquantes ei omnes publicani et 5,29s; 7,34; 19,7 Mt 9,10s Mc 2,15s
peccatores, ut audirent illum. **2** Et murmurabant pha-
risaei et scribae dicentes: «Hic peccatores recipit et mandu-

26 adhuc] *add.* autem W S V | ~ meus esse discipulus V; ~ meus discipulus esse W • **27** ~ meus esse V • **28** non] nonne Co E St | sumptus] *add.* qui necessarii sunt W S V (– Wi: qui sumptus necessarii sunt) | habeat V • **29** postquam Co E St • **30** dicentes] *add.* quia W S V (– Wi) • **31** quis] qui S | committere] ut committat Wi | posset G • **34** autem *om.* E | quoque *om.* Co L P Si C | evanuerit, in quo] infatuatum fuerit quo Wi • **35** proiciunt illud] mittetur W S V
¶ **15.1** omnes *om.* W S V • **2** ~ scribae et pharisaei E Wi | dicentes] *add.* quia W S V (– Wi)

J 10,11-15 cat cum illis». **3** Et ait ad illos parabolam istam dicens:
4 «Quis ex vobis homo, qui habet centum oves, et si perdi-
derit unam ex illis, nonne dimittit nonaginta novem in de-
serto et vadit ad illam, quae perierat, donec inveniat illam?
5 Et cum invenerit eam, imponit in umeros suos gaudens
6 et veniens domum convocat amicos et vicinos dicens illis:
“Congratulamini mihi, quia inveni ovem meam, quae perie-
rat”. **7** Dico vobis: Ita gaudium erit in caelo super uno pec-
catore paenitentiam agente quam super nonaginta novem
iustis, qui non indigent paenitentia.

8 Aut quae mulier habens drachmas decem, si perdiderit
drachmam unam, nonne accendit lucernam et everrit do-
mum et quaerit diligenter, donec inveniat? **9** Et cum in-
venerit, convocat amicas et vicinas dicens: “Congratula-
mini mihi, quia inveni drachmam, quam perdideram”.
10 Ita dico vobis: Gaudium fit coram angelis Dei super uno
peccatore paenitentiam agente».

Parabola de filio prodigo: 15,11-32

Mt 21,28 **11** Ait autem: «Homo quidam habebat duos filios. **12** Et
dixit adulescentior ex illis patri: “Pater, da mihi portionem
substantiae, quae me contingit”. Et divisit illis substantiam.
13 Et non post multos dies, congregatis omnibus, adules-
centior filius peregre profectus est in regionem longinquam
et ibi dissipavit substantiam suam vivendo luxuriose. **14** Et
postquam omnia consummasset, facta est fames valida in
regione illa, et ipse coepit egere. **15** Et abiit et adhaesit uni
civium regionis illius, et misit illum in villam suam, ut pas-
ceret porcos; **16** et cupiebat saturari de siliquis, quas porci

3 et ait] quis G • 4 quis] et ait G; *add.* est Wi | illam[2]] eam V • 7 vobis] *add.* quod W S V (– G: quod *post* ita) | agente] habente W S | quam] magis quam Wi | super[2]] supra G Co • 8 everrit] verrit Wi; evertit V (– Co Wi C) | inveniat] *add.* eam G Co E St Si • 10 fit] erit W S V • 11 habuit W S V • 12 substantiae] *add.* meae Co • 14 consummasset] consumpsisset Wi • 16 saturari] implere ventrem suum W S V

manducabant, et nemo illi dabat. **17** In se autem reversus
dixit: "Quanti mercennarii patris mei abundant panibus,
ego autem hic fame pereo. **18** Surgam et ibo ad patrem
meum et dicam illi: Pater, peccavi in caelum et coram te
19 et iam non sum dignus vocari filius tuus; fac me sicut
unum de mercennariis tuis". **20** Et surgens venit ad patrem
suum.

Cum autem adhuc longe esset, vidit illum pater ipsius et
misericordia motus est et accurrens cecidit supra collum
eius et osculatus est illum. **21** Dixitque ei filius: "Pater,
peccavi in caelum et coram te; iam non sum dignus vocari
filius tuus". **22** Dixit autem pater ad servos suos: "Cito pro-
ferte stolam primam et induite illum et date anulum in ma-
num eius et calceamenta in pedes **23** et adducite vitulum
saginatum, occidite et manducemus et epulemur, **24** quia
hic filius meus mortuus erat et revixit, perierat et inventus
est". Et coeperunt epulari.

25 Erat autem filius eius senior in agro et, cum veniret et
appropinquaret domui, audivit symphoniam et choros, **26** et
vocavit unum de servis et interrogavit quae haec essent.
27 Isque dixit illi: "Frater tuus venit, et occidit pater tuus
vitulum saginatum, quia salvum illum recepit". **28** Indigna-
tus est autem et nolebat introire. Pater ergo illius egressus
coepit rogare illum. **29** At ille respondens dixit patri suo:
"Ecce tot annis servio tibi et numquam mandatum tuum
praeterii, et numquam dedisti mihi haedum, ut cum amicis

17 quanti] quam multi Wi | mercennarii] *add.* in domo V (- Wi L P) • 18 illi] ei V • 19 et *om.* V (- Wi) • 20 super V | illum^{2}] eum V • 22 cito *om.* Wi | in manu E Wi | calceamentum St | pedes] *add.* eius V (- Wi) • 23 et occidite W S V | epulemur] laetemur Wi • 24 erat] fuerat G | epulari] laetari Wi • 25 symphoniam] concentum Wi | choros] chorum W S V (- Wi) • 26 quae] quid V (- E Wi) • 29 servivi Wi

meis epularer, **30** sed postquam filius tuus hic, qui devoravit
substantiam tuam cum meretricibus, venit, occidisti illi vitu-
lum saginatum”. **31** At ipse dixit illi: “Fili, tu semper me-
cum es, et omnia mea tua sunt; **32** epulari autem et gaudere
oportebat, quia frater tuus hic mortuus erat et revixit,
perierat et inventus est”».

Parabola de vilico iniquitatis: 16,1-8

16 Dicebat autem et ad discipulos: «Homo quidam erat
dives, qui habebat vilicum, et hic diffamatus est apud
illum quasi dissipasset bona ipsius. **2** Et vocavit illum et ait
illi: “Quid hoc audio de te? Redde rationem vilicationis
tuae; iam enim non poteris vilicare”. **3** Ait autem vilicus
intra se: “Quid faciam, quia dominus meus aufert a me
vilicationem? Fodere non valeo, mendicare erubesco. **4** Scio
quid faciam, ut, cum amotus fuero a vilicatione, recipiant
me in domos suas”. **5** Convocatis itaque singulis debitoribus
domini sui, dicebat primo: “Quantum debes domino meo?”.
6 At ille dixit: “Centum cados olei”. Dixitque illi: “Accipe
cautionem tuam et sede cito, scribe quinquaginta”. **7** Deinde
alii dixit: “Tu vero quantum debes?”. Qui ait: “Centum
coros tritici”. Ait illi: “Accipe litteras tuas et scribe octo-
ginta”. **8** Et laudavit dominus vilicum iniquitatis, quia pru-
denter fecisset, quia filii huius saeculi prudentiores filiis lucis
in generatione sua sunt.

29 meis epularer] laetarer Wi ● 30 ~ hic filius tuus E Wi | tuam] suam W S V ● 32 epulari] laetari Wi

¶ 16.1 discipulos] *add.* suos W S V | vilicum] dispensatorem Wi | ipsius] illius Co E Wi ● 2 vilicationis] dispensationis Wi | iam] ultra Wi | vilicare] dispensare Wi ● 3 vilicus] dispensator Wi | vilicationem] dispensationem Wi ● 4 vilicatione] dispensatione Wi ● 6 cados] batos Wi ● 7 alii] alio W S G Co E Si | litteras tuas] cautionem tuam Wi ● 8 vilicum] dispensatorem Wi

Quomodo divitiis utendum sit: 16,9-13
(*13:* Mt 6,24)

9 Et ego vobis dico: Facite vobis amicos de mammona iniquitatis, ut, cum defecerit, recipiant vos in aeterna tabernacula.

10 Qui fidelis est in minimo, et in maiori fidelis est; et qui 19,17 Mt 25,21
in modico iniquus est, et in maiori iniquus est.

11 Si ergo in iniquo mammona fideles non fuistis, quod
verum est, quis credet vobis? **12** Et si in alieno fideles non
fuistis, quod vestrum est, quis dabit vobis?

13 Nemo servus potest duobus dominis servire: aut enim unum odiet et alterum diliget, aut uni adhaerebit et alterum contemnet. Non potestis Deo servire et mammonae».

Iesus pharisaeos confutat: 16,14-15

14 Audiebant autem omnia haec pharisaei, qui erant
avari, et deridebant illum. **15** Et ait illis: «Vos estis qui
iustificatis vos coram hominibus; Deus autem novit corda Mt 23,28
vestra, quia, quod hominibus altum est, abominatio est ante
Deum.

De lege et de repudio: 16,16-18
(*18:* Mt 5,32; 19,9 Mc 10,11)

16 Lex et Prophetae usque ad Ioannem; ex tunc regnum Mt 11,12s
Dei evangelizatur, et omnis in illud vim facit.

17 Facilius est autem caelum et terram praeterire, quam Mt 5,18
de Lege unum apicem cadere.

18 Omnis, qui dimittit uxorem suam et ducit alteram, 1 K 7,10s
moechatur; et qui dimissam a viro ducit, moechatur.

Parabola de epulone divite et de Lazaro mendico: 16,19-31

19 Homo quidam erat dives et induebatur purpura et
bysso et epulabatur cotidie splendide. **20** Quidam autem
pauper nomine Lazarus iacebat ad ianuam eius ulceribus
plenus **21** et cupiens saturari de his, quae cadebant de mensa

9 defeceritis W S V • 11 credat P • 13 odiet] odio habebit Wi • 15 iustificastis G • 16 tunc] eo W S V • 18 dimittit] relinquit Wi | ~ alteram ducit V • 19 et[1]] qui V (– Wi L P) • 20 quidam autem pauper] et erat quidam mendicus W S V | Lazarus] *add.* qui W S V • 21 et[1] *om.* W S V | his] micis W S V

divitis; sed et canes veniebant et lingebant ulcera eius.
22 Factum est autem ut moreretur pauper et portaretur ab
angelis in sinum Abrahae; mortuus est autem et dives et
sepultus est. 23 Et in inferno elevans oculos suos cum esset
in tormentis, videbat Abraham a longe et Lazarum in sinu
eius. 24 Et ipse clamans dixit: "Pater Abraham, miserere
mei et mitte Lazarum, ut intingat extremum digiti sui in
aquam, ut refrigeret linguam meam, quia crucior in hac
flamma". 25 At dixit Abraham: "Fili, recordare quia rece-
pisti bona tua in vita tua, et Lazarus similiter mala; nunc
autem hic consolatur, tu vero cruciaris. 26 Et in his omnibus
inter nos et vos chaos magnum firmatum est, ut hi, qui
volunt hinc transire ad vos, non possint, neque inde ad nos
transmeare". 27 Et ait: "Rogo ergo te, Pater, ut mittas eum
in domum patris mei 28 – habeo enim quinque fratres – ut
testetur illis, ne et ipsi veniant in locum hunc tormentorum".
29 Ait autem Abraham: "Habent Moysen et Prophetas;
audiant illos". 30 At ille dixit: "Non, pater Abraham, sed
si quis ex mortuis ierit ad eos, paenitentiam agent". 31 Ait
autem illi: "Si Moysen et Prophetas non audiunt, neque si
quis ex mortuis resurrexerit, credent"».

Pusilli non scandalizandi: 17,1-3a
(*1-2:* Mt 18,6s Mc 9,42)

17 Et ad discipulos suos ait: «Impossibile est ut non
veniant scandala; vae autem illi, per quem veniunt!
2 Utilius est illi si lapis molaris imponatur circa collum eius

21 divitis] *add.* et nemo illi dabat V (– L P) ● 22 pauper] mendicus W S V | sepultus est] *add.* in inferno W S V ● 23 et ... elevans] elevans autem (– S) W S V | vidit V ● 24 in aqua S | ut[2]] et Wi ● 25 at dixit] et dixit illi W S V | tua[1] *om.* W S V ● 26 in his omnibus] super haec omnia Wi | chaos] chasma S | possunt G | ad nos] huc W S V ● 28 ~ hunc locum V ● 29 ait autem] et ait illi W S V
¶ 17.1 ~ ait ad discipulos suos V (– G)

et proiciatur in mare, quam ut scandalizet unum de pusillis
istis. 3 Attendite vobis!

De peccatis fratrum dimittendis: 17,3b-4

Si peccaverit frater tuus, increpa illum, et si paeniten- Lv 19,17 Mt 18,15.21s
tiam egerit, dimitte illi; 4 et si septies in die peccaverit in te
et septies conversus fuerit ad te dicens: "Paenitet me", di-
mittes illi».

De virtute fidei: 17,5-6

5 Et dixerunt apostoli Domino: «Adauge nobis fidem!».
6 Dixit autem Dominus: «Si haberetis fidem sicut granum Mt 17,20; 21,21 Mc 11,23
sinapis, diceretis huic arbori moro: "Eradicare et trans-
plantare in mare", et oboediret vobis.

Parabola de servo inutili: 17,7-10

7 Quis autem vestrum habens servum arantem aut pas-
centem, qui regresso de agro dicet illi: "Statim transi, re-
cumbe", 8 et non dicet ei: "Para, quod cenem, et praecinge
te et ministra mihi, donec manducem et bibam, et post haec
tu manducabis et bibes"? 9 Numquid gratiam habet servo
illi, quia fecit, quae praecepta sunt? 10 Sic et vos, cum
feceritis omnia, quae praecepta sunt vobis, dicite: "Servi
inutiles sumus; quod debuimus facere, fecimus"».

Samaritanus mundatus gratias agit: 17,11-19

11 Et factum est dum iret in Ierusalem, et ipse transibat Mc 9,30
per mediam Samariam et Galilaeam. 12 Et cum ingrederetur
quoddam castellum, occurrerunt ei decem viri leprosi, qui
steterunt a longe, 13 et levaverunt vocem dicentes: «Iesu

3 peccaverit] *add.* in te V | remitte Wi • 4 septies[2]] *add.* in die W S V (– Wi) | dimitte W S V (– Wi: remitte) • 6 habueritis V (– Wi L P) | dicetis Co E St Si C; et diceretis Wi | et[2] *om.* Wi | oboediet Co E St Si C • 7 aut] et Wi | pascentem] *add.* boves G Co E St Si | dicat V | transi] *add.* et Co E Wi St • 8 dicat Co E Si C; dicit G Wi St L P | ei *om.* G E St • 9 praecepta sunt] sibi (ei V) imperaverat: Non puto W S V • 11 et ipse *om.* W S V | transiebat G

praeceptor, miserere nostri!». 14 Quos ut vidit, dixit: «Ite,
Lv 13,49; 14,2-32 ostendite vos sacerdotibus». Et factum est dum irent, mun-
5,14 dati sunt. 15 Unus autem ex illis, ut vidit quia sanatus est,
regressus est cum magna voce magnificans Deum 16 et
cecidit in faciem ante pedes eius gratias agens ei; et hic erat
Samaritanus. 17 Respondens autem Iesus dixit: «Nonne
decem mundati sunt? Et novem ubi sunt? 18 Non sunt in-
venti qui redirent, ut darent gloriam Deo, nisi hic alieni-
7,50; 8,48; 18,42 Mt 9,22 gena?». 19 Et ait illi: «Surge, vade; fides tua te salvum
Mc 5,34; 10,52 fecit».

De adventu regni Dei: 17,20-21

20 Interrogatus autem a pharisaeis: «Quando venit reg-
num Dei?», respondit eis et dixit: «Non venit regnum Dei
cum observatione, 21 neque dicent: "Ecce hic" aut: "Illic";
11,20 Mt 12,28 ecce enim regnum Dei intra vos est».

De adventu Filii hominis: 17,22-37

21,7-36 22 Et ait ad discipulos: «Venient dies, quando desideretis
videre unum diem Filii hominis et non videbitis. 23 Et di-
Mt 24,23-27 Mc 13,21 cent vobis: "Ecce hic", "Ecce illic"; nolite ire neque secte-
mini. 24 Nam sicut fulgur coruscans de sub caelo in ea,
quae sub caelo sunt, fulget, ita erit Filius hominis in die sua.
9,22.44; 18,32 25 Primum autem oportet illum multa pati et reprobari a
Gn 6,11-13; 7,7-23 generatione hac. 26 Et sicut factum est in diebus Noe, ita
Mt 24,37-39 erit et in diebus Filii hominis: 27 edebant, bibebant, uxores
ducebant, dabantur ad nuptias, usque in diem, qua intravit
Gn 7,7 2P 2,5 Noe in arcam, et venit diluvium et perdidit omnes. 28 Simi-
Gn 18,20 liter sicut factum est in diebus Lot: edebant, bibebant,

15 quia] quod Wi | sanatus] mundatus W S V | magnificans] glorificans Wi ● 16 ei *om.* W S V ● 18 non est inventus qui rediret et daret W S V ● 19 vade] *add.* quia W S V ● 20 respondit eis et] respondens eis V (– Wi L P) | venit[2]] veniet G Co E Wi St ● 21 illic] ecce illic W S V ● 22 discipulos] *add.* suos V | desiderabitis Wi ● 23 hic] *add.* et V ● 24 de *om.* Co | de sub caelo ... sunt] e regione quae sub caelo est in alteram quae sub caelo est Wi ● 27 edebant] *add.* et W S V | ducebant] *add.* et W S V ● 28 edebant] *add.* et W S V | bibebant] *add.* et G

emebant, vendebant, plantabant, aedificabant; **29** qua die
autem exiit Lot a Sodomis, pluit ignem et sulphur de caelo Gn 19,15.23s 2P 2,7
et omnes perdidit. **30** Secundum haec erit, qua die Filius
hominis revelabitur. **31** In illa die, qui fuerit in tecto et vasa Mt 24,17s
eius in domo, ne descendat tollere illa, et qui in agro, simi- Mc 13,15s
liter non redeat retro. **32** Memores estote uxoris Lot.
33 Quicumque quaesierit animam suam salvam facere, per- 9,24 Mt 10,39; 16,25 Mc 8,35
det illam; et, quicumque perdiderit illam, vivificabit eam. J 12,25
34 Dico vobis: Illa nocte erunt duo in lecto uno: unus assu-
metur, et alter relinquetur; **35** duae erunt molentes in unum: Mt 24,41
una assumetur, et altera relinquetur». (36)
37 Respondentes dicunt illi: «Ubi, Domine?». Qui dixit
eis: «Ubicumque fuerit corpus, illuc congregabuntur et Mt 24,28
aquilae».

Parabola de iudice iniquitatis et de vidua: 18,1-8

18 Dicebat autem parabolam ad illos quoniam oportet
semper orare et non deficere, **2** dicens: «Iudex quidam
erat in quadam civitate, qui Deum non timebat et hominem
non reverebatur. **3** Vidua autem erat in civitate illa et venie-
bat ad eum dicens: "Vindica me de adversario meo". **4** Et
nolebat per multum tempus; post haec autem dixit intra
se: "Etsi Deum non timeo nec hominem revereor, **5** tamen

28 emebant] *om.* G; *add.* et W S V (– G) | plantabant] *add.* et W V • 29 ~ autem die Wi • 31 die] hora W S V (– Co Wi) | descendet G • 33 salvam facere] salvare S | quicumque[2]] qui S • 34 in illa nocte V • 35 in unum] simul Wi • 36 duo in agro: unus assumetur et alter relinquetur W S V (– Wi) • 37 eis] illis V | illuc] illic Co Wi | et *om.* W S

¶ 18.1 autem] *add.* et W S V • 2 verebatur S • 3 autem] *add.* quaedam W S V

quia molesta est mihi haec vidua, vindicabo illam, ne in
novissimo veniens suggillet me"». 6 Ait autem Dominus:
«Audite quid iudex iniquitatis dicit; 7 Deus autem non
faciet vindictam electorum suorum clamantium ad se die
ac nocte, et patientiam habebit in illis? 8 Dico vobis: Cito
faciet vindictam illorum. Verumtamen Filius hominis ve-
niens, putas, inveniet fidem in terra?».

Parabola de pharisaeo et de publicano: 18,9-14

9 Dixit autem et ad quosdam, qui in se confidebant tam-
quam iusti et aspernabantur ceteros, parabolam istam:
10 «Duo homines ascenderunt in templum, ut orarent: unus
pharisaeus et alter publicanus. 11 Pharisaeus stans haec
apud se orabat: "Deus, gratias ago tibi quia non sum sicut
ceteri hominum, raptores, iniusti, adulteri, velut etiam hic
Mt 23,23 publicanus; 12 ieiuno bis in sabbato, decimas do omnium,
quae possideo". 13 Et publicanus a longe stans nolebat nec
oculos ad caelum levare, sed percutiebat pectus suum di-
Ps 51,3 cens: "Deus, propitius esto mihi peccatori". 14 Dico vobis:
Descendit hic iustificatus in domum suam ab illo. Quia
14,11 Mt 23,12 omnis, qui se exaltat, humiliabitur; et, qui se humiliat, exal-
tabitur».

Parvulis manus imponit: 18,15-17
(*15-17:* Mt 19,13-15 Mc 10,13-16)

15 Afferebant autem ad illum et infantes, ut eos tangeret;
quod cum viderent, discipuli increpabant illos. 16 Iesus
autem convocans illos dixit: «Sinite pueros venire ad me et
nolite eos vetare; talium est enim regnum Dei. 17 Amen

8 dico] *add.* autem Co E Wi | vobis] *add.* quia W S V • 9 et[1] *om.* G | istam] *add.* dicens Co E Wi St Si • 10 ascendebant V (– E Wi C) • 11 vel ut S • 14 dico] amen dico E Wi | ab] prae Wi • 15 et *om.* Wi • 16 vetare] prohibere Wi | ~ vetare eos V | ~ enim est Wi

dico vobis: Quicumque non acceperit regnum Dei sicut Mt 18,3
puer, non intrabit in illud».

De divite et de mercede renuntiationis: 18,18-30
(*18-30:* Mt 19,18-30 Mc 10,17-31)

18 Et interrogavit eum quidam princeps dicens: «Magis- 10,25
ter bone, quid faciens vitam aeternam possidebo?». **19** Di-
xit autem ei Iesus: «Quid me dicis bonum? Nemo bonus nisi
solus Deus. **20** Mandata nosti: *non moechaberis, non occides,* Dt 6,4 | Ex 20,12-16
non furtum facies, non falsum testimonium dices, honora pa- Dt 5,16-20
trem tuum et matrem». **21** Qui ait: «Haec omnia custodivi a
iuventute». **22** Quo audito Iesus ait ei: «Adhuc unum tibi
deest: omnia, quaecumque habes, vende et da pauperibus 12,33
et habebis thesaurum in caelo et veni, sequere me». **23** His Mt 8,22
ille auditis, contristatus est, quia dives erat valde. **24** Videns
autem illum Iesus tristem factum dixit: «Quam difficile, qui
pecunias habent, in regnum Dei intrant. **25** Facilius est
enim camelum per foramen acus transire, quam divitem
intrare in regnum Dei». **26** Et dixerunt, qui audiebant: «Et
quis potest salvus fieri?». **27** Ait autem illis: «Quae impos-
sibilia sunt apud homines, possibilia sunt apud Deum». Gn 18,14 Job 42,2
28 Ait autem Petrus: «Ecce nos dimisimus nostra et se- 1,37
cuti sumus te». **29** Qui dixit eis: «Amen dico vobis: Nemo
est, qui reliquit domum aut uxorem aut fratres aut parentes
aut filios propter regnum Dei, **30** et non recipiat multo plura

20 ~ non occides non moechaberis W S V • 21 iuventute] *add.* mea W S V • 22 ~ tibi unum Wi • 24 ~ Iesus illum V | intrabunt W S V • 27 autem *om.* W S V • 28 nostra] omnia W S V • 29 relinquit E Wi | ~ aut parentes aut fratres aut uxorem W S V

in hoc tempore et in saeculo venturo vitam aeternam».

Tertia Passionis et Resurrectionis praedictio: 18,31-34
(*31-34:* Mt 20,17-19 Mc 10,32-34)

31 Assumpsit autem Duodecim et ait illis: «Ecce ascen-
dimus Ierusalem, et consummabuntur omnia, quae scripta
sunt per Prophetas de Filio hominis: **32** tradetur enim gen-
9,22.44; 17,25 tibus et illudetur et contumeliis afficietur et conspuetur,
24,6s **33** et, postquam flagellaverint, occident eum, et die tertia
9,45 resurget». **34** Et ipsi nihil horum intellexerunt; et erat ver-
bum istud absconditum ab eis, et non intellegebant, quae
dicebantur.

Caecus prope Iericho sanatur: 18,35-43
(*35-43:* Mt 20,29-34 Mc 10,46-52)

35–43: Mt 9,27-31 **35** Factum est autem cum appropinquaret Iericho, caecus
quidam sedebat secus viam mendicans. **36** Et cum audiret
turbam praetereuntem, interrogabat quid hoc esset. **37** Di-
xerunt autem ei: «Iesus Nazarenus transit». **38** Et clamavit
dicens: «Iesu, fili David, miserere mei!». **39** Et qui praeibant,
increpabant eum, ut taceret; ipse vero multo magis clama-
bat: «Fili David, miserere mei!». **40** Stans autem Iesus
iussit illum adduci ad se. Et cum appropinquasset, inter-
rogavit illum: **41** «Quid tibi vis faciam?». At ille dixit: «Do-
7,50; 8,48 Mt 9,22 mine, ut videam». **42** Et Iesus dixit illi: «Respice! Fides tua
Mc 5,34 te salvum fecit». **43** Et confestim vidit et sequebatur illum
magnificans Deum. Et omnis plebs, ut vidit, dedit laudem
Deo.

Iesus in domo Zacchaei publicani: 19,1-10

19 Et ingressus perambulabat Iericho. **2** Et ecce vir no-
mine Zacchaeus, et hic erat princeps publicanorum et
ipse dives. **3** Et quaerebat videre Iesum quis esset, et non
poterat prae turba, quia statura pusillus erat. **4** Et prae-

30 venturo] futuro Co E Wi St • **31** autem] *add.* Iesus W S V | Ierusalem] Hierosolymam V; Hierosolyma W S • **32** contumeliis afficietur] flagellabitur W S V • **33** ~ tertia die St L P Si C • **34** et erat] erat autem E Wi • **37** ei] *add.* quod W S V | transiret W S V • **41** quid] dicens: Quid W S V | faciam] ut faciam Wi • **42** illi] ei G Co E Wi • **43** magnificans] glorificans Wi
¶ **19.2** ~ princeps erat V

currens ascendit in arborem sycomorum, ut videret illum,
quia inde erat transiturus. **5** Et cum venisset ad locum,
suspiciens Iesus dixit ad eum: «Zacchaee, festinans de-
scende, nam hodie in domo tua oportet me manere». **6** Et
festinans descendit et excepit illum gaudens. **7** Et cum vi-
derent, omnes murmurabant dicentes: «Ad hominem pec- 5,30; 7,34
catorem divertit!». **8** Stans autem Zacchaeus dixit ad Do-
minum: «Ecce dimidium bonorum meorum, Domine, do
pauperibus et, si quid aliquem defraudavi, reddo quadru-
plum». **9** Ait autem Iesus ad eum: «Hodie salus domui huic
facta est, eo quod et ipse filius sit Abrahae; **10** venit enim
Filius hominis quaerere et salvum facere, quod perierat». 5,32 Mt 9,13 Mc 2,17

Parabola de pecunia commendata: 19,11-27
(*11-27:* Mt 25,14-30)

11 Haec autem illis audientibus, adiciens dixit parabo-
lam, eo quod esset prope Ierusalem, et illi existimarent quod
confestim regnum Dei manifestaretur. **12** Dixit ergo: «Ho-
mo quidam nobilis abiit in regionem longinquam accipere
sibi regnum et reverti. **13** Vocatis autem decem servis suis,
dedit illis decem minas et ait ad illos: "Negotiamini, dum
venio". **14** Cives autem eius oderant illum et miserunt lega-
tionem post illum dicentes: "Nolumus hunc regnare super
nos!". **15** Et factum est ut rediret, accepto regno, et iussit
ad se vocari servos illos, quibus dedit pecuniam, ut sciret
quantum negotiati essent. **16** Venit autem primus dicens:
"Domine, mina tua decem minas acquisivit". **17** Et ait illi:

4 illum] eum V | inde] illac Wi • **5** Iesus] *add.* vidit illum et W S V | nam] quia W S V • **7** dicentes] *add.* quod W S V | divertisset W V; devertisset S • **8** Dominum] Iesum G Co E St Si • **9** autem *om.* W S V | eum] *add.* quia W S V (- Wi) | ~ huic domui Wi • **11** autem *om.* W S V | illi] quia W S V (- Wi: *om.*) • **12** accipere ... et reverti] ut acciperet ... et reverteretur Wi • **13** illis] eis V | mnas W S V (- E) | negotiamini dum venio] negotiemini donec venero Wi • **14** illum[1]] eum V | hunc regnare] ut hic regnet Wi • **15** ad se *om.* W S V | illos *om.* W S V | negotiati essent] quisque negotiatus esset W S V • **16** mna W S V | mnas W S V

16,10 Mt 24,45-47; 25,21 "Euge, bone serve; quia in modico fidelis fuisti, esto po-
testatem habens supra decem civitates". **18** Et alter venit
dicens: "Mina tua, domine, fecit quinque minas". **19** Et
huic ait: "Et tu esto supra quinque civitates". **20** Et alter
venit dicens: "Domine, ecce mina tua, quam habui reposi-
tam in sudario; **21** timui enim te, quia homo austerus es:
tollis, quod non posuisti, et metis, quod non seminasti".
22 Dicit ei: "De ore tuo te iudico, serve nequam! Sciebas
quod ego austerus homo sum, tollens quod non posui et
metens quod non seminavi? **23** Et quare non dedisti pecu-
niam meam ad mensam? Et ego veniens cum usuris utique
exegissem illud". **24** Et adstantibus dixit: "Auferte ab illo
minam et date illi, qui decem minas habet". **25** Et dixerunt
ei: "Domine, habet decem minas!". **26** Dico vobis: "Omni
8,18 Mt 13,12 Mc 4,25 habenti dabitur; ab eo autem, qui non habet, et, quod ha-
bet, auferetur. **27** Verumtamen inimicos meos illos, qui no-
luerunt me regnare super se, adducite huc et interficite ante
me!».

ULTIMUM MINISTERIUM IN IERUSALEM: 19,28–21,38

Disputationes in Ierusalem: 19,28–21,4

Iesus Hierosolymam intrat: 19,28-40

(*28-40:* Mt 21,1-9 Mc 11,1-10 J 12,12-19)

28 Et his dictis, praecedebat ascendens Hierosolymam.
29 Et factum est cum appropinquasset ad Bethfage et
Bethaniam, ad montem, qui vocatur Oliveti, misit duos
discipulos **30** dicens: «Ite in castellum, quod contra est, in

17 ~ serve bone Wi | ~ fuisti fidelis V | esto] eris W S V | super St L P Si C ● 18 alter] alius Wi | domine mna tua W S V | mnas W S V ● 19 super V ● 20 alter] alius Wi | mna W S V ● 21 austeris W S G ● 22 dixit G Co Wi | ~ iudico te Co | austeris W S G | ~ homo austerus V ● 23 et[1] *om.* Si | et[2]] ut Si C | illud] illam Wi L P Si C ● 24 mnam W S V | mnas W S V ● 25 mnas W S V ● 26 dico] *add.* autem W S V | vobis] *add.* quia W S V | dabitur] *add.* et abundabit V (- Wi L P) | auferetur] *add.* ab eo W S V ● 27 me regnare] ut regnarem Wi | se] eos Wi ● 28 (+ in S) Hierosolyma W S ● 29 discipulos] *add.* suos W S V ● 30 contra] *add.* vos V (- L P C)

quod introeuntes invenietis pullum asinae alligatum, cui
nemo umquam hominum sedit; solvite illum et adducite.
31 Et si quis vos interrogaverit: "Quare solvitis?", sic dice-
tis: "Dominus eum necessarium habet"». **32** Abierunt
autem, qui missi erant, et invenerunt, sicut dixit illis. **33** Sol-
ventibus autem illis pullum, dixerunt domini eius ad illos:
«Quid solvitis pullum?». **34** At illi dixerunt: «Dominus eum
necessarium habet». **35** Et duxerunt illum ad Iesum; et
iactantes vestimenta sua supra pullum imposuerunt Iesum.
36 Eunte autem illo, substernebant vestimenta sua in via.
37 Et cum appropinquaret iam ad descensum montis Oli-
veti, coeperunt omnis multitudo discipulorum gaudentes
laudare Deum voce magna super omnibus, quas viderant,
virtutibus, **38** dicentes:

«*Benedictus, qui venit* rex *in nomine Domini!* Ps 118,26
Pax in caelo et gloria in excelsis!». 2,14

39 Et quidam pharisaeorum de turbis dixerunt ad illum:
«Magister, increpa discipulos tuos!». **40** Et respondens dixit:
«Dico vobis: Si hi tacuerint, lapides clamabunt!». Hab 2,11

Eversionem Hierosolymae praedicit: 19,41-44

41 Et ut appropinquavit, videns civitatem flevit super
illam **42** dicens: «Si cognovisses et tu in hac die, quae ad
pacem tibi! Nunc autem abscondita sunt ab oculis tuis.

30 cui] in quo Wi • 31 dicetis] *add.* ei quia (- Wi) W S V | eum necessarium habet] operam eius desiderat W S V • 32 illis] *add.* stantem pullum W S V • 34 dixerunt] *add.* quia W S V • 37 omnis multitudo] omnes turbae W S V | discipulorum] discentium W S; descendentium V (- Wi C) • 40 et respondens dixit] quibus ipse ait W S V | vobis] *add.* quia W S V • 42 dicens] *add.* quia W S V | in hac die] et quidem in hac die tua W S V

43 Quia venient dies in te, et circumdabunt te inimici tui
vallo et obsidebunt te et coangustabunt te undique 44 et ad
Ps 137,9 terram prosternent te et filios tuos, qui in te sunt, et non
21,6 Mt 24,2 Mc 13,2 relinquent in te lapidem super lapidem, eo quod non cogno-
veris tempus visitationis tuae».

Mercatores e templo eicit: 19,45-48
(*45-46:* Mt 21,12s Mc 11,15-17 J 2,13-16 *47-48:* Mc 11,18)

45 Et ingressus in templum, coepit eicere vendentes 46 di-
Is 56,7 cens illis: «Scriptum est: "*Et erit domus mea domus oratio-*
Jr 7,11 *nis*". Vos autem fecistis illam *speluncam latronum*».
21,37 Mt 26,55 Mc 14,49 J 18,20 47 Et erat docens cotidie in templo. Principes autem
sacerdotum et scribae et principes plebis quaerebant illum
20,19; 22,2 perdere 48 et non inveniebant quid facerent; omnis enim
populus suspensus erat audiens illum.

De potestate Iesu et de baptismo Ioannis: 20,1-8
(*1-8:* Mt 21,23-27 Mc 11,27-33)

20 Et factum est in una dierum, docente illo populum
in templo et evangelizante, supervenerunt principes
sacerdotum et scribae cum senioribus 2 et aiunt dicentes ad
illum: «Dic nobis: In qua potestate haec facis aut quis est
qui dedit tibi hanc potestatem?». 3 Respondens autem dixit
ad illos: «Interrogabo vos et ego verbum; et dicite mihi:
4 Baptismum Ioannis de caelo erat an ex hominibus?».
5 At illi cogitabant inter se dicentes: «Si dixerimus: "De
caelo", dicet: "Quare non credidistis illi?"; 6 si autem dixeri-

43 obsidebunt] circumdabunt W S V • 44 et[1] *om.* S | tuos *om.* S • 45 vendentes] *add.* in illo et ementes W S V (– G E St: *add.* et ementes) • 46 est] *add.* quia W S V | et erit *om.* W S V | orationis] *add.* est W S V • 48 facerent] *add.* illi W S V
¶ 20.1 una dierum] uno dierum illorum Wi | convenerunt W S V (– Wi: aderant) • 3 autem] *add.* Iesus V (– Wi) | verbum] unum verbum W V | et dicite] respondete W S V • 4 baptismus V (– G Co E) • 5 intra V (– G) | dicentes] *add.* quia W S V | dicet] *add.* nobis Wi | quare] *add.* ergo W S V

mus: "Ex hominibus", plebs universa lapidabit nos; certi sunt
enim Ioannem prophetam esse». **7** Et responderunt se ne-
scire unde esset. **8** Et Iesus ait illis: «Neque ego dico vobis in
qua potestate haec facio».

Parabola de vinitoribus malis: 20,9-19
(*9-19:* Mt 21,33-46 Mc 12,1-12)

9 Coepit autem dicere ad plebem parabolam hanc:
«Homo *plantavit vineam* et locavit eam colonis et ipse pere- Is 5,1 s ⓖ
gre fuit multis temporibus. **10** Et in tempore misit ad cul-
tores servum, ut de fructu vineae darent illi; cultores autem
caesum dimiserunt eum inanem. **11** Et addidit alterum ser-
vum mittere; illi autem hunc quoque caedentes et afficientes
contumelia dimiserunt inanem. **12** Et addidit tertium mit-
tere; qui et illum vulnerantes eiecerunt. **13** Dixit autem do-
minus vineae: "Quid faciam? Mittam filium meum dilec- 3,22
tum; forsitan hunc verebuntur". **14** Quem cum vidissent
coloni, cogitaverunt inter se dicentes: "Hic est heres. Occi-
damus illum, ut nostra fiat hereditas". **15** Et eiectum illum
extra vineam occiderunt. Quid ergo faciet illis dominus
vineae? **16** Veniet et perdet colonos istos et dabit vineam
aliis».
Quo audito, dixerunt: «Absit!». **17** Ille autem aspiciens
eos ait: «Quid est ergo hoc, quod scriptum est:
"*Lapidem quem reprobaverunt aedificantes,* Ps 118,22
hic factus est in caput anguli"?

18 Omnis, qui ceciderit supra illum lapidem, conquassa-
bitur; supra quem autem ceciderit, comminuet illum». **19** Et
quaerebant scribae et principes sacerdotum mittere in illum 19,47 s; 22,2

6 ~ enim sunt Wi ● 9 homo] *add.* quidam Co E Wi St Si | multum temporis Wi ● 10 tempore] *add.* illo E Wi St | cultores autem] qui W S V ● 13 hunc] cum hunc viderint W S V ● 14 intra V ● 16 dixerunt] *add.* illi W S V ● 18 supra[1+2]] super St L P Si C | autem] *add.* ipse Wi ● 19 ~ principes sacerdotum et scribae W S V

manus in illa hora et timuerunt populum; cognoverunt enim
quod ad ipsos dixerit similitudinem istam.

De censu Caesaris: 20,20-26
(*20-26:* Mt 22,15-22 Mc 12,13-17)

20 Et observantes miserunt insidiatores, qui se iustos
11,54 simularent, ut caperent eum in sermone, et sic traderent
illum principatui et potestati praesidis. **21** Et interrogave-
runt illum dicentes: «Magister, scimus quia recte dicis et
doces et non accipis personam, sed in veritate viam Dei
doces. **22** Licet nobis dare tributum Caesari an non?».
23 Considerans autem dolum illorum dixit ad eos: **24** «Osten-
dite mihi denarium. Cuius habet imaginem et inscriptio-
nem?». **25** At illi dixerunt: «Caesaris». Et ait illis: «Reddite
ergo, quae Caesaris sunt, Caesari et, quae Dei sunt, Deo».
26 Et non potuerunt verbum eius reprehendere coram plebe
et mirati in responso eius tacuerunt.

De resurrectione mortuorum: 20,27-40
(*27-38:* Mt 22,23-33 Mc 12,18-27)

Act 23,8 **27** Accesserunt autem quidam sadducaeorum, qui negant
esse resurrectionem, et interrogaverunt eum **28** dicentes:
Dt 25,5s «Magister, Moyses scripsit nobis, si frater alicuius mortuus
Gn 38,8 fuerit habens uxorem et hic sine filiis fuerit, ut accipiat eam
frater eius uxorem et suscitet semen fratri suo. **29** Septem
ergo fratres erant: et primus accepit uxorem et mortuus est
sine filiis; **30** et sequens **31** et tertius accepit illam, similiter

19 in² *om.* S V | ~ hora illa E Wi | dixerat Wi | istam] hanc V ● 20 et sic] et W S V (– G C: ut) ● 21 illum] eum V | ~ viam Dei in veritate V ● 22 ~ tributum dare V (– G) ● 23 eos] *add.* quid me temptatis W S V ● 25 at illi] respondentes W S V | dixerunt] *add.* ei Wi Si C | ~ sunt Caesaris V | ~ sunt Dei V ● 26 responsione Wi ● 27 resurrectionem] *add.* ullam Wi ● 28 filiis] liberis V | resuscitet Wi ● 29 sine filiis] absque liberis Wi ● 30 sequens] *add.* accepit illam et ipse mortuus est sine filio (absque liberis Wi) W S V

autem et septem non reliquerunt filios et mortui sunt. **32** No-
vissima mortua est et mulier. **33** Mulier ergo in resurrec-
tione cuius eorum erit uxor? Siquidem septem habuerunt
eam uxorem». **34** Et ait illis Iesus: «Filii saeculi huius nu-
bunt et traduntur ad nuptias; **35** illi autem, qui digni haben-
tur saeculo illo et resurrectione ex mortuis, neque nubunt
neque ducunt uxores. **36** Neque enim ultra mori possunt:
aequales enim angelis sunt et filii sunt Dei, cum sint filii
resurrectionis. **37** Quia vero resurgant mortui et Moyses
ostendit secus rubum, sicut dicit: "*Dominum Deum Abraham* Ex 3,6
et Deum Isaac et Deum Iacob". **38** Deus autem non est mor-
tuorum sed vivorum: omnes enim vivunt ei». **39** Respon-
dentes autem quidam scribarum dixerunt: «Magister, bene Mc 12,32
dixisti». **40** Et amplius non audebant eum quidquam inter- Mt 22,46 Mc 12,34
rogare.

De Messia, filio et domino David: 20,41-44
(*41-44:* Mt 22,41-45 Mc 12,35-37)

41 Dixit autem ad illos: «Quomodo dicunt Christum fi-
lium David esse? **42** Ipse enim David dicit in libro Psalmo-
rum:

"*Dixit Dominus Domino meo: Sede a dextris meis,* Ps 110,1
43 *donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum*".

44 David ergo Dominum illum vocat; et quomodo filius
eius est?».

31 autem et septem non reliquerunt filios] et omnes septem et non reliquerunt semen W S V ● 32 novissima] novissime V; *add.* omnium W S V ● 33 mulier *om.* W S V | ~ in resurrectione ergo W S V | eorum] ex illis Wi ● 34 ~ huius saeculi V ● 35 autem] vero W V | habebuntur W S V | nubent V (- Wi L P) | ducent V (- Wi L P) ● 36 enim *om.* V (- E C; - Si: etiam) | possunt] poterunt W S V | aequales] pares Wi ● 37 quia] quod Wi | resurgent E Si ● 39 dixerunt] *add.* ei V ● 41 ~ esse David V (- G) ● 42 ipse enim] et ipse W S V | dixit E

Cavete a scribis: 20,45-47
(*45-47:* Mt 23,1.5-7.14 Mc 12,38-40)

45 Audiente autem omni populo, dixit discipulis suis:
11,43 **46** «Attendite a scribis, qui volunt ambulare in stolis et
14,7 amant salutationes in foro et primas cathedras in synagogis
et primos discubitus in conviviis, **47** qui devorant domos vi-
duarum et simulant longam orationem. Hi accipient damna-
tionem maiorem».

De munere viduae pauperis: 21,1-4
(*1-4:* Mc 12,41-44)

21 Respiciens autem vidit eos, qui mittebant munera sua
in gazophylacium, divites. **2** Vidit autem quandam
viduam pauperculam mittentem illuc minuta duo **3** et dixit:
«Vere dico vobis: Vidua haec pauper plus quam omnes
misit. **4** Nam omnes hi ex abundantia sua miserunt in mu-
nera; haec autem ex inopia sua omnem victum suum, quem
habebat, misit».

Sermo de novissimis: 21,5-36
Eversio templi praedicitur: 21,5-6
(*5-6:* Mt 24,1s Mc 13,1s)

5 Et quibusdam dicentibus de templo quod lapidibus
bonis et donis ornatum esset dixit: **6** «Haec, quae videtis,
19,44 venient dies in quibus non relinquetur lapis super lapidem,
qui non destruatur».

De tribulatione magna imminente: 21,7-19
(*7-19:* Mt 10,17-22; 24,3-14 Mc 13,3-13)

7 Interrogaverunt autem illum dicentes: «Praeceptor,
quando ergo haec erunt, et quod signum, cum fieri inci-
pient?». **8** Qui dixit: «Videte, ne seducamini. Multi enim
venient in nomine meo dicentes: "Ego sum" et: "Tempus
appropinquavit". Nolite ergo ire post illos. **9** Cum autem
Dn 2,28 ⊕ audieritis proelia et seditiones, nolite terreri; oportet enim
primum haec fieri, sed non statim finis».
Is 19,2 **10** Tunc dicebat illis: «Surget gens contra gentem et reg-
num adversus regnum; **11** et terrae motus magni et per

46 conviviis] cenis Wi ● 47 et simulant] simulantes W S V | hi] hic Wi
¶ 21.2 autem] *add.* et W S V | illuc] aera W S V ● 3 vobis] *add.* quia W S V | paupercula Wi ● 4 ex abundanti sibi W S V | munera] *add.* Dei W S V | ex inopia sua] ex eo quod (quo G Si C) deest illi W S V (– Wi: ex defectu) | habuit W S V ● 5 ~ bonis→

loca fames et pestilentiae erunt, terroresque et de caelo
signa magna erunt. **12** Sed ante haec omnia inicient vobis J 16,1-4
manus suas et persequentur tradentes in synagogas et cus- 12,11s
todias, et trahemini ad reges et praesides propter nomen
meum; **13** continget autem vobis in testimonium. **14** Ponite
ergo in cordibus vestris non praemeditari quemadmodum
respondeatis; **15** ego enim dabo vobis os et sapientiam, cui
non poterunt resistere vel contradicere omnes adversarii
vestri. **16** Trademini autem et a parentibus et fratribus et
cognatis et amicis, et morte afficient ex vobis, **17** et eritis
odio omnibus propter nomen meum. **18** Et capillus de Mt 10,30
capite vestro non peribit. **19** In patientia vestra possidebitis
animas vestras.

De desolatione Iudaeae et de suprema tribulatione: 21,20-24
(20-24: Mt 24,15-22 Mc 13,14-20)

20 Cum autem videritis circumdari ab exercitu Ierusa-
lem, tunc scitote quia appropinquavit desolatio eius.
21 Tunc, qui in Iudaea sunt, fugiant in montes; et, qui in
medio eius, discedant; et, qui in regionibus, non intrent in
eam. **22** Quia dies ultionis hi sunt, ut impleantur omnia, Dt 32,35
quae scripta sunt. **23** Vae autem praegnantibus et nutrienti-
bus in illis diebus! Erit enim pressura magna super terram
et ira populo huic, **24** et cadent in ore gladii et captivi du-
centur in omnes gentes, et Ierusalem calcabitur a gentibus, Zch 12,3 𝔊
donec impleantur tempora nationum.

11 loca et pestilentiae et fames terroresque (terriculamentamque Wi) de caelo et signa W S V ● **12** et trahemini] trahentes W S V ● **15** vel] et W S V ● **16** et[1] *om.* W S V | afficient] *add.* quosdam Wi ● **17** omnibus] *add.* hominibus G Co E St Si ● **19** possidete Wi ● **21** in[2]] ad V ● **23** supra S Co | populo huic] in populo hoc Co

---

→ lapidibus V ● **6** supra Co E Wi ● **7** ergo *om.* W S V ● **8** dicentes] *add.* quia W S V (– Wi: *add.* quod) | ergo *om.* G Co St | illos] eos V ● **9** enim *om.* W S V (– E Wi Si) | non] nondum V ● **11** *sic habent* W S V: et (– S) terrae motus magni erunt per

De adventu Filii hominis: 21,25-28
(*25-28:* Mt 24,29-31 Mc 13,24-27)

Is 13,10; 34,4 ⓖ Joel 2,10 **25** Et erunt signa in sole et luna et stellis, et super terram
pressura gentium prae confusione sonitus maris et fluctuum,
26 arescentibus hominibus prae timore et exspectatione
Hgg 2,6.21 2P 3,10 | eorum, quae supervenient orbi, nam *virtutes caelorum* move-
Dn 7,13 buntur. **27** Et tunc videbunt *Filium hominis venientem in nube*
Mt 26,64 Mc 14,62 cum potestate et gloria magna.
Ap 1,7 **28** His autem fieri incipientibus, respicite et levate capita
vestra, quoniam appropinquat redemptio vestra».

Vigilate, quia nescitis horam: 21,29-36
(*29-33:* Mt 24,32-35 Mc 13,28-32)

29 Et dixit illis similitudinem: «Videte ficulneam et omnes
arbores: **30** cum iam germinaverint, videntes vosmetipsi
scitis quia iam prope est aestas. **31** Ita et vos, cum videritis
haec fieri, scitote quoniam prope est regnum Dei. **32** Amen
9,27 Mt 16,28 Mc 9,1 dico vobis: Non praeteribit generatio haec, donec omnia
fiant. **33** Caelum et terra transibunt, verba autem mea non
transibunt.
34 Attendite autem vobis, ne forte graventur corda vestra
in crapula et ebrietate et curis huius vitae, et superveniat in
vos repentina dies illa; **35** tamquam laqueus enim super-
veniet in omnes, qui sedent super faciem omnis terrae.
Mt 24,42; 25,13 Mc 13,35 **36** Vigilate itaque omni tempore orantes, ut possitis fugere
ista omnia, quae futura sunt, et stare ante Filium hominis».

Iesus diebus in templo docet, noctibus in Oliveto moratur: 21,37-38

19,47; 22,53 **37** Erat autem diebus docens in templo, noctibus vero
22,39 exiens morabatur in monte, qui vocatur Oliveti. **38** Et omnis

25 super terram] in terris W S V ● 26 eorum *om.* W S V | orbi] universo orbi W S V ● 27 potestate] *add.* magna W S V | gloria magna] maiestate W S V ● 30 iam germinaverint videntes vosmetipsi scitis quia iam] producunt iam ex se fructum scitis quoniam W S V ● 32 vobis] *add.* quia W S V ● 33 transibunt[2]] transient S ● 34 in[1] *om.* Wi ● 36 itaque] ergo G | possitis] digni habeamini W S V | ~ omnia ista E

populus manicabat ad eum in templo audire eum.

PASSIO ET RESURRECTIO IESU: 22,1-24,53

De consilio sacerdotum: 22,1-2
(*1-2:* Mt 26,3-5 Mc 14,1s)

22 Appropinquabat autem dies festus Azymorum, qui
dicitur Pascha. 2 Et quaerebant principes sacerdotum 19,47s; 20,19
et scribae quomodo eum interficerent; timebant vero ple-
bem.

Iesus a Iuda proditur: 22,3-6
(*3-6:* Mt 26,14-16 Mc 14,10s)

3 Intravit autem Satanas in Iudam, qui cognominabatur
Iscarioth, unum de Duodecim; 4 et abiit et locutus est cum
principibus sacerdotum et magistratibus quemadmodum
illum traderet eis. 5 Et gavisi sunt et pacti sunt pecuniam
illi dare. 6 Et spopondit et quaerebat opportunitatem, ut eis
traderet illum sine turba.

Pascha praeparatur: 22,7-13
(*7-13:* Mt 26,17-19 Mc 14,12-16)

7 Venit autem dies Azymorum, in qua necesse erat occidi Ex 12,14-20
Pascha. 8 Et misit Petrum et Ioannem dicens: «Euntes pa-
rate nobis Pascha, ut manducemus». 9 At illi dixerunt ei:
«Ubi vis paremus?». 10 Et dixit ad eos: «Ecce introeuntibus
vobis in civitatem occurret vobis homo amphoram aquae
portans; sequimini eum in domum, in quam intrat. 11 Et
dicetis patri familias domus: "Dicit tibi Magister: Ubi est
deversorium ubi Pascha cum discipulis meis manducem?".
12 Ipse vobis ostendet cenaculum magnum stratum; ibi
parate». 13 Euntes autem invenerunt, sicut dixit illis, et
paraverunt Pascha.

Cena Domini: 22,14-23
(*14-23:* Mt 26,20-29 Mc 14,17-25 *19-20:* 1 K 11,23-25
21-23: J 13,2.21-26)

14 Et cum facta esset hora, discubuit, et apostoli cum eo.
15 Et ait illis: «Desiderio desideravi hoc Pascha manducare

33 manicabat] mane ventitabat Wi | audire] ut audiret Wi
¶ 22.2 eum] Iesum E Si • 3 cognominatur S | Sc(h)arioth W S G Co E; Isc(h)ario-t(h)es V (– G Co E) • 6 eis *om.* W S V | turbis W S V • 9 ei *om.* W S V • 10 homo] *add.* quidam Co St Si C | in qua S • 12 et ipse W S V | ~ ostendet vobis V | ibi] et ibi W S V • 14 et duodecim apostoli W S V

vobiscum, antequam patiar. **16** Dico enim vobis: Non man-
ducabo illud, donec impleatur in regno Dei». **17** Et accepto
calice, gratias egit et dixit: «Accipite hoc et dividite inter
vos. **18** Dico enim vobis: Non bibam amodo de generatione
vitis, donec regnum Dei veniat». **19** Et accepto pane, gratias
egit et fregit et dedit eis dicens: «Hoc est corpus meum, quod
pro vobis datur. Hoc facite in meam commemorationem».
20 Similiter et calicem, postquam cenavit, dicens: «Hic calix
Ex 24,8 Jr 31,31 novum testamentum est in sanguine meo, qui pro vobis
funditur.

21 Verumtamen ecce manus tradentis me mecum est in
mensa; **22** et quidem Filius hominis, secundum quod defini-
tum est, vadit; verumtamen vae illi homini, per quem tra-
ditur!». **23** Et ipsi coeperunt quaerere inter se quis esset ex
eis, qui hoc facturus esset.

De dominando et de ministrando: 22,24-30
(24-27: Mt 20,24-28 Mc 10,41-45)

9,46-48 **24** Facta est autem et contentio inter eos, quis eorum
Mt 18,1 Mc 9,33s videretur esse maior. **25** Dixit autem eis: «Reges gentium
dominantur eorum et, qui potestatem habent super eos,
J 13,4s.12-17 benefici vocantur. **26** Vos autem non sic, sed qui maior est
in vobis, fiat sicut iunior; et, qui praecessor est, sicut minis-
trator. **27** Nam quis maior est: qui recumbit, an qui minis-
trat? Nonne qui recumbit? Ego autem in medio vestrum
sum sicut qui ministrat.

16 vobis] *add.* quia ex hoc W S V • 17 hoc *om.* W S V (- Wi: hunc) • 18 vobis] *add.* quod W S V | amodo *om.* W S V • 20 ~ est calix novum testamentum W S V | qui] quod S | fundetur W V (- Wi: effunditur) • 22 ~ homini illi V (- G: *om.* illi) | tradetur W V (- Wi) • 25 earum Wi • 26 iunior] minor Co F St Si C

28 Vos autem estis qui permansistis mecum in tentatio-
nibus meis; **29** et ego dispono vobis, sicut disposuit mihi
Pater meus regnum, **30** ut edatis et bibatis super mensam
meam in regno meo, et sedeatis super thronos iudicantes Mt 19,28
duodecim tribus Israel.

Iesus Petri negationem et paenitentiam praenuntiat: 22,31-34
(*31-34:* J 13,36-38)

31 Simon, Simon, ecce Satanas expetivit vos, ut cribraret Mt 16,18 J 21,15-17
sicut triticum; **32** ego autem rogavi pro te, ut non deficiat
fides tua. Et tu, aliquando conversus, confirma fratres tuos».
33 Qui dixit ei: «Domine, tecum paratus sum et in carcerem *33-34:* Mt 26,34s Mc 14,30s
et in mortem ire». **34** Et ille dixit: «Dico tibi, Petre, non 61
cantabit hodie gallus donec ter abneges nosse me».

Ultimi discriminis tempus adventat: 22,35-38

35 Et dixit eis: «Quando misi vos sine sacculo et pera et 9,2s; 10,4
calceamentis, numquid aliquid defuit vobis?». At illi dixe-
runt: «Nihil». **36** Dixit ergo eis: «Sed nunc, qui habet sac-
culum, tollat, similiter et peram; et, qui non habet, vendat
tunicam suam et emat gladium. **37** Dico enim vobis: Hoc,
quod scriptum est, oportet impleri in me, illud: "*Cum inius-* Is 53,12
tis deputatus est". Etenim ea, quae sunt de me, adimpletio- J 19,28
nem habent». **38** At illi dixerunt: «Domine, ecce gladii duo
hic». At ille dixit eis: «Satis est».

Iesus orat in Monte Olivarum: 22,39-46
(*39-46:* Mt 26,30.36-46 Mc 14,26.32-42)

39 Et egressus ibat secundum consuetudinem in montem 21,37 J 18,1s
Olivarum; secuti sunt autem illum et discipuli. **40** Et cum
pervenisset ad locum, dixit illis: «Orate, ne intretis in tenta-
tionem». **41** Et ipse avulsus est ab eis, quantum iactus est
lapidis, et, positis genibus, orabat **42** dicens: «Pater, si vis,

29 et *om.* Wi • **30** meo *om.* S | thronos] *add.* duodecim G • **31** ait autem Dominus: Simon Simon *etc.* W S Wi L P C; ait autem Dominus Simoni: Simon ecce *etc.* G Co E St Si • **33** tecum *om.* Wi • **34** et] at E Wi Si C • **37** vobis] *add.* quoniam adhuc W S V | illud] et V (– G); et quod W S G | iniustis] iniquis V | reputatus Co | adimpletionem] finem W S V • **38** ~ duo gladii V • **39** autem *om.* G | illum] eum Wi

Mt 6,10 J 12,27s transfer calicem istum a me; verumtamen non mea voluntas
sed tua fiat». **43** Apparuit autem illi angelus de caelo con-
fortans eum. Et factus in agonia prolixius orabat. **44** Et
factus est sudor eius sicut guttae sanguinis decurrentis in
terram. **45** Et cum surrexisset ab oratione et venisset ad
discipulos, invenit eos dormientes prae tristitia **46** et ait
illis: «Quid dormitis? Surgite; orate, ne intretis in tentatio-
nem».

Comprehenditur: 22,47-53
(*47-53:* Mt 26,47-56 Mc 14,43-50 J 18,3-11)

47 Adhuc eo loquente, ecce turba, et qui vocabatur Iudas,
unus de Duodecim, antecedebat eos, et appropinquavit
Iesu, ut oscularetur eum. **48** Iesus autem dixit ei: «Iuda,
osculo Filium hominis tradis?». **49** Videntes autem hi, qui
circa ipsum erant, quod futurum erat, dixerunt: «Domine,
si percutimus in gladio?». **50** Et percussit unus ex illis ser-
vum principis sacerdotum et amputavit auriculam eius dex-
tram. **51** Respondens autem Iesus ait: «Sinite usque huc!».
Et cum tetigisset auriculam eius, sanavit eum. **52** Dixit
autem Iesus ad eos, qui venerant ad se principes sacerdotum
et magistratus templi et seniores: «Quasi ad latronem existis
19,47; 21,37 J 18,20 cum gladiis et fustibus? **53** Cum cotidie vobiscum fuerim in
templo, non extendistis manus in me; sed haec est hora
vestra et potestas tenebrarum».

45 discipulos] *add.* suos W S V • 48 ei] illi V • 49 dixerunt] *add.* ei W S V | percutimus in] percutiamus Wi

Negatio Petri: 22,54-62
(*54-62:* Mt 26,57s.69-75 Mc 14,53s.66-72 J 18,12-18.25-27)

54 Comprehendentes autem eum, duxerunt et introduxe-
runt in domum principis sacerdotum. Petrus vero sequeba-
tur a longe. **55** Accenso autem igni in medio atrio et circum-
sedentibus illis, sedebat Petrus in medio eorum. **56** Quem
cum vidisset ancilla quaedam sedentem ad lumen et eum
fuisset intuita, dixit: **57** «Et hic cum illo erat!». At ille nega-
vit eum dicens: **58** «Mulier, non novi illum!». Et post pusil-
lum alius videns eum dixit: «Et tu de illis es!». Petrus vero
ait: «O homo, non sum!». **59** Et intervallo facto quasi horae
unius, alius quidam affirmabat dicens: «Vere et hic cum illo
erat, nam et Galilaeus est!». **60** Et ait Petrus: «Homo, nescio
quid dicis!». Et continuo adhuc illo loquente cantavit gallus.
61 Et conversus Dominus respexit Petrum; et recordatus
est Petrus verbi Domini, sicut dixit ei: «Priusquam gallus 34
cantet hodie, ter me negabis». **62** Et egressus foras flevit
amare.

Iesus a ministris synedrii illuditur: 22,63-65
(*63-65:* Mt 26,67 Mc 14,65)

63 Et viri, qui tenebant illum, illudebant ei caedentes,
64 et velaverunt eum et interrogabant eum dicentes: «Pro-
phetiza: Quis est, qui te percussit?». **65** Et alia multa blas-
phemantes dicebant in eum.

Inquisitio synedrii: 22,66-71
(*66-71:* Mt 27,1; 26,57.63-65 Mc 15,1; 14,53.61-64 J 18,19-24)

66 Et ut factus est dies, convenerunt seniores plebis et
principes sacerdotum et scribae et duxerunt illum in conci-

54 et introduxerunt in] ad W S V (- Wi) | induxerunt Wi | vero] autem Wi | sequebatur] *add.* eum Co E Wi Si ● 55 atrii V | sedebat] erat W S V ● 60 quid] quod S ● 61 dixerat V | ei] quia W S V | hodie *om.* W S V ● 62 foras] *add.* Petrus W S V ● 63 illum] eum W; Iesum Co St ● 64 eum¹] *add.* et percutiebant faciem eius W S V | interrogaverunt G Co E Wi St ● 66 consilium G E Wi

9,20 J 10,24 lium suum 67 dicentes: «Si tu es Christus, dic nobis». Et ait
illis: «Si vobis dixero, non credetis; 68 si autem interroga-
Dn 7,13 vero, non respondebitis mihi. 69 Ex hoc autem erit *Filius*
Ps 110,1 *hominis sedens a dextris virtutis Dei*». 70 Dixerunt autem
omnes: «Tu ergo es Filius Dei?». Qui ait ad illos: «Vos
dicitis quia ego sum». 71 At illi dixerunt: «Quid adhuc
desideramus testimonium? Ipsi enim audivimus de ore
eius!».

Iesus Pilato traditur: 23,1-5
(*1-5:* Mt 27,2.11-14 Mc 15,1-5 J 18,28-38)

23 Et surgens omnis multitudo eorum, duxerunt illum
ad Pilatum. 2 Coeperunt autem accusare illum dicen-
tes: «Hunc invenimus subvertentem gentem nostram et pro-
hibentem tributa dare Caesari et dicentem se Christum re-
gem esse». 3 Pilatus autem interrogavit eum dicens: «Tu es
rex Iudaeorum?». At ille respondens ait: «Tu dicis». 4 Ait
autem Pilatus ad principes sacerdotum et turbas: «Nihil in-
venio causae in hoc homine». 5 At illi invalescebant dicen-
tes: «Commovet populum docens per universam Iudaeam
et incipiens a Galilaea usque huc!».

Ab Herode illuditur: 23,6-12

6 Pilatus autem audiens interrogavit si homo Galilaeus
esset 7 et ut cognovit quod de Herodis potestate esset, re-
misit eum ad Herodem, qui et ipse Hierosolymis erat illis
9,9 diebus. 8 Herodes autem, viso Iesu, gavisus est valde: erat
enim cupiens ex multo tempore videre eum, eo quod audiret

67 credetis] creditis S; *add.* mihi W S V • 68 autem] *add.* et W S V (– Wi) | mihi] *add.* neque dimittetis W S V • 70 ad illos *om.* W S V
¶ 23.2 ~ illum accusare V (– G) | dari W S G Co E Wi Si • 5 commovit V (– L P C) | et *om.* V • 6 audiens] *add.* Galilaeam W S V (– Wi: *add.* de Galilaea) • 8 audiret] audierat E Wi Si C; *add.* multa W S V

de illo et sperabat signum aliquod videre ab eo fieri. **9** In-
terrogabat autem illum multis sermonibus; at ipse nihil illi
respondebat. **10** Stabant etiam principes sacerdotum et
scribae constanter accusantes eum. **11** Sprevit autem illum
Herodes cum exercitu suo et illusit indutum veste alba et Mt 27,28 Mc 15,17
remisit ad Pilatum. **12** Facti sunt autem amici inter se He-
rodes et Pilatus in ipsa die, nam antea inimici erant ad in-
vicem.

Apud tribunal Pilati: 23,13-25
(*18-25:* Mt 27,20-26 Mc 15,11-15 J 18,38–19,1)

13 Pilatus autem, convocatis principibus sacerdotum et
magistratibus et plebe, **14** dixit ad illos: «Obtulistis mihi
hunc hominem quasi avertentem populum, et ecce ego co-
ram vobis interrogans nullam causam inveni in homine isto
ex his, in quibus eum accusatis, **15** sed neque Herodes: re-
misit enim illum ad nos. Et ecce nihil dignum morte actum
est ei. **16** Emendatum ergo illum dimittam». **(17)**

18 Exclamavit autem universa turba dicens: «Tolle hunc
et dimitte nobis Barabbam!», **19** qui erat propter seditionem Act 3,13s
quandam factam in civitate et homicidium missus in car-
cerem.

20 Iterum autem Pilatus locutus est ad illos volens di-
mittere Iesum, **21** at illi succlamabant dicentes: «Crucifige, J 19,15
crucifige illum!». **22** Ille autem tertio dixit ad illos: «Quid

8 de illo] de eo V ● 9 illum] eum V (– G) ● 10 etiam] autem V ● 12 facti sunt autem] et facti sunt W S V | inter se *om.* W S V ● 14 invenio G Co E Wi St ● 15 remisit enim illum ad nos] nam remisi vos ad illum W S V ● 16 emendatum] castigatum Wi | ergo] ego L P St ● 17 necesse autem (enim E; et Wi) habebat dimittere eis per diem festum unum W S V ● 18 autem] *add.* simul W S V ● 20 illos] eos V ● 21 illum] eum V

enim mali fecit iste? Nullam causam mortis invenio in eo;
corripiam ergo illum et dimittam». **23** At illi instabant voci-
bus magnis postulantes, ut crucifigeretur, et invalescebant
voces eorum. **24** Et Pilatus adiudicavit fieri petitionem
eorum: **25** dimisit autem eum, qui propter seditionem et
homicidium missus fuerat in carcerem, quem petebant,
Iesum vero tradidit voluntati eorum.

De crucifixione: 23,26-43
(*26-43:* Mt 27,32-44 Mc 15,21-32 J 19,17-27.29)

26 Et cum abducerent eum, apprehenderunt Simonem
quendam Cyrenensem venientem de villa et imposuerunt
illi crucem portare post Iesum.

27 Sequebatur autem illum multa turba populi et mulie-
rum, quae plangebant et lamentabant eum. **28** Conversus
autem ad illas Iesus dixit: «Filiae Ierusalem, nolite flere
super me, sed super vos ipsas flete et super filios vestros,
29 quoniam ecce venient dies, in quibus dicent: "Beatae
steriles et ventres, qui non genuerunt, et ubera, quae non
lactaverunt!".

Hos 10,8 Ap 6,16 **30** Tunc incipient *dicere montibus:* "*Cadite super nos!*",
et collibus: "*Operite nos!*", **31** quia si in viridi ligno haec
faciunt, in arido quid fiet?».

32 Ducebantur autem et alii duo nequam cum eo, ut in-
terficerentur.

33 Et postquam venerunt in locum, qui vocatur Calva-
riae, ibi crucifixerunt eum et latrones, unum a dextris et
alterum a sinistris. **34** Iesus autem dicebat: «Pater, dimitte

23 eorum] *add.* et summorum sacerdotum Wi ● 25 autem] *add.* illis W S V | ~ homicidium et seditionem W S V ● 26 ducerent W S V | venientem *om.* Wi | portare] ad portandum Wi ● 27 autem] *add.* post Co | lamentabantur W V ● 29 qui] quae E ● 33 et[3] *om.* Co St

illis, non enim sciunt quid faciunt».
Dividentes vero *vestimenta eius miserunt sortes*. 35 Et sta- Ps 22,19 J 19,24
bat populus *exspectans*. Et *deridebant* illum et principes di- Ps 22,8
centes: «Alios salvos fecit; se salvum faciat, si hic est Chris-
tus Dei electus!». 36 Illudebant autem ei et milites acce-
dentes, *acetum* offerentes illi 37 et dicentes: «Si tu es rex
Iudaeorum, salvum te fac!». 38 Erat autem et superscriptio
super illum: «Hic est rex Iudaeorum».

39 Unus autem de his, qui pendebant, latronibus blas-
phemabat eum dicens: «Nonne tu es Christus? Salvum fac
temetipsum et nos!». 40 Respondens autem alter increpabat
illum dicens: «Neque tu times Deum, quod in eadem dam-
natione es? 41 Et nos quidem iuste, nam digna factis recipi-
mus! Hic vero nihil mali gessit». 42 Et dicebat: «Iesu, me-
mento mei cum veneris in regnum tuum». 43 Et dixit illi:
«Amen dico tibi: Hodie mecum eris in paradiso».

De morte Iesu: 23,44-49
(*44-49*: Mt 27,45-56 Mc 15,33-41 J 19,28-30)

44 Et erat iam fere hora sexta, et tenebrae factae sunt in

35 spectans W Co Wi Si C | illum] eum V | et principes] principes cum eis W S V ● 36 accedentes] *add.* et W S V | illi] ei V (– E Wi: *om.*) ● 37 et *om.* W S G Co St L P ● 38 superscriptio] *add.* scripta V; *add.* inscripta W S | illum] eum V; *add.* litteris graecis et (– Wi) latinis et hebraicis W S V (– E: *add.* litteris graecis et hebraicis et latinis) ● 39 nonne] si W S V | teipsum G Co E St ● 40 illum] eum V | quod] qui G Co E St Si ● 42 dicebat] *add.* ad Iesum W S V | Iesu] Domine W S V ● 43 illi] *add.* Iesus W S V ● 44 et erat iam] erat autem W S V

universa terra usque in horam nonam, **45** et obscuratus est
sol, et velum templi scissum est medium. **46** Et clamans voce
Ps 31,6 magna Iesus ait: «Pater, *in manus tuas commendo spiritum
meum»; et haec dicens exspiravit.

47 Videns autem centurio, quod factum fuerat, glorifica-
vit Deum dicens: «Vere hic homo iustus erat!». **48** Et omnis
turba eorum, qui simul aderant ad spectaculum istud et
videbant, quae fiebant, percutientes pectora sua reverteban-
tur.

Ps 38,12; 8,2s **49** Stabant autem omnes noti eius a longe et mulieres,
quae secutae erant eum a Galilaea, haec videntes.

Sepultura: 23,50-56

(*50-56:* Mt 27,57-61 Mc 15,42-47 J 19,38-42)

50 Et ecce vir nomine Ioseph, qui erat decurio, vir bonus
et iustus **51** – hic non consenserat consilio et actibus eorum –
ab Arimathaea civitate Iudaeorum, qui exspectabat regnum
Dei, **52** hic accessit ad Pilatum et petiit corpus Iesu **53** et
Dt 21,23 depositum involvit sindone et posuit eum in monumento
exciso, in quo nondum quisquam positus fuerat. **54** Et dies
erat Parasceves, et sabbatum illucescebat. **55** Subsecutae

44 in universam terram V (– Wi) | ~ nonam horam S ● 49 ~ eum erant V ● 51 concilio Co | actibus] facto Wi | Iudaeae W S V | exspectabat] *add.* et ipse W S V ● 53 involvit] *add.* in Co

autem mulieres, quae cum ipso venerant de Galilaea, vide-
runt monumentum et quemadmodum positum erat corpus
eius, 56 et revertentes paraverunt aromata et unguenta et
sabbato quidem siluerunt secundum mandatum.

Sepulcrum inane et praedicatio angelorum: 24,1-12
(*1-12:* Mt 28,1-8 Mc 16,1-8 J 20,1-13)

24 Prima autem sabbatorum, valde diluculo venerunt
ad monumentum portantes, quae paraverant, aro-
mata. 2 Et invenerunt lapidem revolutum a monumento
3 et ingressae non invenerunt corpus Domini Iesu. 4 Et fac-
tum est, dum mente haesitarent de isto, ecce duo viri stete-
runt secus illas in veste fulgenti. 5 Cum timerent autem et
declinarent vultum in terram, dixerunt ad illas: «Quid quae-
ritis viventem cum mortuis? 6 Non est hic, sed surrexit.
Recordamini qualiter locutus est vobis, cum adhuc in Ga-
lilaea esset, 7 dicens: "Oportet Filium hominis tradi in ma- 9,22.44; 17,25; 18,32s
nus hominum peccatorum et crucifigi et die tertia resur-
gere"». 8 Et recordatae sunt verborum eius 9 et regressae a
monumento nuntiaverunt haec omnia illis Undecim et cete-
ris omnibus. 10 Erat autem Maria Magdalene et Ioanna et 8,2s Mc 16,9
Maria Iacobi; et ceterae cum eis dicebant ad apostolos
haec. 11 Et visa sunt ante illos sicut deliramentum verba
ista, et non credebant illis. 12 Petrus autem surgens cu-

55 ipso] eo V
¶ 24.1 prima] una W S V | sabbati W S V | valde diluculo] diluculo profundo Wi ● 4 haesitarent] consternatae essent W S V | fulgurati Wi ● 7 dicens] *add.* quia W S V ● 10 erant E | cum eis] quae cum eis erant quae W S V ● 11 crediderunt V

currit ad monumentum et procumbens videt linteamina
sola; et rediit ad sua mirans, quod factum fuerat.

Iesus resuscitatus duobus discipulis in Emmaus euntibus occurrit: 24,13-35

Mc 16,12 **13** Et ecce duo ex illis ibant ipsa die in castellum, quod
erat in spatio stadiorum sexaginta ab Ierusalem nomine
Emmaus, **14** et ipsi loquebantur ad invicem de his omnibus,
quae acciderant. **15** Et factum est, dum fabularentur et se-
cum quaererent, et ipse Iesus appropinquans ibat cum illis;
16 oculi autem illorum tenebantur, ne eum agnoscerent.
17 Et ait ad illos: «Qui sunt hi sermones, quos confertis ad
invicem ambulantes?». Et steterunt tristes. **18** Et respondens
unus, cui nomen Cleopas, dixit ei: «Tu solus peregrinus es
in Ierusalem et non cognovisti, quae facta sunt in illa his
diebus?». **19** Quibus ille dixit: «Quae?». Et illi dixerunt ei:
«De Iesu Nazareno, qui fuit vir propheta, potens in opere
et sermone coram Deo et omni populo, **20** et quomodo eum
tradiderunt summi sacerdotes et principes nostri in damna-
tionem mortis, et crucifixerunt eum. **21** Nos autem speraba-
mus quia ipse esset redempturus Israel; at nunc super haec
omnia tertia dies hodie quod haec facta sunt. **22** Sed et mu-
lieres quaedam ex nostris terruerunt nos, quae ante lucem
fuerunt ad monumentum **23** et, non invento corpore eius,
venerunt dicentes se etiam visionem angelorum vidisse, qui
J 20,3-10 dicunt eum vivere. **24** Et abierunt quidam ex nostris ad

12 vidit W V | sola] sola posita S V; posita W | rediit ad sua] abiit secum W S V | admirans Wi ● 16 illorum] eorum W ● 17 steterunt] estis W S V ● 19 illi *om.* W S V | ei *om.* W S V | in omni opere Co ● 20 sacerdotum S ● 21 quia] quod Wi | at] et W S V (– Wi) | at ... hodie] at qui cum omnibus hic tertium hunc diem agit Wi | dies] *add.* est V (– Wi) ● 22 nostris] nobis Wi ● 24 ex nostris] ex iis qui erant nobiscum Wi

monumentum et ita invenerunt, sicut mulieres dixerunt,
ipsum vero non viderunt».
25 Et ipse dixit ad eos: «O stulti et tardi corde ad creden-
dum in omnibus, quae locuti sunt Prophetae! **26** Nonne
haec oportuit pati Christum et intrare in gloriam suam?».
27 Et incipiens a Moyse et omnibus Prophetis interpreta-
batur illis in omnibus Scripturis, quae de ipso erant. **28** Et
appropinquaverunt castello, quo ibant, et ipse se finxit
longius ire. **29** Et coegerunt illum dicentes: «Mane nobis-
cum, quoniam advesperascit et inclinata est iam dies». Et
intravit, ut maneret cum illis. **30** Et factum est, dum recum-
beret cum illis, accepit panem et benedixit ac fregit et porri-
gebat illis. **31** Et aperti sunt oculi eorum et cognoverunt
eum; et ipse evanuit ab eis. **32** Et dixerunt ad invicem:
«Nonne cor nostrum ardens erat in nobis, dum loqueretur
nobis in via et aperiret nobis Scripturas?». **33** Et surgentes
eadem hora regressi sunt in Ierusalem et invenerunt con-
gregatos Undecim et eos, qui cum ipsis erant, **34** dicentes:
«Surrexit Dominus vere et apparuit Simoni». **35** Et ipsi 1 K 15,4s
narrabant, quae gesta erant in via, et quomodo cognoverunt
eum in fractione panis.

Hierosolymis apparet apostolis: 24,36-53
(*36-53:* Mc 16,14-19 J 20,19-23)

36 Dum haec autem loquuntur, ipse stetit in medio eorum 1 K 15,5
et dicit eis: «Pax vobis!». **37** Conturbati vero et conterriti

24 viderunt] invenerunt V (– Wi) ● 26 et] *add.* ita W S V ● 28 se *om.* W | ~ finxit se Wi ● 29 nobiscum] *add.* Domine Co E Wi | ut maneret *om.* W S V ● 30 illis¹] eis V ● 31 ab eis] ex oculis eorum W S V ● 32 nobis² *om.* W S V (– Wi) ● 33 ipsis] illis V (– Wi: illo) ● 34 dicentes] *add.* quod W S V ● 35 cognoverint Wi ● 36 ~ autem haec V | ipse stetit] stetit Iesus V; Iesus stetit W S | dicit eis] dixit G; dixit eis Co E | vobis] *add.* ego sum nolite timere W S V (– Wi: *add.* ego sum)

Mt 14,26 existimabant se spiritum videre. **38** Et dixit eis: «Quid tur-
bati estis, et quare cogitationes ascendunt in corda vestra?
39 Videte manus meas et pedes meos, quia ipse ego sum!
Palpate me et videte, quia spiritus carnem et ossa non habet,
sicut me videtis habere». **40** Et cum hoc dixisset, ostendit
eis manus et pedes. **41** Adhuc autem illis non credentibus
J 21,5.10 prae gaudio et mirantibus, dixit eis: «Habetis hic aliquid,
Act 10,41 quod manducetur?». **42** At illi obtulerunt ei partem piscis
assi. **43** Et sumens coram eis manducavit.

Mt 16,21 **44** Et dixit ad eos: «Haec sunt verba, quae locutus sum
ad vos, cum adhuc essem vobiscum, quoniam necesse est
J 5,39.46 impleri omnia, quae scripta sunt in Lege Moysis et Prophe-
J 20,9 tis et Psalmis de me». **45** Tunc aperuit illis sensum, ut in-
tellegerent Scripturas. **46** Et dixit eis: «Sic scriptum est,
Christum pati et resurgere a mortuis die tertia, **47** et praedi-
cari in nomine eius paenitentiam in remissionem peccato-
rum in omnes gentes, incipientibus ab Ierusalem. **48** Vos
Act 1,8 estis testes horum. **49** Et ecce ego mitto promissum Patris
mei in vos; vos autem sedete in civitate, quoadusque indua-
mini virtutem ex alto».

38 quare *om.* W S V ● 39 meos *om.* W S V (- Wi) | ~ ego ipse V | me[1] *om.* W S V ● 40 hoc] haec St ● 41 ~ et mirantibus prae gaudio W S V | eis *om.* W S V | hic *om.* Wi ● 42 assi] *add.* et favum mellis W S V ● 43 et sumens coram eis manducavit] et cum manducasset coram eis sumens reliquias dedit eis W S V (- Wi: et accipiens coram illis comedit) ● 46 eis] *add.* quoniam W S V | est] *add.* et sic oportebat W S V | ~ tertia die V ● 47 praedicare G St | in[2]] et W S V | incipiendo Wi | Ierusalem] Hierosolyma W S V ● 48 vos] *add.* autem W S V | ~ testes estis V ● 49 ecce *om.* W S V (- Co) | mittam V (- L P C) | virtute V

50 Eduxit autem eos foras usque in Bethaniam et, eleva-
tis manibus suis, benedixit eis. 51 Et factum est dum bene- Act 1,9s
diceret illis, recessit ab eis et ferebatur in caelum. 52 Et ipsi
adoraverunt eum et regressi sunt in Ierusalem cum gaudio
magno 53 et erant semper in templo benedicentes Deum.

50 usque *om.* W S V ● 52 adoraverunt eum et] adorantes W S V ● 53 templo] *add.* laudantes et W S V | Deum] *add.* amen W S V (– Wi)

EVANGELIUM
SECUNDUM IOANNEM

PROLOGUS: 1,1-18

1 In principio erat Verbum, et Verbum erat apud Deum,
et Deus erat Verbum. 2 Hoc erat in principio apud
Deum. 3 Omnia per ipsum facta sunt, et sine ipso factum
5,26 | est nihil, quod factum est; 4 in ipso vita erat, et vita erat
8,12 lux hominum, 5 et lux in tenebris lucet, et tenebrae eam non
comprehenderunt.

6 Fuit homo missus a Deo, cui nomen erat Ioannes;
7 hic venit in testimonium, ut testimonium perhiberet de
lumine, ut omnes crederent per illum. 8 Non erat ille lux,
sed ut testimonium perhiberet de lumine.

9 Erat lux vera, quae illuminat omnem hominem, veniens
in mundum. 10 In mundo erat, et mundus per ipsum factus
est, et mundus eum non cognovit. 11 In propria venit, et
sui eum non receperunt.

12 Quotquot autem acceperunt eum, dedit eis potestatem
1J 3,1s G 3,26 filios Dei fieri, his, qui credunt in nomine eius, 13 qui non
3,6 ex sanguinibus neque ex voluntate carnis neque ex volun-
1J 5,18 tate viri, sed ex Deo nati sunt.

1J 1,1-3 14 Et Verbum caro factum est et habitavit in nobis; et
vidimus gloriam eius, gloriam quasi Unigeniti a Patre, ple-
num gratiae et veritatis.

15 Ioannes testimonium perhibet de ipso et clamat di-
30 Mt 11,3 cens: «Hic erat, quem dixi: Qui post me venturus est, ante
me factus est, quia prior me erat».

¶ 1.9 venientem W S V | in hunc mundum V • 12 acceperunt] receperunt W S V | in nomen Wi • 14 plenum gratia et veritate Wi • 15 dixi] *add.* vobis W S

16 Et de plenitudine eius nos omnes accepimus, et gra-
tiam pro gratia; **17** quia lex per Moysen data est, gratia et
veritas per Iesum Christum facta est. **18** Deum nemo vidit Ex 33,18.20
umquam; unigenitus Deus, qui est in sinum Patris, ipse enar- 1 J 4,12.20
ravit.

MINISTERIUM PUBLICUM IESU: 1,19–12,50

Iesum filium Dei et Messiam esse monstratur – De initio ministerii: 1,19–4,54

Ioannes Baptista Christum annuntiat: 1,19-28

19 Et hoc est testimonium Ioannis, quando miserunt ad 7.8.15;
eum Iudaei ab Hierosolymis sacerdotes et Levitas, ut inter- 5,31-38; 8,14
rogarent eum: «Tu quis es?». **20** Et confessus est et non
negavit; et confessus est: «Non sum ego Christus». **21** Et
interrogaverunt eum: «Quid ergo? Elias es tu?». Et dicit: 6,14
«Non sum». «Propheta es tu?». Et respondit: «Non». **22** Di- Mt 17,10-13
xerunt ergo ei: «Quis es? Ut responsum demus his, qui mi- Dt 18,15.18
serunt nos. Quid dicis de teipso?». **23** Ait:
«Ego *vox clamantis in deserto*: Is 40,3 Mt 3,3
"*Dirigite viam Domini*", Mc 1,3 L 3,4
sicut dixit Isaias propheta». **24** Et qui missi fuerant, erant *24–28*:
ex pharisaeis; **25** et interrogaverunt eum et dixerunt ei: Mt 3,1-6.11s
«Quid ergo baptizas, si tu non es Christus neque Elias ne- Mc 1,1-8
que propheta?». **26** Respondit eis Ioannes dicens: «Ego L 3,3-6.15-17
baptizo in aqua; medius vestrum stat, quem vos non scitis,
27 qui post me venturus est, cuius ego non sum dignus, ut

17 gratia] *add.* autem Wi • 18 Deus] Filius W S V | sinu W S V • 19 ~ miserunt Iudaei ab Hierosolymis sacerdotes et Levitas ad eum W S V • 20 est[2]] *add.* quia W S V • 21 dixit V (– Wi) • 25 neque[2]] nec E • 26 medius] *add.* autem W S V | stetit W S V | non scitis] nescitis V • 27 qui] ipse est qui W S V | est] *add.* qui ante me factus est W S V

solvam eius corrigiam calceamenti». **28** Haec in Bethania
facta sunt trans Iordanem, ubi erat Ioannes baptizans.

Ecce agnus Dei: 1,29-34

29 Altera die videt Iesum venientem ad se et ait: «Ecce
Is 53,7 1 J 3,5 | 15 agnus Dei, qui tollit peccatum mundi. **30** Hic est, de quo
dixi: Post me venit vir, qui ante me factus est, quia prior me
erat. **31** Et ego nesciebam eum, sed ut manifestetur Israel,
32–34: Mt 3,13-17 Mc 1,9-11 L 3,21 s propterea veni ego in aqua baptizans». **32** Et testimonium
perhibuit Ioannes dicens: «Vidi Spiritum descendentem
quasi columbam de caelo, et mansit super eum; **33** et ego
nesciebam eum, sed, qui misit me baptizare in aqua, ille
mihi dixit: "Super quem videris Spiritum descendentem et
manentem super eum, hic est qui baptizat in Spiritu Sancto".
34 Et ego vidi et testimonium perhibui quia hic est Filius
Dei».

Primi discipuli vocantur: 1,35-51

35 Altera die iterum stabat Ioannes et ex discipulis eius
29 duo, **36** et respiciens Iesum ambulantem dicit: «Ecce agnus
Dei». **37** Et audierunt eum duo discipuli loquentem et secuti
sunt Iesum. **38** Conversus autem Iesus et videns eos sequen-
tes se dicit eis: «Quid quaeritis?». Qui dixerunt ei: «Rabbi –
quod dicitur interpretatum Magister – ubi manes?». **39** Di-
cit eis: «Venite et videbitis». Venerunt ergo et viderunt, ubi
maneret, et apud eum manserunt die illo; hora erat quasi
decima.

28 Bethania] Bethabara Wi • 29 vidit V | videt] *add.* Ioannes W S V | qui] ecce qui V (– Wi) | peccata G E Wi St • 30 ego dixi Co • 31 manifestaretur S Wi | in Israel V • 32 dicens] *add.* quia W S V • 36 dixit G E Wi • 38 se *om.* S | dixit Co | manes] habitas W S V • 39 videbitis] videte W S V | ergo *om.* W S V | hora] *add.* autem W S V

40 Erat Andreas, frater Simonis Petri, unus ex duobus, *40–51:* Mt 4,18-22
qui audierant ab Ioanne et secuti fuerant eum. **41** Invenit Mc 1,16-20
hic primum fratrem suum Simonem et dicit ei: «Invenimus L 5,1-11
Messiam» – quod est interpretatum Christus –; **42** adduxit
eum ad Iesum. Intuitus eum Iesus dixit: «Tu es Simon filius Mt 16,18
Ioannis; tu vocaberis Cephas» – quod interpretatur Petrus –. Mc 3,16 L 6,14

43 In crastinum voluit exire in Galilaeam et invenit Phi-
lippum. Et dicit ei Iesus: «Sequere me». **44** Erat autem Phi- Mt 8,22
lippus a Bethsaida, civitate Andreae et Petri. **45** Invenit
Philippus Nathanael et dicit ei: «Quem scripsit Moyses in
Lege et Prophetae invenimus, Iesum filium Ioseph a Na-
zareth». **46** Et dixit ei Nathanael: «A Nazareth potest ali-
quid boni esse?». Dicit ei Philippus: «Veni et vide». **47** Vidit
Iesus Nathanael venientem ad se et dicit de eo: «Ecce vere
Israelita, in quo dolus non est». **48** Dicit ei Nathanael: Ps 32,2
«Unde me nosti?». Respondit Iesus et dixit ei: «Priusquam
te Philippus vocaret, cum esses sub ficu, vidi te». **49** Respon-
dit ei Nathanael: «Rabbi, tu es Filius Dei, tu rex es Israel!». Mt 14,33; 16,16
50 Respondit Iesus et dixit ei: «Quia dixi tibi: Vidi te sub
ficu, credis? Maiora his videbis». **51** Et dicit ei: «Amen,
amen dico vobis: Videbitis *caelum* apertum et *angelos Dei* Gn 28,12 Mc 14,62

40 erat] *add.* autem W S V | audierat St | ab] a V • 42 et adduxit W S V | intuitus] *add.* autem W S V | Ioannis] Io(h)anna W S G E St Si; Iona Co Wi L P C • 43 in crastinum] altera die Wi | voluit] *add.* Iesus Wi • 48 dicit] dixit E Wi • 49 Nathanael] *add.* et ait W S V | ~ es rex W S V • 50 maiora] maius W S V (– Wi) • 51 videbitis] amodo videbitis Co; posthac videbitis Wi

ascendentes et descendentes supra Filium hominis».

Initium signorum in Cana factum: 2,1-12

2 Et die tertio nuptiae factae sunt in Cana Galilaeae, et
erat mater Iesu ibi; **2** vocatus est autem et Iesus et disci-
puli eius ad nuptias. **3** Et deficiente vino, dicit mater Iesu
ad eum: «Vinum non habent». **4** Et dicit ei Iesus: «Quid
mihi et tibi, mulier? Nondum venit hora mea». **5** Dicit ma-
ter eius ministris: «Quodcumque dixerit vobis, facite».

6 Erant autem ibi lapideae hydriae sex positae secundum
purificationem Iudaeorum, capientes singulae metretas bi-
nas vel ternas. **7** Dicit eis Iesus: «Implete hydrias aqua». Et
impleverunt eas usque ad summum. **8** Et dicit eis: «Haurite
nunc et ferte architriclino». Illi autem tulerunt. **9** Ut autem
gustavit architriclinus aquam vinum factam et non sciebat
unde esset, ministri autem sciebant, qui haurierant aquam,
vocat sponsum architriclinus **10** et dicit ei: «Omnis homo
primum bonum vinum ponit et, cum inebriati fuerint, id
quod deterius est; tu servasti bonum vinum usque adhuc».
1,14; 11,40 **11** Hoc fecit initium signorum Iesus in Cana Galilaeae et
manifestavit gloriam suam, et crediderunt in eum discipuli
eius.

12 Post hoc descendit Capharnaum ipse et mater eius et
fratres eius et discipuli eius, et ibi manserunt non multis
diebus.

Mercatoribus expulsis Iesus templum purificat: 2,13-22

13–16: Mt 21,10-17 Mc 11,15-19 L 19,45-48 **13** Et prope erat Pascha Iudaeorum, et ascendit Hieroso-

51 super E Wi
¶ **2.1** die tertio] die tertia V (– Co: tertia die) ● **2** autem] *add.* ibi S | et[1] *om.* E ● **4** et tibi] et tibi est W S V (– Wi: tecum est) ● **6** ibi *om.* Wi ● **8** eis] *add.* Iesus W S V | illi autem] et W S V ● **9** vinum factum Co E | sciebat] sciret Wi | qui] quod P | haurierant] hauserant W V (– G; – Co: hauserunt) ● **10** fuerint] *add.* tunc W S V | tu] *add.* autem V ● **12** post hoc] post haec Co E St Si; posthac Wi | Capernaum Wi ● **13** Hierosolyma W S

lymam Iesus. **14** Et invenit in templo vendentes boves et
oves et columbas, et nummularios sedentes; **15** et cum fe-
cisset flagellum de funiculis, omnes eiecit de templo, oves
quoque et boves, et nummulariorum effudit aes et mensas
subvertit; **16** et his, qui columbas vendebant, dixit: «Auferte
ista hinc! Nolite facere domum Patris mei domum nego-
tiationis». **17** Recordati sunt discipuli eius quia scriptum
est: «*Zelus domus tuae comedit me*». **18** Responderunt ergo Ps 69,10
Iudaei et dixerunt ei: «Quod signum ostendis nobis, quia 4,48; 6,30
haec facis?». **19** Respondit Iesus et dixit eis: «Solvite tem- Mt 26,61; 27,40 Mc 14,58; 15,29
plum hoc et in tribus diebus excitabo illud». **20** Dixerunt Act 6,14
ergo Iudaei: «Quadraginta et sex annis aedificatum est tem-
plum hoc, et tu tribus diebus excitabis illud?». **21** Ille autem
dicebat de templo corporis sui. **22** Cum ergo resurrexisset
a mortuis, recordati sunt discipuli eius quia hoc dicebat,
et crediderunt Scripturae et sermoni, quem dixit Iesus.

In die festo Paschae Hierosolymis conversatur: 2,23-25

23 Cum autem esset Hierosolymis in Pascha, in die festo,
multi crediderunt in nomine eius, videntes signa eius, quae
faciebat. **24** Ipse autem Iesus non credebat semetipsum eis,
eo quod ipse nosset omnes, **25** et quia opus ei non erat, ut
quis testimonium perhiberet de homine: ipse enim sciebat
quid esset in homine.

Colloquium cum Nicodemo: 3,1-15

3 Erat autem homo ex pharisaeis, Nicodemus nomine, 7,50; 19,39
princeps Iudaeorum; **2** hic venit ad eum nocte et dixit
ei: «Rabbi, scimus quia a Deo venisti magister: nemo enim
potest haec signa facere, quae tu facis, nisi fuerit Deus cum

13 ~ Iesus Hierosolymam V • 14 ~ oves et boves Co E Wi St • 15 fecisset] *add.* quasi W S V • 16 et nolite V • 17 sunt] sunt vero V (- Wi); vero sunt W S Wi • 18 quia] quod Wi • 20 in tribus diebus V • 22 surrexisset Wi | dicebat] dixerat Wi
¶ 3.2 eum] Iesum V | quia] quod Wi | venisti] veneris Wi

eo». **3** Respondit Iesus et dixit ei: «Amen, amen dico tibi:
Nisi quis natus fuerit desuper, non potest videre regnum
Dei». **4** Dicit ad eum Nicodemus: «Quomodo potest homo
nasci, cum senex sit? Numquid potest in ventrem matris
suae iterato introire et nasci?». **5** Respondit Iesus: «Amen,
Ez 11,19; 36,25-27 R 8,9 amen dico tibi: Nisi quis natus fuerit ex aqua et Spiritu, non
potest introire in regnum Dei. **6** Quod natum est ex carne,
1,13 Gn 6,3 Job 34,14s caro est; et, quod natum est ex Spiritu, spiritus est. **7** Non
Eccl 11,5 mireris quia dixi tibi: Oportet vos nasci denuo. **8** Spiritus,
ubi vult, spirat, et vocem eius audis, sed non scis unde veniat
et quo vadat; sic est omnis, qui natus est ex Spiritu». **9** Re-
spondit Nicodemus et dixit ei: «Quomodo possunt haec
fieri?». **10** Respondit Iesus et dixit ei: «Tu es magister Israel
1J 1,2 et haec ignoras? **11** Amen, amen dico tibi: Quod scimus,
loquimur et, quod vidimus, testamur, et testimonium nos-
trum non accipitis. **12** Si terrena dixi vobis, et non creditis,
quomodo, si dixero vobis caelestia, credetis? **13** Et nemo
ascendit in caelum, nisi qui descendit de caelo, Filius ho-
12,32.34; 19,37 Nu 21,8s minis. **14** Et sicut Moyses exaltavit serpentem in deserto, ita
exaltari oportet Filium hominis, **15** ut omnis, qui credit, in
ipso habeat vitam aeternam».

Ad quem finem Iesus missus sit: 3,16-21

1J 4,9s R 5,8; 8,32 **16** Sic enim dilexit Deus mundum, ut Filium suum unige-
nitum daret, ut omnis, qui credit in eum, non pereat, sed
12,47s habeat vitam aeternam. **17** Non enim misit Deus Filium in

3 renatus V (– Wi L P) | desuper] denuo W S V • 4 dixit E Wi | nasci[1]] Co E St | ~ sit senex V | iterato] iterum L P | nasci[2]] renasci V (– Wi L P) • 5 renatus W S V | Spiritu] *add.* Sancto V (– Wi L P) • 7 quia] quod Wi • 8 non scis] nescis V | et[2]] aut V (– L P) • 10 in Israel W V • 11 tibi] *add.* quia W S V (– Wi) • 13 hominis] *add.* qui est in caelo W S V • 15 in ipsum P Si C; in eum L | ipso] *add.* non pereat sed W S V • 16 ~ Deus dilexit V • 17 Filium] *add.* suum W S V

mundum, ut iudicet mundum, sed ut salvetur mundus per
ipsum. **18** Qui credit in eum, non iudicatur; qui autem non
credit, iam iudicatus est, quia non credidit in nomen Uni-
geniti Filii Dei. **19** Hoc est autem iudicium: Lux venit in
mundum, et dilexerunt homines magis tenebras quam lucem;
erant enim eorum mala opera. **20** Omnis enim, qui mala
agit, odit lucem et non venit ad lucem, ut non arguantur
opera eius; **21** qui autem facit veritatem, venit ad lucem, ut
manifestentur eius opera, quia in Deo sunt facta.

Testimonium Ioannis Baptistae de Messia: 3,22-36

22 Post haec venit Iesus et discipuli eius in Iudaeam ter-
ram, et illic demorabatur cum eis et baptizabat. **23** Erat
autem et Ioannes baptizans in Enon iuxta Salim, quia
aquae multae erant illic, et adveniebant et baptizabantur;
24 nondum enim missus fuerat in carcerem Ioannes. Mt 14,3 Mc 6,17

25 Facta est ergo quaestio ex discipulis Ioannis cum
Iudaeo de purificatione. **26** Et venerunt ad Ioannem et dixe-
runt ei: «Rabbi, qui erat tecum trans Iordanem, cui tu testi-
monium perhibuisti, ecce hic baptizat et omnes veniunt ad
eum!». **27** Respondit Ioannes et dixit: «Non potest homo 19,11
accipere quidquam, nisi fuerit ei datum de caelo. **28** Ipsi vos
mihi testimonium perhibetis quod dixerim: Non sum ego
Christus, sed: Missus sum ante illum. **29** Qui habet spon-
sam, sponsus est; amicus autem sponsi, qui stat et audit

18 credidit] credit G Co St Si C | in nomine W S V ● 19 iudicium] *add.* quia W S V (– Wi: *add.* quod) ● 20 mala] male V ● 21 ~ opera eius V | ~ facta sunt E ● 22 ~ terram Iudaeam Co E Wi Si C | morabatur G Co St ● 23 veniebant V ● 24 ~ Ioannes in carcerem V ● 25 ergo] autem V | Iudaeis W S V ● 26 ecce] etiam Wi ● 27 ~ ei fuerit W ● 28 ~ ego non sum W S | sed] *add.* quia W S V (– Wi)

eum, gaudio gaudet propter vocem sponsi. Hoc ergo gau-
dium meum impletum est. **30** Illum oportet crescere, me
autem minui».
13; 8,23 **31** Qui de sursum venit, supra omnes est; qui est de terra,
de terra est et de terra loquitur. Qui de caelo venit, supra
11 omnes est; **32** et quod vidit et audivit, hoc testatur, et testi-
monium eius nemo accipit. **33** Qui accipit eius testimonium,
signavit quia Deus verax est. **34** Quem enim misit Deus,
verba Dei loquitur, non enim ad mensuram dat Spiritum.
35 Pater diligit Filium et omnia dedit in manu eius. **36** Qui
1 J 5,12 credit in Filium, habet vitam aeternam; qui autem incredu-
lus est Filio, non videbit vitam, sed ira Dei manet super
eum.

Iesus cum muliere Samaritana iuxta fontem Iacob loquitur: 4,1-26

4 Ut ergo cognovit Iesus quia audierunt pharisaei quia
Iesus plures discipulos facit et baptizat quam Ioannes,
2 – quamquam Iesus ipse non baptizaret sed discipuli eius –
Mt 4,12 Mc 1,14 L 4,14 **3** reliquit Iudaeam et abiit iterum in Galilaeam. **4** Oportebat
autem eum transire per Samariam. **5** Venit ergo in civitatem
Gn 33,18s; 48,22 Jos 24,32 Samariae, quae dicitur Sichar, iuxta praedium, quod dedit
Iacob Ioseph filio suo; **6** erat autem ibi fons Iacob. Iesus
ergo fatigatus ex itinere sedebat sic super fontem; hora erat
quasi sexta. **7** Venit mulier de Samaria haurire aquam. Dicit
L 9,52s ei Iesus: «Da mihi bibere»; **8** discipuli enim eius abierant in

31 supra[1+2]] super V | de terra[3]] terrena Wi | qui[3]] et qui Wi ● **33** qui] *add.* autem V (– L P C) | accepit L P Si C; acceperit G Co E Wi St | quia] quod Wi ● **34** dat] *add.* Deus W S V
¶ **4.1** quia[1]] quod Wi | quia[2]] quod V ● **2** ipse *om.* W S V ● **4** per mediam Samariam Co E St Si ● **6** ergo] autem G Co E St | supra V | hora] *add.* autem V (– L P C) ● **7** venit] *add.* autem St | haurire] ut hauriret Wi | dixit E Wi | bibere] ad bibendum Wi

civitatem, ut cibos emerent. **9** Dicit ergo ei mulier illa Sama-
ritana: «Quomodo tu Iudaeus cum sis, bibere a me poscis,
quae sum mulier Samaritana?». Non enim coutuntur Iudaei
Samaritanis. **10** Respondit Iesus et dixit ei: «Si scires donum
Dei et quis est, qui dicit tibi: "Da mihi bibere", tu forsitan
petisses ab eo et dedisset tibi aquam vivam». **11** Dicit ei
mulier: «Domine, neque in quo haurias habes, et puteus
altus est; unde ergo habes aquam vivam? **12** Numquid tu
maior es patre nostro Iacob, qui dedit nobis puteum, et
ipse ex eo bibit et filii eius et pecora eius?». **13** Respondit
Iesus et dixit ei: «Omnis, qui bibit ex aqua hac, sitiet iterum; Sir 24,21
14 qui autem biberit ex aqua, quam ego dabo ei, non sitiet
in aeternum, sed aqua, quam dabo ei, fiet in eo fons aquae Ps 36,10 Is 58,11
salientis in vitam aeternam». **15** Dicit ad eum mulier: «Do-
mine, da mihi hanc aquam, ut non sitiam neque veniam
huc haurire». **16** Dicit ei: «Vade, voca virum tuum et veni
huc». **17** Respondit mulier et dixit ei: «Non habeo virum».
Dicit ei Iesus: «Bene dixisti: "Non habeo virum"; **18** quin-
que enim viros habuisti, et nunc, quem habes, non est tuus
vir. Hoc vere dixisti». **19** Dicit ei mulier: «Domine, video
quia propheta es tu. **20** Patres nostri in monte hoc adorave-
runt, et vos dicitis quia in Hierosolymis est locus, ubi ado-
rare oportet». **21** Dicit ei Iesus: «Crede mihi, mulier, quia
venit hora quando neque in monte hoc neque in Hierosoly-

9 dixit Wi | ~ cum Iudaeus E Wi | bibere] ad bibendum Wi ● **10** et[1] *om.* Wi | bibere] ad bibendum Wi ● **14** quam[2]] *add.* ego W V ● **16** dixit E Wi | ei] *add.* Iesus W S V ● **17** respondit] *add.* ei E Wi | ei[1] *om.* W S V | dicit] dixit E Wi | dixisti] *add.* quia W S V (- Wi) ● **18** ~ vir tuus E Wi ● **19** quia] quod Wi ● **20** in[2] *om.* S V ● **21** dixit E | ~ mulier crede mihi W S V | veniet S V (- Si C)

2 Rg 17,29 Is 2,3 mis adorabitis Patrem. **22** Vos adoratis, quod nescitis; nos
adoramus, quod scimus, quia salus ex Iudaeis est. **23** Sed
venit hora, et nunc est, quando veri adoratores adorabunt
Patrem in Spiritu et veritate; nam et Pater tales quaerit, qui
adorent eum. **24** Spiritus est Deus, et eos, qui adorant eum,
in Spiritu et veritate oportet adorare». **25** Dicit ei mulier:
Dt 18,18 «Scio quia Messias venit – qui dicitur Christus –; cum vene-
9,37 rit ille, nobis annuntiabit omnia». **26** Dicit ei Iesus: «Ego
sum, qui loquor tecum».

Manet apud Samaritanos: 4,27-42

27 Et continuo venerunt discipuli eius et mirabantur quia
cum muliere loquebatur; nemo tamen dixit: «Quid quaeris
aut quid loqueris cum ea?». **28** Reliquit ergo hydriam suam
mulier et abiit in civitatem et dicit illis hominibus: **29** «Ve-
nite, videte hominem, qui dixit mihi omnia, quaecumque
feci; numquid ipse est Christus?». **30** Exierunt de civitate et
veniebant ad eum.

31 Interea rogabant eum discipuli dicentes: «Rabbi, man-
duca». **32** Ille autem dixit eis: «Ego cibum habeo mandu-
care, quem vos nescitis». **33** Dicebant ergo discipuli ad in-
vicem: «Numquid aliquis attulit ei manducare?». **34** Dicit
5,30; 17,4; 19,30 H 10,5-9 eis Iesus: «Meus cibus est, ut faciam voluntatem eius, qui
misit me, et ut perficiam opus eius. **35** Nonne vos dicitis:
"Adhuc quattuor menses sunt, et messis venit"? Ecce dico
vobis: Levate oculos vestros et videte regiones quia albae
sunt ad messem! Iam **36** qui metit, mercedem accipit et con-

25 quia] quod Wi | venit] veniet Wi | cum] *add.* ergo W S V | ~ annuntiabit nobis E Wi | nuntiabit Co ● 26 dixit E Wi ● 27 quia] quod Wi ● 28 dixit E ● 29 venite] *add.* et V ● 30 exierunt] *add.* ergo V (– G) ● 32 dicit Si C | nescitis] non scitis W ● 33 manducare] ad manducandum Wi ● 34 et *om.* W S V ● 35 dicitis] *add.* quod W S V ● 35/36 sunt ad messem! Iam qui metit] sunt iam ad messem; et qui metit W S V

gregat fructum in vitam aeternam, ut et qui seminat, simul Ps 126,5 s Is 9,2
gaudeat et qui metit. 37 In hoc enim est verbum verum:
Alius est qui seminat, et alius est qui metit. 38 Ego misi vos 17,18.20 s
metere, quod vos non laborastis; alii laboraverunt, et vos
in laborem eorum introistis».

39 Ex civitate autem illa multi crediderunt in eum Sama-
ritanorum propter verbum mulieris testimonium perhiben-
tis: «Dixit mihi omnia, quaecumque feci!». 40 Cum venis-
sent ergo ad illum Samaritani, rogaverunt eum, ut apud
ipsos maneret; et mansit ibi duos dies. 41 Et multo plures
crediderunt propter sermonem eius; 42 et mulieri dicebant:
«Iam non propter tuam loquelam credimus; ipsi enim audi-
vimus et scimus quia hic est vere Salvator mundi!». 1 J 4,14

Filium ministri regii in Capharnaum aegrotantem sanat: 4,43-54

43 Post duos autem dies exiit inde in Galilaeam; 44 ipse
enim Iesus testimonium perhibuit quia propheta in sua pa- Mt 13,57 Mc 6,4
tria honorem non habet. 45 Cum ergo venisset in Galilaeam, L 4,24
exceperunt eum Galilaei, cum omnia vidissent, quae fecerat
Hierosolymis in die festo; et ipsi enim venerant in diem
festum.

46 Venit ergo iterum in Cana Galilaeae, ubi fecit aquam 2,1-11
vinum. Et erat quidam regius, cuius filius infirmabatur *46–53:* Mt 8,5-13
Capharnaum; 47 hic cum audisset quia Iesus advenerit a L 7,1-10
Iudaea in Galilaeam, abiit ad eum et rogabat, ut descen-
deret et sanaret filium eius; incipiebat enim mori. 48 Dixit

37 verum] *add.* quia W S V (– Wi: *add.* quod) ● 38 metere] ad metendum Wi | in labores V (– Wi) ● 39 perhibentis] *add.* quia W S V ● 40 apud ipsos] ibi W S V ● 41 crediderunt] *add.* in eum V (– G L P) ● 42 dicebant] *add.* quia W S V (– Wi) | iam *om.* G St | ~ non iam Co | quia] quod Wi ● 43 inde] *add.* et abiit W S V ● 44 quia] quod Wi ● 45 et *om.* Wi | in diem] ad diem V ● 46 fecit aquam] fecerat ex aqua Wi | regius] regulus W S V | Capernaum Wi ● 47 quia] quod Wi | adveniret W S V | rogabat] *add.* eum W S V

2,18; 6,26; 12,37; 20,30 ergo Iesus ad eum: «Nisi signa et prodigia videritis, non
credetis». **49** Dicit ad eum regius: «Domine, descende prius-
1 Rg 17,23 quam moriatur puer meus». **50** Dicit ei Iesus: «Vade. Filius
tuus vivit». Credidit homo sermoni, quem dixit ei Iesus, et
ibat. **51** Iam autem eo descendente, servi eius occurrerunt ei
dicentes quia puer eius vivit. **52** Interrogabat ergo horam
ab eis, in qua melius habuerit. Dixerunt ergo ei: «Heri hora
septima reliquit eum febris». **53** Cognovit ergo pater quia
illa hora erat, in qua dixit ei Iesus: «Filius tuus vivit», et
2,11 credidit ipse et domus eius tota. **54** Hoc iterum secundum
signum fecit Iesus, cum venisset a Iudaea in Galilaeam.

Iesus seipsum mundo manifestat: 5,1–12,50
Sabbato hominem infirmantem sanat Hierosolymis: 5,1-18

5 Post haec erat dies festus Iudaeorum, et ascendit Iesus
Hierosolymam. **2** Est autem Hierosolymis, super Proba-
tica, piscina, quae cognominatur Hebraice Bethsatha, quin-
que porticus habens. **3** In his iacebat multitudo languen-

48 creditis W S V ● 49 dixit Wi | regius] regulus W S V | puer] filius W S V ● 50 dicit] dixit E Wi ● 51 eius[1] *om.* W S V | ei] *add.* et nuntiaverunt W S V | quia] quod Wi | puer] filius W S V | viveret W S V ● 52 habuerat E Wi | dixerunt ergo] et dixerunt W S V | ei] *add.* quia W S V (– Wi) ● 53 quia] quod W Wi | hora esset E | ei *om.* Wi

¶ 5.1 Hierosolymis W S ● 2 super *om.* V (– Wi L P) | Bethsaida W S V (– Wi: Bethseda) ● 3 multitudo] *add.* magna W S V

tium, caecorum, claudorum, aridorum. (4)
5 Erat autem quidam homo ibi triginta et octo annos
habens in infirmitate sua. **6** Hunc cum vidisset Iesus iacen-
tem, et cognovisset quia multum iam tempus habet, dicit ei:
«Vis sanus fieri?». **7** Respondit ei languidus: «Domine, ho-
minem non habeo, ut, cum turbata fuerit aqua, mittat me
in piscinam; dum autem venio ego, alius ante me descendit».
8 Dicit ei Iesus: «Surge, tolle grabatum tuum et ambula». Mt 9,6 Mc 2,11 L 5,24
9 Et statim sanus factus est homo, et sustulit grabatum
suum et ambulabat.

Erat autem sabbatum in illo die. **10** Dicebant ergo Iudaei
illi, qui sanatus fuerat: «Sabbatum est, et non licet tibi
tollere grabatum tuum». **11** Ille autem respondit eis: «Qui
me fecit sanum, ille mihi dixit: "Tolle grabatum tuum et
ambula"». **12** Interrogaverunt eum: «Quis est ille homo, qui
dixit tibi: "Tolle et ambula"?». **13** Is autem, qui sanus
fuerat effectus, nesciebat quis esset; Iesus enim declinavit a
turba constituta in loco. **14** Postea invenit eum Iesus in
templo et dixit illi: «Ecce sanus factus es; iam noli peccare, 8,11
ne deterius tibi aliquid contingat». **15** Abiit ille homo et

3 caecorum] *add.* et G | aridorum] *add.* exspectantium aquae motum W S V ● 4 Angelus autem (enim Wi) Domini descendebat secundum tempus in piscinam et movebatur aqua. Et qui prior (primus G) descendisset in piscinam post motionem aquae, sanus fiebat a quacumque detinebatur infirmitate V ● 6 hunc] *add.* autem E | quia] quod Wi | ~ iam multum V | haberet V ● 7 autem venio] venio enim W S V ● 8 dixit E ● 9 homo] *add.* ille V | ~ in die illo V ● 10 ergo *om.* S | et *om.* W S V ● 11 ille autem *om.* W S V | ~ sanum fecit V | tuum *om.* Si ● 12 interrogaverunt] *add.* ergo W S V | ~ homo ille Wi | tolle] *add.* grabatum tuum W S V ● 13 a *om.* W S

nuntiavit Iudaeis quia Iesus esset, qui fecit eum sanum.
16 Et propterea persequebantur Iudaei Iesum, quia haec
faciebat in sabbato. **17** Iesus autem respondit eis: «Pater
9,4 meus usque modo operatur, et ego operor». **18** Propterea
7,1.25; 10,33 ergo magis quaerebant eum Iudaei interficere, quia non
solum solvebat sabbatum, sed et Patrem suum dicebat
Deum, aequalem se faciens Deo.

De potestate, quam Pater dedit Filio: 5,19-47

19 Respondit itaque Iesus et dixit eis: «Amen, amen dico
vobis: Non potest Filius a se facere quidquam, nisi quod
viderit Patrem facientem; quaecumque enim ille faciat, haec
3,35; 14,12 et Filius similiter facit. **20** Pater enim diligit Filium et omnia
demonstrat ei, quae ipse facit, et maiora his demonstrabit ei
1 Sm 2,6 2 Rg 5,7 opera, ut vos miremini. **21** Sicut enim Pater suscitat mortuos
et vivificat, sic et Filius, quos vult, vivificat. **22** Neque enim
27 Pater iudicat quemquam, sed iudicium omne dedit Filio,
23 ut omnes honorificent Filium, sicut honorificant Patrem.
Qui non honorificat Filium, non honorificat Patrem, qui
misit illum. **24** Amen, amen dico vobis: Qui verbum meum
3,18 audit et credit ei, qui misit me, habet vitam aeternam et in
iudicium non venit, sed transiit a morte in vitam. **25** Amen,
amen dico vobis: Venit hora, et nunc est, quando mortui
audient vocem Filii Dei et, qui audierint, vivent. **26** Sicut
Mt 11,27 enim Pater habet vitam in semetipso, sic dedit et Filio vitam
habere in semetipso; **27** et potestatem dedit ei iudicium fa-

15 quia] quod Wi • 16 et *om.* W S V • 19 faciat] fecerit W S V | ~ similiter Filius Co • 22 ~ omne iudicium V • 24 vobis] *add.* quia W S V (- Wi) | verba mea Wi | ~ me misit Co E | transit S; transiet V (- Wi C) • 25 vobis] *add.* quia W S V (- Wi) | veniet Wi • 26 ~ habere vitam V • 27 ei] *add.* et W S G; *add.* etiam Wi L P | facere] faciendi Wi

cere, quia Filius hominis est. **28** Nolite mirari hoc, quia Dn 7,13 s
venit hora, in qua omnes, qui in monumentis sunt, audient Dn 12,2 Mt 16,27
vocem eius **29** et procedent, qui bona fecerunt, in resurrec-
tionem vitae, qui vero mala egerunt, in resurrectionem
iudicii. **30** Non possum ego a meipso facere quidquam; 4,34; 6,38
sicut audio, iudico, et iudicium meum iustum est, quia non
quaero voluntatem meam, sed voluntatem eius, qui misit
me.

31 Si ego testimonium perhibeo de meipso, testimonium 8,13 s
meum non est verum; **32** alius est, qui testimonium perhibet
de me, et scio quia verum est testimonium, quod perhibet
de me. **33** Vos misistis ad Ioannem, et testimonium perhi- 1,19-34 18,37
buit veritati; **34** ego autem non ab homine testimonium
accipio, sed haec dico, ut vos salvi sitis. **35** Ille erat lucerna 1,8
ardens et lucens, vos autem voluistis exsultare ad horam in
luce eius.

36 Ego autem habeo testimonium maius Ioanne; opera 10,25
enim, quae dedit mihi Pater, ut perficiam ea, ipsa opera,
quae ego facio, testimonium perhibent de me quia Pater me
misit; **37** et, qui misit me, Pater, ipse testimonium perhibuit
de me. Neque vocem eius umquam audistis, neque speciem
eius vidistis, **38** et verbum eius non habetis in vobis manens,
quia, quem misit ille, huic vos non creditis. **39** Scrutamini
Scripturas, quia vos putatis in ipsis vitam aeternam habere;
et illae sunt, quae testimonium perhibent de me. **40** Et non
vultis venire ad me, ut vitam habeatis.

41 Gloriam ab hominibus non accipio, **42** sed cognovi 1 Th 2,6
vos, quia dilectionem Dei non habetis in vobis. **43** Ego veni

28 quia] quod Wi | eius] Filii Dei V (– Wi L P) • 31 meipso] me W S G • 32 quia] quod Wi | testimonium[2]] *add.* eius G Co E St Si • 35 ~ ad horam exsultare V • 36 mihi *om.* L P | quia] quod Wi | ~ misit me V | miserit Wi • 37 ~ me misit E • 39 quae] qui G • 41 gloriam] claritatem W S V (– Wi) • 42 quia] quod Wi

in nomine Patris mei, et non accipitis me; si alius venerit in
nomine suo, illum accipietis. **44** Quomodo potestis vos cre-
dere, qui gloriam ab invicem accipitis, et gloriam, quae a
solo est Deo, non quaeritis? **45** Nolite putare quia ego ac-
cusaturus sim vos apud Patrem; est qui accuset vos: Moy-
ses, in quo vos speratis. **46** Si enim crederetis Moysi, cre-
deretis forsitan et mihi; de me enim ille scripsit. **47** Si autem
illius litteris non creditis, quomodo meis verbis credetis?».

Quinque milia iuxta mare Tiberiadis saturantur: 6,1-15
(*1-13:* Mt 14,13-21 Mc 6,31-44 L 9,10-17)

1–13: Mt 15,32-39 **6** Post haec abiit Iesus trans mare Galilaeae, quod est
Mc 8,1-10 Tiberiadis. **2** Et sequebatur eum multitudo magna, quia
videbant signa, quae faciebat super his, qui infirmabantur.
3 Subiit autem in montem Iesus et ibi sedebat cum discipulis
11,55 suis. **4** Erat autem proximum Pascha, dies festus Iudaeorum.
5 Cum sublevasset ergo oculos Iesus et vidisset quia multi-
tudo magna venit ad eum, dicit ad Philippum: «Unde eme-
mus panes, ut manducent hi?». **6** Hoc autem dicebat tentans
eum; ipse enim sciebat quid esset facturus. **7** Respondit ei
Philippus: «Ducentorum denariorum panes non sufficiunt
eis, ut unusquisque modicum quid accipiat!». **8** Dicit ei
unus ex discipulis eius, Andreas frater Simonis Petri: **9** «Est
2Rg 4,42s puer hic, qui habet quinque panes hordeaceos et duos pis-

43 accipitis] accepistis G Co E St Si ● 44 ~ vos potestis V | ~ a solo Deo est V ● 45 quia] quod Wi | accusaturus sum Co St | accusat W V ● 46 de *om.* Wi ● 47 ~ verbis meis V (– G) | credetis] creditis G

¶ 6.3 autem] ergo W S V ● 5 quia] quod Wi | magna] maxima W S V | venisset Wi | dixit E Si C ● 9 puer] *add.* unus W S V

ces; sed haec quid sunt propter tantos?». **10** Dixit Iesus:
«Facite homines discumbere». Erat autem fenum multum
in loco. Discubuerunt ergo viri numero quasi quinque milia.
11 Accepit ergo panes Iesus et, cum gratias egisset, distribuit
discumbentibus, similiter et ex piscibus, quantum volebant.
12 Ut autem impleti sunt, dicit discipulis suis: «Colligite,
quae superaverunt, fragmenta, ne quid pereat». **13** Collegerunt
ergo et impleverunt duodecim cophinos fragmentorum
ex quinque panibus hordeaceis, quae superfuerunt his, qui
manducaverunt.

14 Illi ergo homines, cum vidissent quod fecerat signum,
dicebant: «Hic est vere propheta, qui venit in mundum!». Dt 18,15.18
15 Iesus ergo, cum cognovisset quia venturi essent, ut rape-
rent eum et facerent eum regem, secessit iterum in mon-
tem ipse solus.

Iesus super mare ambulat: 6,16-21
(*16-21:* Mt 14,22-33 Mc 6,45-52)

16 Ut autem sero factum est, descenderunt discipuli eius
ad mare **17** et, cum ascendissent navem, veniebant trans
mare in Capharnaum. Et tenebrae iam factae erant, et non-
dum venerat ad eos Iesus. **18** Mare autem, vento magno
flante, exsurgebat. **19** Cum remigassent ergo quasi stadia
viginti quinque aut triginta, vident Iesum ambulantem super
mare et proximum navi fieri, et timuerunt. **20** Ille autem
dicit eis: «Ego sum, nolite timere!». **21** Volebant ergo acci-

9 propter] inter W S V | tantos] tot Wi • **10** dixit] dixit (dicit G Co St L P) ergo W S V | loco] *add.* eo Wi • **11** ~ Iesus panes V | volebat E St • **12** dixit W S V | superaverant G E | quid pereat] pereant W S V • **13** hordeaceis] *add.* et duobus piscibus G Co E St Si | manducaverant V (– Wi) • **14** quod] *add.* Iesus V (– St) | dicebant] *add.* quia W S V (– Wi) | vere] *add.* ille Wi | venit] venturus est W S V • **15** quia] quod Wi | eum^{1+2}] se Wi | secessit] fugit W S V • **17** veniebant] venerunt W S V | Capernaum Wi | nondum] non W S V • **19** supra V (– L P) • **21** voluerunt W S V | ~ eum accipere Co

pere eum in navem, et statim fuit navis ad terram, in quam ibant.

Sermo de pane caeli in synagoga Capharnaum: 6,22-58

22 Altera die turba, quae stabat trans mare, vidit quia navicula alia non erat ibi nisi una et quia non introisset cum discipulis suis Iesus in navem, sed soli discipuli eius abiissent;
23 aliae supervenerunt naves a Tiberiade iuxta locum, ubi manducaverant panem, gratias agente Domino.
24 Cum ergo vidisset turba quia Iesus non esset ibi neque discipuli eius, ascenderunt ipsi naviculas et venerunt Capharnaum quaerentes Iesum.
25 Et cum invenissent eum trans mare, dixerunt ei: «Rabbi, quando huc venisti?».

26 Respondit eis Iesus et dixit: «Amen, amen dico vobis: Quaeritis me non quia vidistis signa, sed quia manducastis ex panibus et saturati estis.
27 Operamini non cibum, qui perit, sed cibum, qui permanet in vitam aeternam, quem Filius hominis vobis dabit; hunc enim Pater signavit Deus!».
28 Dixerunt ergo ad eum: «Quid faciemus, ut operemur opera Dei?».
29 Respondit Iesus et dixit eis: «Hoc est opus Dei, ut credatis in eum, quem misit ille».

Mt 16,1-4 Mc 8,11-13 30 Dixerunt ergo ei: «Quod ergo tu facis signum, ut videamus et credamus tibi? Quid operaris?
31 Patres nostri manna manducaverunt in deserto, sicut scriptum est: "*Pa-*

21 in navem] in navi S | ~ navis fuit V | in²] ad G Wi; *om.* S Co E St L P ● 22 quia¹⁺²] quod Wi ● 23 aliae] *add.* vero W S V | a *om.* Wi | agentes G Co E Wi St | Domino] Deo G Co E St Si ● 24 quia] quod Wi | ipsi *om.* W S V | in naviculas V | Capernaum Wi ● 26 quia¹⁺²] quod Wi ● 27 cibum² *om.* W S V | ~ dabit vobis V ● 28 facimus Wi ● 31 ~ manducaverunt manna V

nem de caelo dedit eis manducare"». **32** Dixit ergo eis Iesus: Ps 78,24 Ex 16,4
«Amen, amen dico vobis: Non Moyses dedit vobis panem
de caelo, sed Pater meus dat vobis panem de caelo verum:
33 panis enim Dei est, qui descendit de caelo et dat vitam
mundo». **34** Dixerunt ergo ad eum: «Domine, semper da
nobis panem hunc». **35** Dixit eis Iesus: «Ego sum panis Sir 24,21
vitae. Qui venit ad me, non esuriet; et, qui credit in me, non
sitiet umquam. **36** Sed dixi vobis quia et vidistis me, et non
creditis. **37** Omne, quod dat mihi Pater, ad me veniet; et
eum, qui venit ad me, non eiciam foras, **38** quia descendi de
caelo, non ut faciam voluntatem meam sed voluntatem eius, 4,34; 5,30 Mt 26,39 Mc 14,36 L 22,42
qui misit me. **39** Haec est autem voluntas eius, qui misit me,
ut omne, quod dedit mihi, non perdam ex eo, sed resuscitem
illud in novissimo die. **40** Haec est enim voluntas Patris mei,
ut omnis, qui videt Filium et credit in eum, habeat vitam
aeternam; et resuscitabo ego eum in novissimo die».

41 Murmurabant ergo Iudaei de illo quia dixisset: «Ego
sum panis, qui de caelo descendi», **42** et dicebant: «Nonne
hic est Iesus filius Ioseph, cuius nos novimus patrem et ma- Mt 13,54-57 Mc 6,1-6 L 4,16-30
trem? Quomodo dicit nunc: "De caelo descendi"?».

31 de caelo] caeli Wi | manducare] ad manducandum Wi • **32** dat] dabit Wi • **33** Dei] verus Co E St Si | ~ de caelo descendit V • **35** dixit] *add.* autem W S V | eis] ei Si C *(per err.?)*; *om.* Wi | veniet S | credidit G | umquam] in aeternum Co E St Si • **36** et[1] *om.* Co | credidistis G Co E St Si • **39** autem] enim V (– Si C) | me] *add.* Patris W S V | illud] illum W S Wi | in *om.* S • **40** enim] autem V (– G St) | mei] *add.* qui misit me W S V | vidit Wi | ~ ego resuscitabo V • **41** quia] quod Wi | panis] *add.* vivus V (– Wi L P) • **42** Iesus *om.* G Co E St | quomodo] *add.* ergo W S V | dixit E | nunc] hic quia (– Wi) W S V

43 Respondit Iesus et dixit eis: «Nolite murmurare in in-
vicem. 44 Nemo potest venire ad me, nisi Pater, qui misit
me, traxerit eum; et ego resuscitabo eum in novissimo die.
Is 54,13 Jr 31,33s 45 Est scriptum in Prophetis: "*Et erunt omnes docibiles Dei*".
Omnis, qui audivit a Patre et didicit, venit ad me. 46 Non
1,18 quia Patrem vidit quisquam, nisi is qui est a Deo, hic vidit
Patrem. 47 Amen, amen dico vobis: Qui credit, habet vitam
aeternam.

48 Ego sum panis vitae. 49 Patres vestri manducaverunt
in deserto manna et mortui sunt. 50 Hic est panis de caelo
descendens, ut, si quis ex ipso manducaverit, non moriatur.
51 Ego sum panis vivus, qui de caelo descendi. Si quis man-
ducaverit ex hoc pane, vivet in aeternum; panis autem,
1,14 quem ego dabo, caro mea est pro mundi vita».

52 Litigabant ergo Iudaei ad invicem dicentes: «Quo-
modo potest hic nobis carnem suam dare ad manducan-
dum?». 53 Dixit ergo eis Iesus: «Amen, amen dico vobis:
Nisi manducaveritis carnem Filii hominis et biberitis eius
sanguinem, non habetis vitam in vobismetipsis. 54 Qui man-
ducat meam carnem et bibit meum sanguinem, habet vitam
aeternam; et ego resuscitabo eum in novissimo die. 55 Caro

43 respondit] *add.* ergo W S V | in] ad Wi; *om.* Co L P ● 44 in *om.* S ● 45 et[1] *om.* G St | audiverit Wi ● 46 quia] quod Wi ● 47 credit] *add.* in me W S V ● 49 ~ manna in deserto V ● 51 panis autem] et panis W S V ● 52 ~ carnem suam nobis W ● 53 habebitis V | in vobismetipsis] in vobis W S V

enim mea verus est cibus, et sanguis meus verus est potus.
56 Qui manducat meam carnem et bibit meum sanguinem,
in me manet, et ego in illo. **57** Sicut misit me vivens Pater, 5,26
et ego vivo propter Patrem; et, qui manducat me, et ipse
vivet propter me. **58** Hic est panis, qui de caelo descendit,
non sicut manducaverunt patres et mortui sunt; qui mandu-
cat hunc panem, vivet in aeternum».

Multi ex discipulis discedunt: 6,59-71

59 Haec dixit in synagoga docens in Capharnaum.
60 Multi ergo audientes ex discipulis eius dixerunt: «Durus
est hic sermo! Quis potest eum audire?». **61** Sciens autem
Iesus apud semetipsum quia murmurarent de hoc discipuli
eius, dixit eis: «Hoc vos scandalizat? **62** Si ergo videritis
Filium hominis ascendentem, ubi erat prius? **63** Spiritus est,
qui vivificat, caro non prodest quidquam; verba, quae ego
locutus sum vobis, Spiritus sunt et vita sunt. **64** Sed sunt 7,46
quidam ex vobis, qui non credunt». Sciebat enim ab initio
Iesus, qui essent non credentes, et quis traditurus esset eum.
65 Et dicebat: «Propterea dixi vobis: Nemo potest venire
ad me, nisi fuerit ei datum a Patre».

66 Ex hoc multi discipulorum eius abierunt retro et iam
non cum illo ambulabant. **67** Dixit ergo Iesus ad Duode-

55 verus [1+2]] vere W S V • 57 ~ me misit E | et[1]] ita Wi • 58 patres] *add.* vestri manna W S V • 59 Capernaum Wi • 60 sermo] *add.* et V (- Wi) • 61 quia] quod Wi • 63 sunt[1] *om.* W S V • 64 non[2] *om.* W S Co E Wi St Si • 65 vobis] *add.* quia W S V (- Wi) | Patre] *add.* meo W S V • 66 eius *om.* Wi

68–69: Mt 16,16 cim: «Numquid et vos vultis abire?». **68** Respondit ei Simon
Mc 8,29 L 9,20 Petrus: «Domine, ad quem ibimus? Verba vitae aeternae
habes; **69** et nos credidimus et cognovimus quia tu es Sanc-
70–71: 13,18 tus Dei». **70** Respondit eis Iesus: «Nonne ego vos Duodecim
Mt 26,14-16 Mc 14,10s elegi? Et ex vobis unus Diabolus est». **71** Dicebat autem
L 22,3-6 Iudam Simonis Iscariotis: hic enim erat traditurus eum,
cum esset unus ex Duodecim.

In die sollemni scenopegiae palam testatur, unde venerit: 7,1-52
Meum tempus nondum impletum est: 7,1-13

Mt 17,22 Mc 9,30 **7** Et post haec ambulabat Iesus in Galilaeam; non enim
volebat in Iudaeam ambulare, quia quaerebant eum
Iudaei interficere.

2 Erat autem in proximo dies festus Iudaeorum, Sceno-
pegia. **3** Dixerunt ergo ad eum fratres eius: «Transi hinc et
vade in Iudaeam, ut et discipuli tui videant opera tua, quae
facis. **4** Nemo quippe in occulto quid facit et quaerit ipse in
palam esse. Si haec facis, manifesta teipsum mundo». **5** Ne-
Mc 3,21 que enim fratres eius credebant in eum. **6** Dicit ergo eis
30; 2,4; 8,20 Mt 26,18 Iesus: «Tempus meum nondum adest, tempus autem ves-
L 4,13; 21,8 Act 1,7 trum semper est paratum. **7** Non potest mundus odisse vos,
15,18s me autem odit, quia ego testimonium perhibeo de illo quia
opera eius mala sunt. **8** Vos ascendite ad diem festum, ego
non ascendo ad diem festum istum, quia meum tempus non-

68 respondit] *add.* ergo W S V (– Wi) | ei *om.* Wi ● 69 credimus V (– G Si) | Sanctus] Christus Filius W S V ● 71 Iudam] de Iuda V (– L P C) | Scariothis W S G Co E; Iscariothi Wi; Iscariote St; Iscariotem L P C

¶ 7.1 et post haec] post haec autem V (– L P); post haec W S L P | in Galilaea Wi ● 3 ergo] autem W S V ● 4 quid] aliquid W; quidquam Si | in[2] *om.* Wi ● 6 dixit E Wi | adest] advenit W S V ● 7 quia[2]] quod St L P Si C ● 8 festum[1]] *add.* hunc W S V | ego] *add.* enim Co E Wi St; *add.* autem Si C | non] nondum Wi | ascendam G Co E St Si | istum] illum E Wi

dum impletum est». **9** Haec autem cum dixisset, ipse mansit
in Galilaea.
10 Ut autem ascenderunt fratres eius ad diem festum,
tunc et ipse ascendit, non manifeste sed quasi in occulto.
11 Iudaei ergo quaerebant eum in die festo et dicebant: «Ubi
est ille?». **12** Et murmur multus de eo erat in turba. Alii
quidem dicebant: «Bonus est!»; alii autem dicebant: «Non,
sed seducit turbam!». **13** Nemo tamen palam loquebatur de
illo propter metum Iudaeorum.

Iesus in templum ascendit: 7,14-24

14 Iam autem die festo mediante, ascendit Iesus in tem-
plum et docebat. **15** Mirabantur ergo Iudaei dicentes: «Quo- Mt 13,54 Mc 6,2
modo hic litteras scit, cum non didicerit?». **16** Respondit L 4,16-30
ergo eis Iesus et dixit: «Mea doctrina non est mea sed eius,
qui misit me. **17** Si quis voluerit voluntatem eius facere,
cognoscet de doctrina utrum ex Deo sit, an ego a meipso
loquar. **18** Qui a semetipso loquitur, gloriam propriam 8,50
quaerit; qui autem quaerit gloriam eius, qui misit illum, hic
verax est, et iniustitia in illo non est. **19** Nonne Moyses dedit
vobis legem? Et nemo ex vobis facit legem. Quid me quaeri-
tis interficere?». **20** Respondit turba: «Daemonium habes! Mc 3,21s Mt 10,25; 12,24
Quis te quaerit interficere?». **21** Respondit Iesus et dixit eis: L 11,15
«Unum opus feci, et omnes miramini. **22** Propterea Moyses
dedit vobis circumcisionem – non quia ex Moyse est sed ex
patribus – et in sabbato circumciditis hominem. **23** Si cir-

9 autem *om.* W S V ● 10 ~ tunc et ipse ascendit ad diem festum W S V ● 12 multus de eo erat in turba] multus (multum Wi St C) erat in turba de eo V (– G) | alii quidem] quidam enim W S V | dicebant[1]] *add.* quia W S V | autem *om.* G | turbam] turbas W S V ● 14 iam ... mediante] circa medium autem festi Wi ● 15 mirabantur ergo] et mirabantur W S V ● 16 ergo *om.* W S V ● 18 illum] eum V ● 20 turba] *add.* et dixit W S V

cumcisionem accipit homo in sabbato, ut non solvatur lex
Moysis, mihi indignamini quia totum hominem sanum feci
in sabbato? **24** Nolite iudicare secundum faciem, sed iustum
iudicium iudicate».

Iudaei de Iesu dissentiunt: 7,25-36

5,18 **25** Dicebant ergo quidam ex Hierosolymitis: «Nonne hic
est, quem quaerunt interficere? **26** Et ecce palam loquitur,
et nihil ei dicunt. Numquid vere cognoverunt principes quia
6,42 hic est Christus? **27** Sed hunc scimus unde sit, Christus
autem cum venerit, nemo scit unde sit». **28** Clamavit ergo
8,55 docens in templo Iesus et dicens: «Et me scitis et unde sim
scitis. Et a meipso non veni, sed est verus, qui misit me,
6,46 quem vos non scitis. **29** Ego scio eum, quia ab ipso sum, et
ipse me misit». **30** Quaerebant ergo eum apprehendere, et
nemo misit in illum manus, quia nondum venerat hora eius.
31 De turba autem multi crediderunt in eum et dicebant:
«Christus cum venerit, numquid plura signa faciet quam
quae hic fecit?».

32 Audierunt pharisaei turbam murmurantem de illo
haec et miserunt pontifices et pharisaei ministros, ut ap-
prehenderent eum. **33** Dixit ergo Iesus: «Adhuc modicum
8,21 tempus vobiscum sum et vado ad eum, qui misit me.
34 Quaeretis me et non invenietis; et ubi sum ego, vos non
potestis venire». **35** Dixerunt ergo Iudaei ad seipsos: «Quo
hic iturus est, quia nos non inveniemus eum? Numquid in

23 mihi] *add.* cur E | quia] quod Wi | totum *om.* Wi ● **25** ex Hierosolymis W S V (– Wi: ex Ierosolymitanis) ● **26** et[1] *om.* G Co E Wi St | est vere Christus Wi ● **27** scimus] novimus Wi ● **28** clamabat W S V | ~ Iesus in templo docens V | et[2] *om.* Wi | ~ me misit Wi | non scitis] nescitis W V ● **29** eum] *add.* et si dixero quia nescio eum, ero similis vobis mendax. Sed scio eum G Co E St ● **30** comprehendere Wi ● **31** fecit] facit W S V (– Co) ● **32** pontifices] principes (+ sacerdotum Co) W S V | eum] Iesum Co St ● **33** ergo] *add.* eis V | ~ me misit V ● **34** quaeritis W | ~ ego sum V (– G) ● **35** seipsos] semetipsos V | hic *om.* Wi | quia] quod Wi | nos *om.* W S V

dispersionem Graecorum iturus est et docturus Graecos?
36 Quis est hic sermo, quem dixit: "Quaeretis me et non in-
venietis" et: "Ubi sum ego, vos non potestis venire"?».

Dissensiones in turba et in synedrio factae: 7,37-52

37 In novissimo autem die magno festivitatis stabat Iesus
et clamavit dicens: «Si quis sitit, veniat ad me et bibat, **38** qui
credit in me. Sicut dixit Scriptura, flumina de ventre eius
fluent aquae vivae». **39** Hoc autem dixit de Spiritu, quem
accepturi erant qui crediderant in eum. Nondum enim erat
Spiritus, quia Iesus nondum fuerat glorificatus.

40 Ex illa ergo turba, cum audissent hos sermones, dice-
bant: «Hic est vere propheta!»; **41** alii dicebant: «Hic est Dt 18,15.18
Christus!»; quidam autem dicebant: «Numquid a Galilaea
Christus venit? **42** Nonne Scriptura dixit: "Ex *semine David*, 2Sm 7,12-16 Mch 5,1 Mt 2,5; 22,42 R 1,3 2T 2,8
et *de Bethlehem* castello, ubi erat David, *venit* Christus"?».
43 Dissensio itaque facta est in turba propter eum.
44 Quidam autem ex ipsis volebant apprehendere eum,
sed nemo misit super illum manus. **45** Venerunt ergo minis-
tri ad pontifices et pharisaeos, et dixerunt eis illi: «Quare
non adduxistis eum?». **46** Responderunt ministri: «Num-
quam sic locutus est homo». **47** Responderunt ergo eis pha-

35 Graecorum] gentium W S V | et *om.* Wi | Graecos] gentes W S V ● 36 quaeritis W | ~ ego sum E Wi | vos *om.* S ● 37 clamabat W S V ● 38 dicit V ● 39 qui crediderant] credentes W S V | nondum[1]] non W S | Spiritus] *add.* datus W V (– Wi: *add.* sanctus) | fuerat] erat V | glorificatus] clarificatus Wi ● 40 ex illa ergo] multi de Wi | sermones] *add.* eius W S V ● 41 ~ venit Christus V ● 42 dixit] dicit quia (quod Wi) W S V | de *om.* S ● 44 illum] eum V (– E) ● 45 eum] illum V (– G E) ● 46 numquam] numquid G | homo] *add.* sicut hic homo W S V (– Co E St: *add.* sicut hic loquitur)

risaei: «Numquid et vos seducti estis? **48** Numquid aliquis
ex principibus credidit in eum aut ex pharisaeis? **49** Sed
turba haec, quae non novit legem, maledicti sunt!». **50** Dicit
3,1 Nicodemus ad eos, ille qui venit ad eum antea, qui unus
Dt 1,16s; 17,2-5 erat ex ipsis: **51** «Numquid lex nostra iudicat hominem, nisi
audierit ab ipso prius et cognoverit quid faciat?». **52** Re-
sponderunt et dixerunt ei: «Numquid et tu ex Galilaea es?
Scrutare et vide quia propheta a Galilaea non surgit!».

[De muliere adultera: 7,53–8,11]

53 Et reversi sunt unusquisque in domum suam.
8 Iesus autem perrexit in montem Oliveti. **2** Diluculo
L 21,38 autem iterum venit in templum, et omnis populus venie-
bat ad eum, et sedens docebat eos. **3** Adducunt autem scri-
bae et pharisaei mulierem in adulterio deprehensam et sta-
tuerunt eam in medio **4** et dicunt ei: «Magister, haec mulier
Dt 22,22-24 manifesto deprehensa est in adulterio. **5** In lege autem Moy-
ses mandavit nobis huiusmodi lapidare; tu ergo quid dicis?».
6 Hoc autem dicebant tentantes eum, ut possent accusare
Jr 17,13 eum. Iesus autem inclinans se deorsum digito scribebat in
terra. **7** Cum autem perseverarent interrogantes eum, erexit

48 ~ ex principibus aliquis V • 50 dixit V (– E Wi) | antea] nocte W S V • 51 ~ prius audierit ab ipso V • 52 ex Galilaea] Galilaeus W S V | scrutare] *add.* scripturas (+ prophetas Wi) V (– L P) | ~ a Galilaea propheta V (– Wi; – G: *om.* propheta) | surgit] surrexit Co; resurrexit Wi

¶ 8.2 diluculo autem] et diluculo W S V | veniebat] venit W S V • 3 ~ deprehensam in adulterio G • 4 dixerunt W S V | manifesto] modo W S V • 6 hoc] haec W S | in terram Co E Wi St • 7 autem] ergo V | eum *om.* G Co E Wi St

se et dixit eis: «Qui sine peccato est vestrum, primus in Dt 17,7 Mt 7,1
illam lapidem mittat»; **8** et iterum se inclinans scribebat in L 6,37
terra. **9** Audientes autem unus post unum exibant, incipien-
tes a senioribus, et remansit solus, et mulier in medio stans.
10 Erigens autem se Iesus dixit ei: «Mulier, ubi sunt? Nemo
te condemnavit?». **11** Quae dixit: «Nemo, Domine». Dixit
autem Iesus: «Nec ego te condemno; vade et amplius iam
noli peccare».

Controversiae cum Iudaeis: 8,12-59
Testimonium Iesu de seipso: 8,12-20

12 Iterum ergo locutus est eis Iesus dicens: «Ego sum lux
mundi; qui sequitur me, non ambulabit in tenebris, sed
habebit lucem vitae». **13** Dixerunt ergo ei pharisaei: «Tu de
teipso testimonium perhibes; testimonium tuum non est
verum». **14** Respondit Iesus et dixit eis: «Et si ego testimo- 5,31 s
nium perhibeo de meipso, verum est testimonium meum,
quia scio unde veni et quo vado; vos autem nescitis unde
venio aut quo vado. **15** Vos secundum carnem iudicatis, ego 7,24

8 in terram G Co E Wi St ● 9 autem] *add.* haec V (- L P C) | unus ... exibant] conscientia eos redarguentem sigillatim exibant Wi | solus] *add.* Iesus V ● 10 sunt] *add.* qui te accusabant V ● 11 autem] *add.* ei Wi | condemnabo W S V | ~ iam amplius V (- Wi) | iam *om.* Wi ● 12 ambulat V | lucem] lumen V ● 13 temetipso Co ● 14 vado²] vadam E ● 15 vos] *add.* autem G

non iudico quemquam. **16** Et si iudico ego, iudicium meum
29; 5,30 verum est, quia solus non sum, sed ego et, qui me misit,
Dt 17,6; 19,15 Pater. **17** Sed et in lege vestra scriptum est quia duorum
hominum testimonium verum est. **18** Ego sum, qui testimo-
nium perhibeo de meipso, et testimonium perhibet de me,
qui misit me, Pater». **19** Dicebant ergo ei: «Ubi est Pater
7,28; 14,7; 15,21 tuus?». Respondit Iesus: «Neque me scitis neque Patrem
meum; si me sciretis, forsitan et Patrem meum sciretis».
20 Haec verba locutus est in gazophylacio docens in templo;
30; 2,4 13,1 et nemo apprehendit eum, quia necdum venerat hora eius.

A Patre missus vadit ad Patrem: 8,21-30

7,33s; 13,33 **21** Dixit ergo iterum eis: «Ego vado, et quaeretis me et
in peccato vestro moriemini! Quo ego vado, vos non potes-
tis venire». **22** Dicebant ergo Iudaei: «Numquid interficiet
semetipsum, quia dicit: “Quo ego vado, vos non potestis
3,13.21; 17,14-16 venire”?». **23** Et dicebat eis: «Vos de deorsum estis, ego de
supernis sum; vos de mundo hoc estis, ego non sum de hoc
mundo. **24** Dixi ergo vobis quia moriemini in peccatis
Is 43,11 13,19 vestris; si enim non credideritis quia ego sum, moriemini in
peccatis vestris». **25** Dicebant ergo ei: «Tu quis es?». Dixit
eis Iesus: «In principio: id quod et loquor vobis! **26** Multa
habeo de vobis loqui et iudicare; sed, qui misit me, verax
est, et ego, quae audivi ab eo, haec loquor ad mundum».
27 Non cognoverunt quia Patrem eis dicebat. **28** Dixit ergo
3,14; 12,32 eis Iesus: «Cum exaltaveritis Filium hominis, tunc cogno-
14,24 scetis quia ego sum, et a meipso facio nihil, sed, sicut docuit

16 ~ misit me V • **17** sed *om.* W S V | quia] quod Wi • **20** est] *add.* Iesus V • **21** eis] *add.* Iesus W S V | quaeritis W Wi • **22** quia] quod Wi | dicit] dixit P Si C • **23** de[1] *om.* Co E St | supernis] superius Co Si • **24** quia[2]] quod Wi | in peccatis vestris[2]] in peccato vestro W S V • **25** dixit] dicit G Co | in principio id quod] principium quia (qui V) W S V • **26** ~ me misit V | ad mundum] in mundo W S V • **27** et non W S V | eis] eius G E St Si C | dicebat] *add.* Deum V • **28** quia] quod Wi | sicut] sic G

me Pater, haec loquor. **29** Et qui me misit, mecum est; non 16,5
reliquit me solum, quia ego, quae placita sunt ei, facio sem-
per». **30** Haec illo loquente, multi crediderunt in eum. 10,42; 12,11

De veris filiis Abrahae: 8,31-47

31 Dicebat ergo Iesus ad eos, qui crediderunt ei, Iudaeos:
«Si vos manseritis in sermone meo, vere discipuli mei estis 14,21-23
32 et cognoscetis veritatem, et veritas liberabit vos». **33** Re-
sponderunt ei: «Semen Abrahae sumus et nemini servivi-
mus umquam! Quomodo tu dicis: "Liberi fietis"?». **34** Re-
spondit eis Iesus: «Amen, amen dico vobis: Omnis, qui 1 J 3,8
facit peccatum, servus est. **35** Servus autem non manet in
domo in aeternum; filius manet in aeternum. **36** Si ergo
Filius vos liberaverit, vere liberi eritis. **37** Scio quia semen
Abrahae estis; sed quaeritis me interficere, quia sermo meus
non capit in vobis. **38** Ego, quae vidi apud Patrem, loquor;
et vos ergo, quae audivistis a patre, facitis». **39** Responde-
runt et dixerunt ei: «Pater noster Abraham est». Dicit eis
Iesus: «Si filii Abrahae essetis, opera Abrahae faceretis.
40 Nunc autem quaeritis me interficere, hominem, qui veri-
tatem vobis locutus sum, quam audivi a Deo; hoc Abraham
non fecit. **41** Vos facitis opera patris vestri». Dixerunt itaque

29 est] *add.* et V ● 31 estis] eritis W S V (– Wi) ● 33 fietis] eritis W S V ● 34 vobis] *add.* quia W S V | est] *add.* peccati W S V ● 35 filius] *add.* autem V (– G L P) ● 36 ~ vos Filius V ● 37 quia] quod Wi | semen] filii W S V ● 38 quae[1]] quod W S V | Patrem] *add.* meum Si C | ergo *om.* W S V | audivistis] vidistis W S V | a patre] apud patrem vestrum W S V ● 39 essetis] estis W S V (– Wi) | faceretis] facite W S V (– Wi)

ei: «Nos ex fornicatione non sumus nati; unum patrem ha-
1 J 5,1 bemus Deum!». **42** Dixit eis Iesus: «Si Deus pater vester
esset, diligeretis me; ego enim ex Deo processi et veni, neque
enim a meipso veni, sed ille me misit. **43** Quare loquelam
meam non cognoscitis? Quia non potestis audire sermonem
1 J 3,8-15 meum. **44** Vos ex patre Diabolo estis et desideria patris
vestri vultis facere. Ille homicida erat ab initio et in veritate
non stabat, quia non est veritas in eo. Cum loquitur menda-
cium, ex propriis loquitur, quia mendax est et pater eius.
45 Ego autem quia veritatem dico non creditis mihi. **46** Quis
1 J 3,5 ex vobis arguit me de peccato? Si veritatem dico, quare vos
1 J 4,6 non creditis mihi? **47** Qui est ex Deo, verba Dei audit;
propterea vos non auditis, quia ex Deo non estis».

Antequam Abraham fieret, ego sum: 8,48-59

48 Responderunt Iudaei et dixerunt ei: «Nonne bene dici-
7,20 mus nos quia Samaritanus es tu et daemonium habes?».
49 Respondit Iesus: «Ego daemonium non habeo, sed hono-
rifico Patrem meum, et vos inhonoratis me. **50** Ego autem
7,18 non quaero gloriam meam; est qui quaerit et iudicat.
51 Amen, amen dico vobis: Si quis sermonem meum serva-
verit, mortem non videbit in aeternum». **52** Dixerunt ergo
ei Iudaei: «Nunc cognovimus quia daemonium habes.
Abraham mortuus est et prophetae, et tu dicis: "Si quis ser-
monem meum servaverit, non gustabit mortem in aeter-
4,12 num". **53** Numquid tu maior es patre nostro Abraham, qui
mortuus est? Et prophetae mortui sunt! Quem teipsum

42 dixit] *add.* ergo W S V | diligeretis] *add.* utique W S V • 44 erat] fuit Wi | stabat] stetit W S V • 45 quia] si V (– G L P) • 46 arguet V (– Wi) | dico] *add.* vobis Si C | vos *om.* Co St Si C • 47 ~ ex Deo est V (– G) • 48 responderunt] *add.* ergo V; *add.* igitur W S • 49 inhonorastis V (– Co) • 50 quaerat et iudicet V (– Wi) • 52 ei *om.* W S V (– E Wi) | quia] quod Wi

facis?». 54 Respondit Iesus: «Si ego glorifico meipsum, glo-
ria mea nihil est; est Pater meus, qui glorificat me, quem vos
dicitis: "Deus noster est!", 55 et non cognovistis eum. Ego
autem novi eum. Et si dixero: Non scio eum, ero similis
vobis, mendax; sed scio eum et sermonem eius servo.
56 Abraham pater vester exsultavit, ut videret diem meum, Gn 17,17
et vidit et gavisus est». 57 Dixerunt ergo Iudaei ad eum:
«Quinquaginta annos nondum habes et Abraham vidisti?».
58 Dixit eis Iesus: «Amen, amen dico vobis: Antequam
Abraham fieret, ego sum». 59 Tulerunt ergo lapides, ut 10,31.39; 11,8
iacerent in eum; Iesus autem abscondit se et exivit de
templo.

De caeco sanato et de controversia cum Iudaeis: 9,1-42

Hominem a nativitate caecum curat: 9,1-12

9 Et praeteriens vidit hominem caecum a nativitate. 2 Et
interrogaverunt eum discipuli sui dicentes: «Rabbi, quis
peccavit, hic aut parentes eius, ut caecus nasceretur?».
3 Respondit Iesus: «Neque hic peccavit neque parentes eius,
sed ut manifestentur opera Dei in illo. 4 Nos oportet operari
opera eius, qui misit me, donec dies est; venit nox, quando
nemo potest operari. 5 Quamdiu in mundo sum, lux sum 8,12
mundi». 6 Haec cum dixisset, exspuit in terram et fecit lu-
tum ex sputo et linivit lutum super oculos eius 7 et dixit ei:
«Vade, lava in natatoria Siloae!» – quod interpretatur Mis- 2 Rg 5,10 Is 8,6
sus –. Abiit ergo et lavit et venit videns. 8 Itaque vicini et, qui

54 ego] ergo C | dicitis] *add.* quia W S V | noster] vester Co L P Si C • 55 dixero] *add.* quia (quod Wi) W S V | ~ eum scio[2] Wi • 56 et[1] *om.* Co E Si C • 58 fieret] foret Wi

¶ 9.1 praeteriens] *add.* Iesus V • 2 sui] eius V | dicentes *om.* W S V (– Co) • 3 manifestetur S • 4 nos] me W S V • 5 ~ sum in mundo V • 6 haec] hoc G St | linivit] levit W; linuit S; illevit Wi • 7 vade] *add.* et E Wi Si | Siloha Wi

videbant eum prius quia mendicus erat, dicebant: «Nonne
hic est, qui sedebat et mendicabat?»; 9 alii dicebant: «Hic
est!»; alii dicebant: «Nequaquam, sed similis est eius!». Ille
dicebat: «Ego sum!». 10 Dicebant ergo ei: «Quomodo igitur
aperti sunt oculi tibi?». 11 Respondit ille: «Homo, qui dici-
tur Iesus, lutum fecit et unxit oculos meos et dixit mihi:
"Vade ad Siloam et lava!". Abii ergo et lavi et vidi». 12 Et
dixerunt ei: «Ubi est ille?». Ait: «Nescio».

Caecus a pharisaeis eicitur: 9,13-34

13 Adducunt eum ad pharisaeos, qui caecus fuerat.
5,9 14 Erat autem sabbatum, in qua die lutum fecit Iesus et
aperuit oculos eius. 15 Iterum ergo interrogabant et eum
pharisaei quomodo vidisset. Ille autem dixit eis: «Lutum
posuit super oculos meos, et lavi et video». 16 Dicebant
ergo ex pharisaeis quidam: «Non est hic homo a Deo, quia
sabbatum non custodit!»; alii autem dicebant: «Quomodo
potest homo peccator haec signa facere?». Et schisma erat
in eis. 17 Dicunt ergo caeco iterum: «Tu quid dicis de eo
quia aperuit oculos tuos?». Ille autem dixit: «Propheta est!».

18 Non crediderunt ergo Iudaei de illo quia caecus fuisset et
vidisset, donec vocaverunt parentes eius, qui viderat. 19 Et
interrogaverunt eos dicentes: «Hic est filius vester, quem

8 viderant V | quia] quod Wi ● 9 dicebant[1]] *add.* quia W S V | alii[2]] *add.* autem W S V | dicebant[2] *om.* W S V | eius] ei St L P Si C | ille] *add.* vero V | dicebat] *add.* quia W S V ● 10 igitur *om.* W S V | ~ tibi oculi V ● 11 respondit: ille homo W S V | ad Siloam] ad natatoriam (natatoria Si C) Silo(a)e (Siloa Wi) W S V | abii ergo] et abii W S V | video V (– L P) ● 12 et *om.* W S | ubi est? Ille ait W S ● 14 in qua die] quando W S V ● 15 et[1] *om.* W S V | vidisset] visum recepissent Wi | posuit] mihi posuit V (– E Wi); posuit mihi W S E Wi | meos *om.* W S V ● 16 quia] qui V | autem *om.* W S | in eis] inter eos V ● 17 eo] illo V (– G) | quia] qui W S V | aperit Wi | dixit] *add.* quia W S V (– Wi) ● 18 quia] quod Wi

vos dicitis quia caecus natus est? Quomodo ergo nunc
videt?». 20 Responderunt ergo parentes eius et dixerunt:
«Scimus quia hic est filius noster et quia caecus natus est.
21 Quomodo autem nunc videat nescimus, aut quis eius
aperuit oculos nos nescimus; ipsum interrogate. Aetatem
habet; ipse de se loquetur!». 22 Haec dixerunt parentes
eius, quia timebant Iudaeos; iam enim conspiraverant 7,13
Iudaei, ut, si quis eum confiteretur Christum, extra synago- 12,42; 16,2
gam fieret. 23 Propterea parentes eius dixerunt: «Aetatem
habet; ipsum interrogate!».

24 Vocaverunt ergo rursum hominem, qui fuerat caecus, Jos 7,19
et dixerunt ei: «Da gloriam Deo! Nos scimus quia hic homo 2 Chr 30,8
peccator est». 25 Respondit ergo ille: «Si peccator est Ps 65,2; 67,35 Is 42,12
nescio; unum scio quia caecus cum essem, modo video».
26 Dixerunt ergo illi: «Quid fecit tibi? Quomodo aperuit
oculos tuos?». 27 Respondit eis: «Dixi vobis iam, et non
audistis; quid iterum vultis audire? Numquid et vos vultis
discipuli eius fieri?». 28 Et maledixerunt ei et dixerunt: «Tu
discipulus illius es, nos autem Moysis discipuli sumus. 5,45 s
29 Nos scimus quia Moysi locutus est Deus, hunc autem
nescimus unde sit». 30 Respondit homo et dixit eis: «In hoc
enim mirabile est quia vos nescitis unde sit, et aperuit meos

19 quia] quod Wi • 20 ergo] eis W S V | quia[1+2] quod Wi • 21 aut ... nescimus *om.* Wi | loquatur W S V (– Wi) • 22 quia] quoniam V (– G: qui) | confiteretur] *add.* esse V • 23 dixerunt] *add.* quia (quod Wi) W S V • 24 quia] quod Wi • 25 respondit] dixit W S V | ergo] *add.* eis V | quia] quod Wi • 26 aperuit] *add* tibi W S V | tuos *om.* W S V • 27 non *om.* W S V • 28 et[1] *om.* W S V | maledixerunt] *add.* ergo V; convitiati sunt Wi | es] sis V • 29 quia] quod Wi • 30 respondit] *add.* ille W S V

oculos! **31** Scimus quia peccatores Deus non audit, sed si
quis Dei cultor est et voluntatem eius facit, hunc exaudit.
32 A saeculo non est auditum quia aperuit quis oculos
caeci nati; **33** nisi esset hic a Deo, non poterat facere quid-
Ps 51,7 quam». **34** Responderunt et dixerunt ei: «In peccatis tu
natus es totus et tu doces nos?». Et eiecerunt eum foras.

Iesus caeco seipsum manifestat: 9,35-41

35 Audivit Iesus quia eiecerunt eum foras et, cum in-
venisset eum, dixit ei: «Tu credis in Filium hominis?».
36 Respondit ille et dixit: «Et quis est, Domine, ut credam
in eum?». **37** Dixit ei Iesus: «Et vidisti eum; et, qui loquitur
tecum, ipse est». **38** At ille ait: «Credo, Domine!»; et adora-
vit eum. **39** Et dixit Iesus: «In iudicium ego in hunc mun-
dum veni, ut, qui non vident, videant, et, qui vident, caeci
fiant». **40** Audierunt haec ex pharisaeis, qui cum ipso erant,
et dixerunt ei: «Numquid et nos caeci sumus?». **41** Dixit
eis Iesus: «Si caeci essetis, non haberetis peccatum. Nunc
vero dicitis: "Videmus!"; peccatum vestrum manet».

Similitudines pastoris et gregis: 10,1-39

De bono pastore et de latronibus: 10,1-10

10 «Amen, amen dico vobis: Qui non intrat per ostium
in ovile ovium, sed ascendit aliunde, ille fur est et
latro; **2** qui autem intrat per ostium, pastor est ovium.

31 scimus] *add.* autem W S V | quia] quod Wi • 32 quia] quod Wi | ~ quis aperuit V • 33 potuisset Wi • 34 tu[1] *om.* W S V • 35 quia] quod Wi | hominis] Dei W S V • 36 et[2] *om.* W S V • 37 et dixit W S V (– Wi) • 38 et] *add.* procidens W S V • 39 et dixit] et (– W S) dixit ei (eis Wi) W S V (– C) • 40 et audierunt W S V | haec] quidam V; *om.* W S • 41 dicitis] *add.* quia W S V (quia dicitis Wi) | peccatum[2]] et peccatum E; *add.* igitur Wi

¶ 10.1 ovium *om.* G

3 Huic ostiarius aperit, et oves vocem eius audiunt, et pro-
prias oves vocat nominatim et educit eas. **4** Cum proprias
omnes emiserit, ante eas vadit, et oves illum sequuntur,
quia sciunt vocem eius; **5** alienum autem non sequentur,
sed fugient ab eo, quia non noverunt vocem alienorum».
6 Hoc proverbium dixit eis Iesus; illi autem non cognove- 16,25
runt quid esset, quod loquebatur eis.

7 Dixit ergo iterum Iesus: «Amen, amen dico vobis: Ego
sum ostium ovium. **8** Omnes, quotquot venerunt ante me, Ps 118,20 Jr 23,1 s
fures sunt et latrones, sed non audierunt eos oves. **9** Ego
sum ostium: per me si quis introierit, salvabitur et ingre- Is 49,9 s Ez 34,12-15
dietur et egredietur et pascua inveniet. **10** Fur non venit,
nisi ut furetur et mactet et perdat; ego veni, ut vitam habeant
et abundantius habeant.

De bono pastore et de mercennario: 10,11-21

11 Ego sum pastor bonus: bonus pastor animam suam Ez 34,11-22 Mt 18,12-14 L 15,3-7
ponit pro ovibus; **12** mercennarius et, qui non est pastor,
cuius non sunt oves propriae, videt lupum venientem et
dimittit oves et fugit – et lupus rapit eas et dispergit –
13 quia mercennarius est, et non pertinet ad eum de ovibus.
14 Ego sum pastor bonus: et cognosco meas, et cognoscunt
me meae, **15** sicut cognoscit me Pater, et ego cognosco Pa- Mt 11,25-27 L 10,21-22

4 et cum W S V | omnes] oves W S V | sciunt] agnoscunt Wi ● 5 sequuntur S V | fugiunt V (– Co E Wi: effugiunt) ● 6 eis[1]] illis W | esset quod loquebatur] loqueretur W S V (– Wi: esset quod loqueretur) ● 7 ergo] *add.* eis W S V | vobis] *add.* quia W S V ● 8 ante me *om.* W S V | sed] et Wi Si C | non *om.* Wi ● 11 ponit] dat W S V (– Co Wi) | ovibus] *add.* suis V ● 12 mercennarius] *add.* autem V | vidit E | eas *om.* W S V | dispergit] *add.* oves W S V ● 13 mercennarius autem fugit quia mercennarius est *etc.* W S V ● 14 meas] oves meas Co E Wi Si | cognoscunt me meae] cognoscor a meis Wi ● 15 cognoscit] novit W S V | cognosco] agnosco W S V

trem; et animam meam pono pro ovibus. 16 Et alias oves
habeo, quae non sunt ex hoc ovili, et illas oportet me addu-
cere, et vocem meam audient et fient unus grex, unus pas-
3,35 tor. 17 Propterea me Pater diligit, quia ego pono animam
meam, ut iterum sumam eam. 18 Nemo tollit eam a me, sed
13,3 ego pono eam a meipso. Potestatem habeo ponendi eam et
potestatem habeo iterum sumendi eam. Hoc mandatum
accepi a Patre meo».

19 Dissensio iterum facta est inter Iudaeos propter ser-
7,20; 8,48.52 Mc 3,22.30 mones hos. 20 Dicebant autem multi ex ipsis: «Daemonium
habet et insanit! Quid eum auditis?». 21 Alii dicebant:
«Haec verba non sunt daemonium habentis! Numquid dae-
monium potest caecorum oculos aperire?».

Controversia cum Iudaeis in festo Encaeniorum: 10,22-39

22 Facta sunt tunc Encaenia in Hierosolymis. Hiems
erat; 23 et ambulabat Iesus in templo in porticu Salomonis.
24 Circumdederunt ergo eum Iudaei et dicebant ei: «Quous-
que animam nostram tollis? Si tu es Christus, dic nobis
palam!». 25 Respondit eis Iesus: «Dixi vobis, et non credi-
5,36s tis; opera, quae ego facio in nomine Patris mei, haec testi-
monium perhibent de me. 26 Sed vos non creditis, quia non
estis ex ovibus meis. 27 Oves meae vocem meam audiunt,
et ego cognosco eas, et sequuntur me, 28 et ego vitam aeter-

15 ovibus] *add.* meis V • 16 fient unus grex] fiet unum ovile et (– S) W S V • 17 ~ diligit Pater V (– G) | quia] quod Wi • 18 tollet Co | potestatem¹] et potestatem P Si C • 22 tunc] autem W S V | et hiems W S V • 25 dixi] loquor W S V • 26 meis] *add.* sicut (quemadmodum Wi) dixi vobis Co Wi

nam do eis, et non peribunt in aeternum, et non rapiet eas 6,39; 17,12
quisquam de manu mea. **29** Pater meus quod dedit mihi,
maius omnibus est, et nemo potest rapere de manu Patris.
30 Ego et Pater unum sumus».
31 Sustulerunt iterum lapides Iudaei, ut lapidarent eum. 8,59
32 Respondit eis Iesus: «Multa opera bona ostendi vobis
ex Patre; propter quod eorum opus me lapidatis?». **33** Re-
sponderunt ei Iudaei: «De bono opere non lapidamus te
sed de blasphemia, et quia tu, homo cum sis, facis teipsum
Deum». **34** Respondit eis Iesus: «Nonne scriptum est in
lege vestra: "*Ego dixi: Dii estis?*". **35** Si illos dixit deos ad Ps 82,6
quos sermo Dei factus est, et non potest solvi Scriptura,
36 quem Pater sanctificavit et misit in mundum, vos dicitis:
"Blasphemas!", quia dixi: Filius Dei sum? **37** Si non facio
opera Patris mei, nolite credere mihi; **38** si autem facio, et
si mihi non vultis credere, operibus credite, ut cognoscatis
et sciatis quia in me est Pater, et ego in Patre». **39** Quaere- 14,10s; 17,21
bant ergo iterum eum prehendere; et exivit de manibus 8,59
eorum.

29 quod] qui Co Wi | maior Co | potest] *add.* eas Wi | Patris] *add.* mei W S V • **31** iterum] *om.* W S G St L P; ergo E Si C; ergo iterum Co Wi • **32** ~ bona opera V | Patre] *add.* meo W S V • **33** quia] quod Wi • **34** vestra] *add.* quia (quod Wi) W S V • **36** dicitis] *add.* quia (quod Wi) W S V | quia] quod Wi | ~ Dei Filius Wi • **38** et sciatis] et credatis W S V (– Wi: *om.*) | ~ Pater in me est V (– G) • **39** iterum *om.* W S V | apprehendere W V; prendere S

De resurrectione Lazari: 10,40–11,57
Iesus trans Iordanem abit: 10,40-42

1,28 **40** Et abiit iterum trans Iordanem, in eum locum, ubi
erat Ioannes baptizans primum, et mansit illic. **41** Et multi
venerunt ad eum et dicebant: «Ioannes quidem signum
fecit nullum; omnia autem, quaecumque dixit Ioannes de
hoc, vera erant». **42** Et multi crediderunt in eum illic.

Ecce, quem amas, infirmatur: 11,1-16

L 10,38-42 **11** Erat autem quidam languens Lazarus a Bethania, de
castello Mariae et Marthae sororis eius. **2** Maria autem
erat, quae unxit Dominum unguento et extersit pedes eius
capillis suis, cuius frater Lazarus infirmabatur. **3** Miserunt
ergo sorores ad eum dicentes: «Domine, ecce, quem amas,
infirmatur».
4 Audiens autem Iesus dixit: «Infirmitas haec non est ad
mortem sed pro gloria Dei, ut glorificetur Filius Dei per
eam». **5** Diligebat autem Iesus Martham et sororem eius et
Lazarum. **6** Ut ergo audivit quia infirmabatur, tunc quidem
mansit in loco, in quo erat, duobus diebus; **7** deinde post
hoc dicit discipulis: «Eamus in Iudaeam iterum». **8** Dicunt
8,59; 10,31 ei discipuli: «Rabbi, nunc quaerebant te Iudaei lapidare, et
iterum vadis illuc?». **9** Respondit Iesus: «Nonne duodecim
horae sunt diei? Si quis ambulaverit in die, non offendit,
quia lucem huius mundi videt; **10** si quis autem ambula-
verit in nocte, offendit, quia lux non est in eo». **11** Haec ait
et post hoc dicit eis: «Lazarus amicus noster dormit, sed
vado, ut a somno exsuscitem eum». **12** Dixerunt ergo ei

41 dicebant] *add.* quia W S V ● 42 multi] *add.* illic Wi | illic *om.* W S V
¶ 11.1 sororum G E St Si ● 3 sorores] *add.* eius V ● 4 dixit] *add.* eis W S V | eam] eum E ● 5 eius] *add.* Mariam W S V ● 6 quia] quod Wi | in loco in quo erat] in eodem loco W S V ● 7 post hoc] post haec W S V (-Wi: *om.*) | dixit Si C | discipulis] *add.* suis W S V ● 8 ~ lapidare Iudaei W ● 9 ~ sunt horae V ● 10 quis *om.* W S V | autem *om.* Wi | in[1] *om.* W S ● 11 hoc] haec V | dixit Si C | exsuscitem] excitem V (- G St) ● 12 ei *om.* W S V

discipuli: «Domine, si dormit, salvus erit». **13** Dixerat autem
Iesus de morte eius, illi autem putaverunt quia de dormi-
tione somni diceret. **14** Tunc ergo dixit eis Iesus manifeste:
«Lazarus mortuus est, **15** et gaudeo propter vos, ut credatis,
quoniam non eram ibi; sed eamus ad eum». **16** Dixit ergo
Thomas, qui dicitur Didymus, ad condiscipulos: «Eamus 14,5-8; 20,24-29
et nos, ut moriamur cum eo!».

Lazarus resuscitatus quid significet: 11,17-44

17 Venit itaque Iesus et invenit eum quattuor dies iam
in monumento habentem. **18** Erat autem Bethania iuxta
Hierosolymam quasi stadiis quindecim. **19** Multi autem ex
Iudaeis venerant ad Martham et Mariam, ut consolarentur
eas de fratre. **20** Martha ergo ut audivit quia Iesus venit,
occurrit illi; Maria autem domi sedebat. **21** Dixit ergo
Martha ad Iesum: «Domine, si fuisses hic, frater meus non
esset mortuus! **22** Sed et nunc scio quia, quaecumque po-
posceris a Deo, dabit tibi Deus». **23** Dicit illi Iesus: «Re-
surget frater tuus». **24** Dicit ei Martha: «Scio quia resurget
in resurrectione in novissimo die». **25** Dixit ei Iesus: «Ego 5,21.26
sum resurrectio et vita. Qui credit in me, etsi mortuus
fuerit, vivet; **26** et omnis, qui vivit et credit in me, non
morietur in aeternum. Credis hoc?». **27** Ait illi: «Utique,

12 discipuli] *add.* eius W S V • 13 quia] quod Wi • 14 ~ Iesus dixit eis V • 16 ut] et G Co E St Si • 18 Hierosolyma W S • 19 venerunt Wi | fratre] *add.* suo W S V • 20 quia] quod Wi • 21 esset] fuisset W S V • 23 dixit E Wi • 24 dixit E Wi | quia] quod Wi | novissima S • 25 dicit G Co | ei] illi Wi | etsi] etiam si W V

20,31; 6,69 Mt 16,16 Domine; ego credidi quia tu es Christus Filius Dei, qui in
mundum venisti».
28 Et cum haec dixisset, abiit et vocavit Mariam sororem
suam silentio dicens: «Magister adest et vocat te». **29** Illa
autem ut audivit, surrexit cito et venit ad eum; **30** nondum
enim venerat Iesus in castellum, sed erat adhuc in illo loco,
ubi occurrerat ei Martha. **31** Iudaei igitur, qui erant cum
ea in domo et consolabantur eam, cum vidissent Mariam
quia cito surrexit et exiit, secuti sunt eam putantes: «Vadit
ad monumentum, ut ploret ibi». **32** Maria ergo, cum venis-
set, ubi erat Iesus, videns eum cecidit ad pedes eius dicens
ei: «Domine, si fuisses hic, non esset mortuus frater meus!».
33 Iesus ergo, ut vidit eam plorantem et Iudaeos, qui vene-
rant cum ea, plorantes, fremuit spiritu et turbavit seipsum
34 et dixit: «Ubi posuistis eum?». Dicunt ei: «Domine, veni
et vide». **35** Lacrimatus est Iesus. **36** Dicebant ergo Iudaei:
«Ecce quomodo amabat eum!». **37** Quidam autem dixerunt
9,1-41 ex ipsis: «Non poterat hic, qui aperuit oculos caeci, facere,
ut et hic non moreretur?».

38 Iesus ergo rursum fremens in semetipso, venit ad mo-
numentum; erat autem spelunca, et lapis superpositus erat

27 quia] quod Wi | Dei] *add.* vivi Co E St Si C | in hunc mundum V ● 29 autem *om.* W S V | surrexit] surgit W S G L P C ● 30 occurrat G ● 31 igitur] ergo V | putantes] dicentes quia W S V ● 32 dicens] et dicit St L P Si C; et dixit W S G Co E Wi ● 33 infremuit V ● 35 et lacrimatus W S V ● 36 dixerunt W S V ● 37 ~ ex ipsis dixerunt V | caeci] *add.* nati V (– Wi L P) | et *om.* V

ei. 39 Ait Iesus: «Tollite lapidem!». Dicit ei Martha, soror
eius, qui mortuus fuerat: «Domine, iam foetet; quatridua-
nus enim est!». 40 Dicit ei Iesus: «Nonne dixi tibi quoniam
si credideris, videbis gloriam Dei?». 41 Tulerunt ergo lapi-
dem. Iesus autem, elevatis sursum oculis, dixit: «Pater, gra- 12,27s; 17,1
tias ago tibi quoniam audisti me. 42 Ego autem sciebam
quia semper me audis, sed propter populum, qui circum-
stat dixi, ut credant quia tu me misisti». 43 Et haec cum 17,8.21.23.25
dixisset, voce magna clamavit: «Lazare, veni foras!». 44 Pro-
diit, qui fuerat mortuus, ligatus pedes et manus institis; et
facies illius sudario erat ligata. Dicit Iesus eis: «Solvite eum 19,40
et sinite eum abire».

De consilio synedrii et de prophetia pontificis: 11,45-53

45 Multi ergo ex Iudaeis, qui venerant ad Mariam et vi-
derant, quae fecit, crediderunt in eum; 46 quidam autem
ex ipsis abierunt ad pharisaeos et dixerunt eis, quae fecit
Iesus. 47 Collegerunt ergo pontifices et pharisaei concilium *47–53:*
et dicebant: «Quid facimus, quia hic homo multa signa Mt 26,3-5
facit? 48 Si dimittimus eum sic, omnes credent in eum, et Mc 14,1s L 22,1s
venient Romani et tollent nostrum et locum et gentem!».
49 Unus autem ex ipsis, Caiphas, cum esset pontifex anni
illius, dixit eis: «Vos nescitis quidquam, 50 nec cogitatis
quia expedit vobis, ut unus moriatur homo pro populo, et 2Sm 20,14-22 Jon 1,8-16
non tota gens pereat!». 51 Hoc autem a semetipso non dixit,

39 dixit E Wi | ~ est enim V (– G) • 40 dixit E • 42 quia^{1+2}] quod Wi • 43 et *om.* W S V • 44 prodiit] et statim prodiit W S V | ~ manus et pedes G Co E Wi St | dixit V (– Wi) | ~ eis Iesus V | eum^{2} *om.* W S V • 45 Mariam] *add.* et Martham V | fecit] *add.* Iesus V • 48 nostrum locum V (– Wi; – G: locum nostrum) • 49 Caiphas] *add.* nomine V • 50 quia] quod Wi | vobis] nobis W S Co L P

sed cum esset pontifex anni illius, prophetavit quia Iesus
moriturus erat pro gente **52** et non tantum pro gente, sed
10,11.15.16 et ut filios Dei, qui erant dispersi, congregaret in unum.
53 Ab illo ergo die cogitaverunt, ut interficerent eum.

Iesus iterum abit: 11,54-57

54 Iesus ergo iam non in palam ambulabat apud Iudaeos,
sed abiit inde in regionem iuxta desertum, in civitatem,
quae dicitur Ephraim, et ibi morabatur cum discipulis.

Nu 9,6-13 2Chr 30,15-19 **55** Proximum autem erat Pascha Iudaeorum, et ascende-
18,28 runt multi Hierosolymam de regione ante Pascha, ut sancti-
ficarent seipsos. **56** Quaerebant ergo Iesum et colloqueban-
tur ad invicem in templo stantes: «Quid videtur vobis?
Numquid veniet ad diem festum?». **57** Dederant autem
pontifices et pharisaei mandatum, ut si quis cognoverit,
ubi sit, indicet, ut apprehendant eum.

Ultimum festum Paschae. Iter Hierosolymitanum: 12,1-50

Iesus Bethaniae ungitur: 12,1-11

1-8: Mt 26,6-13 Mc 14,3-9 **12** Iesus ergo ante sex dies Paschae venit Bethaniam, ubi
erat Lazarus, quem suscitavit a mortuis Iesus. **2** Fe-
cerunt ergo ei cenam ibi, et Martha ministrabat, Lazarus
vero unus erat ex discumbentibus cum eo. **3** Maria ergo
accepit libram unguenti nardi puri, pretiosi et unxit pedes
Iesu et extersit capillis suis pedes eius; domus autem impleta

51 quia] quod V (– G Co E) ● 52 et[2] *om.* V ● 53 ut interficerent] interficere Wi ● 54 in[1] *om.* Co Wi | ~ ambulabat palam Wi | inde *om.* W S V (– Co) | Ephrem (Effrem G Co) W S V (– Wi) | discipulis] *add.* suis W V ● 55 Hierosolyma W S ● 56 videtur vobis] putatis W S V | numquid veniet] quia non veniat (venit V) W S V | festum] *add.* istum G Co St ● 57 apprehendat Wi

¶ 12.1 erat Lazarus] Lazarus fuerat (fuit Wi) mortuus V; fuerat Lazarus mortuus W S | suscitaverat Wi | a mortuis *om.* W S V ● 2 ergo] autem W S V ● 3 ergo] vero Wi | puri] pistici W S V (– Wi: pisticae) | pretiosae Wi | et[1] *om.* S | ~ pedes eius capillis suis V | domus autem] et domus W S V

est ex odore unguenti. **4** Dicit autem Iudas Iscariotes, unus
ex discipulis eius, qui erat eum traditurus: **5** «Quare hoc
unguentum non veniit trecentis denariis et datum est
egenis?». **6** Dixit autem hoc, non quia de egenis pertinebat 13,29
ad eum, sed quia fur erat et, loculos habens, ea, quae mitte-
bantur, portabat. **7** Dixit ergo Iesus: «Sine illam, ut in diem
sepulturae meae servet illud. **8** Pauperes enim semper habe- Dt 15,11
tis vobiscum, me autem non semper habetis».

9 Cognovit ergo turba multa ex Iudaeis quia illic est, et
venerunt non propter Iesum tantum, sed ut et Lazarum vi-
derent, quem suscitavit a mortuis. **10** Cogitaverunt autem
principes sacerdotum, ut et Lazarum interficerent, **11** quia
multi propter illum abibant ex Iudaeis et credebant in Iesum.

Sollemnis introitus in Ierusalem: 12,12-19

12 In crastinum turba multa, quae venerat ad diem *12–19:* Mt 21,1-9 Mc 11,1-10 L 19,28-38
festum, cum audissent quia venit Iesus Hierosolymam,
13 acceperunt ramos palmarum et processerunt obviam ei
et clamabant:

«*Hosanna!* Ps 118,25s
Benedictus, qui venit in nomine Domini,
et rex Israel!».

14 Invenit autem Iesus asellum et sedit super eum, sicut
scriptum est:

4 dixit V | autem] ergo W S V | ~ unus ex discipulis eius Iudas (+ Simonis Wi) Iscariotes (Scariotis W S G Co E) W S V • 6 quia¹] quod Wi | quia² *om.* Wi • 7 sinite Co E St Si C | in die S • 8 habetis¹] habebitis Si St | habetis²] habebitis V (- G Wi C) • 9 est] esset Wi | ~ non venerunt Wi | et² *om.* W S V • 12 in crastinum] *add.* autem W S V (- Wi: altera autem die) | quia] quod Wi | Hierosolyma W S • 13 et³ *om.* W S V • 14 invenit autem] et invenit W S V

Is 40,9 Zch 9,9 **15** «*Noli timere, filia Sion.*
Ecce rex tuus venit
sedens super pullum asinae».
16 Haec non cognoverunt discipuli eius primum, sed
quando glorificatus est Iesus, tunc recordati sunt quia haec
erant scripta de eo, et haec fecerunt ei. **17** Testimonium ergo
perhibebat turba, quae erat cum eo, quando Lazarum voca-
vit de monumento et suscitavit eum a mortuis. **18** Propterea
et obviam venit ei turba, quia audierunt eum fecisse hoc
signum. **19** Pharisaei ergo dixerunt ad semetipsos: «Videtis
quia nihil proficitis? Ecce mundus post eum abiit!».

Sermo ad plebem ultimus. Venit hora, ut glorificetur Filius hominis: 12,20-36

20 Erant autem Graeci quidam ex his, qui ascenderant,
1,44 ut adorarent in die festo; **21** hi ergo accesserunt ad Philip-
pum, qui erat a Bethsaida Galilaeae, et rogabant eum di-
centes: «Domine, volumus Iesum videre». **22** Venit Philip-
pus et dicit Andreae; venit Andreas et Philippus et dicunt
7,30; 8,20; 13,1; 17,1 Iesu. **23** Iesus autem respondet eis dicens: «Venit hora, ut
glorificetur Filius hominis. **24** Amen, amen dico vobis: Nisi
granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit, ipsum
solum manet; si autem mortuum fuerit, multum fructum
Mt 10,39; 16,25 Mc 8,35 L 9,24; 17,33 affert. **25** Qui amat animam suam, perdit eam; et, qui odit
animam suam in hoc mundo, in vitam aeternam custodiet
eam. **26** Si quis mihi ministrat, me sequatur, et ubi sum ego,
illic et minister meus erit; si quis mihi ministraverit, honori-

15 venit] *add.* tibi E Wi • 19 quia] quod Wi | proficimus W S V | mundus] *add.* totus W S V • 20 Graeci] Gentiles W S V (~ quidam Gentiles V) • 22 venit Andreas] Andreas rursum W S V | et dicunt] dixerunt S V; dicunt W • 23 respondit W S V | glorificetur] clarificetur S V • 25 perdet W S V | custodit W S V (- Co) • 26 ~ ego sum E Wi

ficabit eum Pater. 27 Nunc anima mea turbata est. Et quid Mt 26,36-46 Mc 14,32-42
dicam? Pater, salvifica me ex hora hac? Sed propterea veni L 22,40-46
in horam hanc. 28 Pater, glorifica tuum nomen!». Venit
ergo vox de caelo: «Et glorificavi et iterum glorificabo». 17,1
29 Turba ergo, quae stabat et audierat, dicebat toni-
truum factum esse; alii dicebant: «Angelus ei locutus est».
30 Respondit Iesus et dixit: «Non propter me vox haec
facta est sed propter vos. 31 Nunc iudicium est huius mundi,
nunc princeps huius mundi eicietur foras; 32 et ego, si 16,11
exaltatus fuero a terra, omnes traham ad meipsum». 33 Hoc 3,14; 8,28
autem dicebat significans, qua morte esset moriturus. 34 Re-
spondit ergo ei turba: «Nos audivimus ex lege quia Christus Is 9,6 Ez 37,25
manet in aeternum; et quomodo tu dicis: "Oportet exaltari Ps 89,37 L 1,33
Filium hominis"? Quis est iste Filius hominis?». 35 Dixit
ergo eis Iesus: «Adhuc modicum tempus lumen in vobis est.
Ambulate, dum lucem habetis, ut non tenebrae vos com-
prehendant; et, qui ambulat in tenebris, nescit quo vadat.
36 Dum lucem habetis, credite in lucem, ut filii lucis fiatis».
Haec locutus est Iesus et abiit et abscondit se ab eis.

Iudaeorum incredulitas ab Isaia praevisa: 12,37-43

37 Cum autem tanta signa fecisset coram eis, non crede-

26 Pater] *add.* meus W S V ● 27 ~ hac hora V | ~ hanc horam E Wi ● 28 clarifica W S V | ~ nomen tuum (meum Wi) V | caelo] *add.* dicens V (- L P C) | et[1] *om.* G | clarificavi W S V | clarificabo W S V ● 29 ergo] autem E Wi | dicebat] dicebant S | ~ esse factum V | alii] *add.* autem V (- L P C) ● 30 ~ haec vox V | facta est] venit W S V ● 31 huius[1] *om.* W S V ● 32 omnia W S V (- Wi) ● 34 ergo *om.* W S V | quia] quod Wi | quis] et quis V (- L P C) ● 35 ergo *om.* Wi | tempus *om.* W S V (- Wi: temporis) | in vobis] vobiscum Wi | ~ vos tenebrae V (- G) | vadit G ● 36 fiatis] sitis W S V

bant in eum, **38** ut sermo Isaiae prophetae impleretur, quem
dixit:
Is 53,1 ⊕ «*Domine, quis credidit auditui nostro,*
et brachium Domini cui revelatum est?».
39 Propterea non poterant credere, quia iterum dixit
Isaias:
Is 6,9s Mt 13,13 Mc 4,12 L 8,10 **40** «*Excaecavit oculos eorum*
et induravit eorum cor,
ut non videant oculis
et intellegant corde et convertantur,
et sanem eos».
Is 6,1-4 **41** Haec dixit Isaias, quia vidit gloriam eius et locutus
3,1; 7,50s est de eo. **42** Verumtamen et ex principibus multi credide-
9,22; 16,2; 19,38s runt in eum, sed propter pharisaeos non confitebantur, ut
de synagoga non eicerentur; **43** dilexerunt enim gloriam
hominum magis quam gloriam Dei.

Aut fides aut incredulitas eligenda: 12,44-50

5,36; 6,57; 11,42; 17,8.21.23.25 **44** Iesus autem clamavit et dixit: «Qui credit in me, non
credit in me sed in eum, qui misit me; **45** et, qui videt me,
1,9; 8,12; 9,5 videt eum, qui misit me. **46** Ego lux in mundum veni, ut
omnis, qui credit in me, in tenebris non maneat. **47** Et si
quis audierit verba mea et non custodierit, ego non iudico
3,17 eum; non enim veni, ut iudicem mundum, sed ut salvificem
mundum. **48** Qui spernit me et non accipit verba mea,
habet, qui iudicet eum: sermo, quem locutus sum, ille iudi-
cabit eum in novissimo die, **49** quia ego ex meipso non sum
locutus, sed, qui misit me, Pater, ipse mihi mandatum dedit
3,17; 17,3 Dt 32,47s quid dicam et quid loquar. **50** Et scio quia mandatum eius

38 prophetae *om.* G E St Si ● **40** ~ cor eorum V | et non intellegant V (– G Wi) ● **41** quia] quando W S V ● **42** et *om.* E Wi | de] e St L P Si C ● **50** quia] quod Wi

vita aeterna est. Quae ergo ego loquor, sicut dixit mihi
Pater, sic loquor».

ULTIMA VERBA AD DISCIPULOS: 13,1–17,26

Ultima cena: 13,1–14,31

Pedes discipulorum lavat: 13,1-20

13 Ante diem autem festum Paschae, sciens Iesus quia 7,30; 8,20;
venit eius hora, ut transeat ex hoc mundo ad Patrem, 12,23
cum dilexisset suos, qui erant in mundo, in finem dilexit
eos. 2 Et in cena, cum Diabolus iam misisset in corde, ut Mt 26,14-16
traderet eum Iudas Simonis Iscariotis, 3 sciens quia omnia Mc 14,10s
dedit ei Pater in manus et quia a Deo exivit et ad Deum L 22,3-6
vadit, 4 surgit a cena et ponit vestimenta sua et, cum acce-
pisset linteum, praecinxit se. 5 Deinde mittit aquam in pel-
vem et coepit lavare pedes discipulorum et extergere linteo,
quo erat praecinctus. 6 Venit ergo ad Simonem Petrum.
Dicit ei: «Domine, tu mihi lavas pedes?». 7 Respondit Iesus
et dixit ei: «Quod ego facio, tu nescis modo, scies autem
postea». 8 Dicit ei Petrus: «Non lavabis mihi pedes in aeter-
num!». Respondit Iesus ei: «Si non lavero te, non habes
partem mecum». 9 Dicit ei Simon Petrus: «Domine, non
tantum pedes meos, sed et manus et caput!». 10 Dicit ei
Iesus: «Qui lotus est, non indiget nisi ut pedes lavet, sed est

¶ 13.1 autem *om.* V (– L P) | quia] quod Wi | ~ hora eius V ● 2 in cena] cena facta (+ est E) W S V | in cor V | Scariotis W S G Co E; Iscariotes Wi St L P; Iscariothae C ● 3 quia[1]] quod Wi | et[1] *om.* Wi ● 5 misit V (– C) ● 6 dicit ei] et dicit (dixit E Wi) ei Petrus W S V ● 7 dicit W S ● 8 ~ ei Iesus V | habebis V ● 10 nisi *om.* W S | pedes *om.* W S

mundus totus; et vos mundi estis, sed non omnes». **11** Scie-
bat enim quisnam esset, qui traderet eum; propterea dixit:
«Non estis mundi omnes».

12 Postquam ergo lavit pedes eorum et accepit vestimenta
sua, cum recubuisset iterum, dixit eis: «Scitis quid fecerim
vobis? **13** Vos vocatis me: "Magister" et: "Domine", et
Mt 20,28 Mc 10,45 L 22,26s bene dicitis; sum etenim. **14** Si ergo ego lavi vestros pedes,
Dominus et Magister, et vos debetis alter alterius lavare
pedes. **15** Exemplum enim dedi vobis, ut, quemadmodum
ego feci vobis, et vos faciatis. **16** Amen, amen dico vobis:
Mt 10,24 L 6,40 Non est servus maior domino suo, neque apostolus maior
eo, qui misit illum. **17** Si haec scitis, beati estis, si facitis ea.
18 Non de omnibus vobis dico, ego scio, quos elegerim, sed
Ps 41,10 Mt 26,21 Mc 14,18 L 22,21 ut impleatur Scriptura: "*Qui manducat meum panem, levavit
contra me calcaneum suum*". **19** Amodo dico vobis prius-
quam fiat, ut credatis, cum factum fuerit, quia ego sum.
Mt 10,40 L 10,16 **20** Amen, amen dico vobis: Qui accipit, si quem misero, me
accipit; qui autem me accipit, accipit eum, qui me misit».

Iudam proditorem significat: 13,21-30

21–30: Mt 26,21-25 Mc 14,18-21 L 22,21-23 **21** Cum haec dixisset Iesus, turbatus est spiritu et pro-
testatus est et dixit: «Amen, amen dico vobis: Unus ex vobis
tradet me». **22** Aspiciebant ad invicem discipuli, haesitantes
19,26s; 20,3-10; 21,7.20-24 de quo diceret. **23** Erat recumbens unus ex discipulis eius
in sinu Iesu, quem diligebat Iesus. **24** Innuit ergo huic Simon

12 et *om.* V (– L P C) | cum] et cum V (– L P C) ● 14 ~ pedes vestros W V ● 15 ita et vos W S V ● 16 maior²] *add.* est V ● 17 eritis W S V | feceritis W S V ● 18 vobis] nobis Wi | adimpleatur V (– Wi) | meum] mecum W S V | levabit V (– Co Wi) ● 19 ~ cum factum fuerit credatis V ● 21 cum] et cum E | testatus E Wi | vobis¹] *add.* quia W S V (– Wi) ● 22 aspiciebant] *add.* ergo W S V ● 23 erat] *add.* ergo (autem E Wi) W S V

Petrus, ut interrogaret: «Quis est, de quo dicit?». **25** Cum
ergo recumberet ille ita supra pectus Iesu, dicit ei: «Do-
mine, quis est?». **26** Respondet Iesus: «Ille est, cui ego in-
tinctam buccellam porrexero». Cum ergo intinxisset buc-
cellam, dat Iudae Simonis Iscariotis. **27** Et post buccellam
tunc introivit in illum Satanas. Dicit ergo ei Iesus: «Quod L 22,3
facis, fac citius». **28** Hoc autem nemo scivit discumbentium
ad quid dixerit ei; **29** quidam enim putabant quia loculos
habebat Iudas, quia dicit ei Iesus: «Eme ea, quae opus sunt
nobis ad diem festum», aut egenis ut aliquid daret. **30** Cum
ergo accepisset ille buccellam, exivit continuo; erat autem
nox.

Mandatum novum dat: 13,31-35

31 Cum ergo exisset, dicit Iesus: «Nunc clarificatus est 7,39; 12,16.23.28; 17,1.4s
Filius hominis, et Deus clarificatus est in eo; **32** si Deus
clarificatus est in eo, et Deus clarificabit eum in semetipso,
et continuo clarificabit eum. **33** Filioli, adhuc modicum 7,33; 8,21
vobiscum sum; quaeretis me, et sicut dixi Iudaeis: Quo ego
vado, vos non potestis venire, et vobis dico modo. **34** Man-
datum novum do vobis, ut diligatis invicem; sicut dilexi 1 J 2,7-11; 4,7-21

24 ut interrogaret] et dicit (dixit V) ei W S V | dixit Wi • 25 cum ergo] itaque cum W S V | recubuisset W S V | ita *om.* W S V • 26 (+ cui W) respondit W S V | intinctam buccellam] intinctum panem W S V | cum ergo] et cum W S V | buccellam] panem W S V | dat] dedit W S V | Scariot(h)is W S G E; Iscariot(h)ae Wi St L P C; Scariotae Co • 27 tunc *om.* V (– L P) | illum] eum V | dicit ergo] et dicit (dixit Si C) W S V • 29 quia dicit] quod dixisset V • 31 dixit V • 33 quaeritis W

vos, ut et vos diligatis invicem. **35** In hoc cognoscent omnes
quia mei discipuli estis: si dilectionem habueritis ad in-
vicem».

Negationem Petri praedicit: 13,36-38

36 Dicit ei Simon Petrus: «Domine, quo vadis?». Re-
21,18s spondit Iesus: «Quo vado, non potes me modo sequi,
37–38: Mt 26,33-35 sequeris autem postea». **37** Dicit ei Petrus: «Domine, quare
Mc 14,29-31 L 22,31-34 non possum te sequi modo? Animam meam pro te ponam».
38 Respondet Iesus: «Animam tuam pro me pones? Amen,
amen dico tibi: Non cantabit gallus, donec me ter neges.

De via ad patrem ferente: 14,1-14

12,26; 13,33 **14** Non turbetur cor vestrum. Creditis in Deum et in me
1Th 4,16s credite. **2** In domo Patris mei mansiones multae sunt;
2K 5,1.6.8 si quo minus, dixissem vobis quia vado parare vobis locum?
3 Et si abiero et praeparavero vobis locum, iterum venio et
accipiam vos ad meipsum, ut, ubi sum ego, et vos sitis. **4** Et
quo ego vado, scitis viam».
11,16; 20,24 **5** Dicit ei Thomas: «Domine, nescimus quo vadis; quo-
Mt 11,27 L 10,22 modo possumus viam scire?». **6** Dicit ei Iesus: «Ego sum
via et veritas et vita; nemo venit ad Patrem nisi per me.

35 quia] quod Wi | ~ discipuli mei estis V (– G: discipuli estis mei) ● 36 quo[2]] *add.* ego W S V ● 37 Domine *om.* W S V | ~ sequi te S ● 38 respondit (+ ei V) W S V | ponis W S | ~ ter me V
¶ **14.1** Et ait discipulis suis: Non *etc.* G Co E Wi St | vestrum] *add.* neque formidet Co ● 2 ~ multae mansiones Wi | quia] quod Wi | parare] ad parandum Wi ● 3 veniam Wi ● 4 scitis viam] scitis et viam scitis W S V ● 5 et quomodo W S V ● 6 et[1] *om.* Co E Wi Si

7 Si cognovistis me, et Patrem meum utique cognoscetis; et
amodo cognoscitis eum et vidistis eum». **8** Dicit ei Philip-
pus: «Domine, ostende nobis Patrem, et sufficit nobis».
9 Dicit ei Iesus: «Tanto tempore vobiscum sum, et non
cognovisti me, Philippe? Qui vidit me, vidit Patrem. Quo-
modo tu dicis: "Ostende nobis Patrem"? **10** Non credis 17,21
quia ego in Patre, et Pater in me est? Verba, quae ego
loquor vobis, a meipso non loquor; Pater autem in me
manens facit opera sua. **11** Credite mihi quia ego in Patre, 10,38
et Pater in me est; alioquin propter opera ipsa credite.
12 Amen, amen dico vobis: Qui credit in me, opera, quae
ego facio, et ipse faciet et maiora horum faciet, quia ego
ad Patrem vado. **13** Et quodcumque petieritis in nomine *13–14:* 15,7.16; 16,24s
meo, hoc faciam, ut glorificetur Pater in Filio; **14** si quid Mt 7,7-11 Mc 11,24
petieritis me in nomine meo, ego faciam. L 11,9-13

Discipulos consolatur: 14,15-31

15 Si diligitis me, mandata mea servabitis; **16** et ego
rogabo Patrem, et alium Paraclitum dabit vobis, ut maneat 26; 15,26; 16,7-14
vobiscum in aeternum, **17** Spiritum veritatis, quem mundus
non potest accipere, quia non videt eum nec cognoscit. Vos
cognoscitis eum, quia apud vos manet; et in vobis erit. 20,22

7 cognovistis] cognovissetis W S V | cognoscetis] cognovissetis W S V | amodo] modo Wi | cognoscitis] cognoscetis V (– Wi) | ~ eum vidistis Wi • 9 cognovistis W S V | vidit[1+2]] videt V (– Co Wi) | vidit[2]] *add.* et V (– Co Wi) | et quomodo Co • 10 creditis St Si C | quia] quod Wi | facit] ipse facit W S V | sua *om.* W S V • 11 credite mihi] non creditis W S V | quia] quod Wi • 12 horum] his Wi • 13 petieritis] *add.* Patrem V (– Wi L P) | hoc] haec G • 14 ego] hoc (haec G) W S V • 15 servate W S V • 17 cognoscit] scit eum W S V (– Wi: novit eum) | vos[1]] *add.* autem W S V | cognoscetis V (– G L P) | manebit W S V (– Co)

18 Non relinquam vos orphanos, venio ad vos. **19** Adhuc
modicum, et mundus me iam non videt; vos autem videtis
me, quia ego vivo et vos vivetis. **20** In illo die vos cognosce-
10,38 tis quia ego sum in Patre meo, et vos in me et ego in vobis.
21 Qui habet mandata mea et servat ea, ille est qui diligit
me; qui autem diligit me, diligetur a Patre meo, et ego dili-
gam eum et manifestabo ei meipsum».

22 Dicit ei Iudas, non ille Iscariotes: «Domine, et quid
factum est, quia nobis manifestaturus es teipsum et non
1 J 3,23 s mundo?». **23** Respondit Iesus et dixit ei: «Si quis diligit me,
sermonem meum servabit, et Pater meus diliget eum, et ad
eum veniemus et mansionem apud eum faciemus; **24** qui
non diligit me, sermones meos non servat. Et sermo quem
auditis, non est meus, sed eius qui misit me, Patris.

16; 15,26; 16,7-14 **25** Haec locutus sum vobis apud vos manens. **26** Paracli-
tus autem, Spiritus Sanctus, quem mittet Pater in nomine
meo, ille vos docebit omnia et suggeret vobis omnia, quae
20,19.21 dixi vobis. **27** Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis;
non quomodo mundus dat, ego do vobis. Non turbetur cor
vestrum neque formidet. **28** Audistis quia ego dixi vobis:
Vado et venio ad vos. Si diligeretis me, gauderetis quia vado
ad Patrem, quia Pater maior me est. **29** Et nunc dixi vobis,

18 non] nec E | veniam W S V • 19 ~ iam me E Wi | videtis] videbitis G E Wi • 20 quia] quod Wi • 22 Scariot(h)is W S G Co E | et[1] *om.* W S V | quia] quod Wi | ~ manifestaturus es nobis V • 24 sermo] sermonem W S V | audistis W S V • 26 quae dixi] quaecumque dixero (dixi Wi) W S V • 28 quia[1]] quod Wi | gauderetis] *add.* utique W S V | quia[2]] *add.* dixi Wi

priusquam fiat, ut, cum factum fuerit, credatis. **30** Iam non
multa loquar vobiscum, venit enim princeps mundi et in me 12,31 Mc 14,41 s L 4,6.13;
non habet quidquam, **31** sed, ut cognoscat mundus quia 22,3.31.40.46
diligo Patrem, et sicut mandatum dedit mihi Pater, sic facio.
Surgite, eamus hinc.

Alii sermones ad discipulos: 15,1–16,33
Similitudo vitis et palmitum: 15,1-17

15 Ego sum vitis vera, et Pater meus agricola est. **2** Om- Is 5,1 Jr 2,21
nem palmitem in me non ferentem fructum, tollit Ps 80,9-18 Sir 24,17
eum; et omnem, qui fert fructum, purgat eum, ut fructum
plus afferat. **3** Iam vos mundi estis propter sermonem, quem 13,10
locutus sum vobis. **4** Manete in me, et ego in vobis. Sicut
palmes non potest ferre fructum a semetipso, nisi manserit
in vite, sic nec vos, nisi in me manseritis. **5** Ego sum vitis,
vos palmites. Qui manet in me, et ego in eo, hic fert fructum
multum, quia sine me nihil potestis facere. **6** Si quis in me Ez 15,2-6
non manserit, missus est foras sicut palmes et aruit, et colli-
gunt eos et in ignem mittunt, et ardent. **7** Si manseritis in me, 16; 14,13 Mt 7,7-11
et verba mea in vobis manserint, quodcumque volueritis, Mc 11,24 L 11,9-13
petite, et fiet vobis. **8** In hoc clarificatus est Pater meus, ut
fructum multum afferatis et efficiamini mei discipuli. **9** Sicut
dilexit me Pater, et ego dilexi vos; manete in dilectione mea. 1J 3,16; 4,7-9.19
10 Si praecepta mea servaveritis, manebitis in dilectione
mea, sicut ego Patris mei praecepta servavi et maneo in eius
dilectione. **11** Haec locutus sum vobis, ut gaudium meum 16,22-24; 17,13

30 loquor Wi | mundi] *add.* huius W S V
¶ **15.2** tollet W S V (– Wi) | purgabit W S V (– Wi) | fructum³] fructus Wi ● **6** missus est] mittetur W S V (– Wi: mittitur) | arescet V (– Wi: arescit) | colligent W S V (– Wi) | eos] eum V | mittent V (– Wi) | ardet V ● **7** petetis W S V ● **8** multum] plurimum W S V ● **10** sicut et ego W S V | ~ praecepta patris mei E Wi

in vobis sit, et gaudium vestrum impleatur.
13,34 **12** Hoc est praeceptum meum, ut diligatis invicem, sicut
1 J 3,16 dilexi vos; **13** maiorem hac dilectionem nemo habet, ut ani-
mam suam quis ponat pro amicis suis. **14** Vos amici mei
estis, si feceritis, quae ego praecipio vobis. **15** Iam non dico
vos servos, quia servus nescit quid facit dominus eius; vos
17,26 autem dixi amicos, quia omnia, quae audivi a Patre meo,
nota feci vobis. **16** Non vos me elegistis, sed ego elegi vos
et posui vos, ut vos eatis et fructum afferatis, et fructus
13,18 vester maneat, ut quodcumque petieritis Patrem in nomine
meo, det vobis. **17** Haec mando vobis, ut diligatis invicem.

Quare mundus discipulos oderit: 15,18–16,4

Mt 10,22 Mc 13,13 **18** Si mundus vos odit, scitote quia me priorem vobis
L 21,17 odio habuit. **19** Si de mundo essetis, mundus, quod suum
est, diligeret; quia vero de mundo non estis, sed ego elegi
vos de mundo, propterea odit vos mundus. **20** Mementote
13,16 Mt 10,24 sermonis, quem ego dixi vobis: Non est servus maior do-
L 6,40 mino suo. Si me persecuti sunt, et vos persequentur; si ser-
monem meum servaverunt, et vestrum servabunt. **21** Sed
haec omnia facient vobis propter nomen meum, quia
nesciunt eum, qui misit me. **22** Si non venissem et locutus
fuissem eis, peccatum non haberent; nunc autem excusa-
tionem non habent de peccato suo. **23** Qui me odit, et
Patrem meum odit. **24** Si opera non fecissem in eis, quae
9,41 nemo alius fecit, peccatum non haberent; nunc autem et
viderunt et oderunt et me et Patrem meum. **25** Sed ut im-

11 ~ sit in vobis G | sit] maneat Wi • **13** quam ut G Co E Wi St | ~ ponat quis V • **15** dico] dicam V (– E L P) | faciat V | quae] quaecumque W S V • **16** ut eatis W S V • **18** quia] quod Wi • **19** essetis] fuissetis W S V | est] erat W S V • **20** sermonis] *add.* mei W S V • **21** ~ me misit E Wi • **22** locutus] *add.* non Si • **24** et[3] *om.* Wi • **25** adimpleatur V (– Wi)

pleatur sermo, qui in lege eorum scriptus est: “*Odio me* Ps 35,19; 69,5
habuerunt gratis”.
26 Cum autem venerit Paraclitus, quem ego mittam vobis 14,16.26; 16,7-14
a Patre, Spiritum veritatis, qui a Patre procedit, ille testimo-
nium perhibebit de me; **27** sed et vos testimonium perhibe- Act 1,8.21 s; 5,32
tis, quia ab initio mecum estis.
16 Haec locutus sum vobis, ut non scandalizemini.
2 Absque synagogis facient vos; sed venit hora, ut 9,22; 12,22 Mt 10,17 L 21,12
omnis, qui interficit vos, arbitretur obsequium se praestare
Deo. **3** Et haec facient, quia non noverunt Patrem neque
me. **4** Sed haec locutus sum vobis, ut, cum venerit hora L 22,53
eorum, reminiscamini eorum, quia ego dixi vobis. Haec
autem vobis ab initio non dixi, quia vobiscum eram.

De Spiritu consolatore et doctore: 16,5-15

5 At nunc vado ad eum, qui me misit, et nemo ex vobis 13,36; 14,2s
interrogat me: “Quo vadis?”. **6** Sed quia haec locutus sum
vobis, tristitia implevit cor vestrum. **7** Sed ego veritatem
dico vobis: Expedit vobis, ut ego vadam. Si enim non
abiero, Paraclitus non veniet ad vos; si autem abiero, mittam 14,16.26; 15,26
eum ad vos. **8** Et cum venerit ille, arguet mundum de pec-
cato et de iustitia et de iudicio: **9** de peccato quidem, quia
non credunt in me; **10** de iustitia vero, quia ad Patrem vado,
et iam non videtis me; **11** de iudicio autem, quia princeps 12,31; 14,30
mundi huius iudicatus est.

12 Adhuc multa habeo vobis dicere, sed non potestis
portare modo. **13** Cum autem venerit ille, Spiritus veritatis, 20,22
deducet vos in omnem veritatem; non enim loquetur a

25 est] *add.* quia W S V | ~ habuerunt me V • **26** vobis *om.* Wi • **27** sed *om.* W S V | perhibebitis V
¶ **16.2** veniet Wi • **3** facient] *add.* vobis V • **4** eorum[2] *om.* W S V | quia[1]] quod Wi | dixi[1]] dixerim Wi • **5** at] et V | ~ misit me V • **6** implebit G E • **7** enim] *add.* ego Co • **9** quia] quod Wi | crediderunt V (– L P) • **10** videbitis W S V • **11** quia] quod Wi | ~ huius mundi V (– G Co E) | iudicatus] iam iudicatus V (– Wi) • **13** deducet vos in] docebit vos (+ in S) W S V

semetipso, sed quaecumque audiet, loquetur et, quae ven-
tura sunt, annuntiabit vobis. **14** Ille me clarificabit, quia de
meo accipiet et annuntiabit vobis. **15** Omnia, quaecumque
habet Pater, mea sunt; propterea dixi quia de meo accipit
et annuntiabit vobis.

Tristitia vestra vertetur in gaudium: 16,16-23a

16 Modicum, et iam non videtis me, et iterum modicum,
et videbitis me». **17** Dixerunt ergo ex discipulis eius ad in-
vicem: «Quid est hoc, quod dicit nobis: "Modicum, et non
videtis me, et iterum modicum, et videbitis me" et: "Vado
ad Patrem"?». **18** Dicebant ergo: «Quid est hoc, quod dicit:
"Modicum"? Nescimus quid loquitur». **19** Cognovit Iesus
quia volebant eum interrogare et dixit eis: «De hoc quaeri-
tis inter vos quia dixi: "Modicum, et non videtis me, et
iterum modicum, et videbitis me"? **20** Amen, amen dico
vobis quia plorabitis et flebitis vos, mundus autem gaude-
bit; vos contristabimini, sed tristitia vestra vertetur in gau-
dium. **21** Mulier, cum parit, tristitiam habet, quia venit
hora eius; cum autem pepererit puerum, iam non meminit
pressurae propter gaudium quia natus est homo in mun-
dum. **22** Et vos igitur nunc quidem tristitiam habetis; iterum
15,11; 17,13 autem videbo vos, et gaudebit cor vestrum, et gaudium
vestrum nemo tollit a vobis. **23** Et in illo die me non roga-
bitis quidquam.

15 quia] quod Wi | accipiet W V ● 16 videtis] videbitis W S V (- Wi) | me[2]] *add.* quia vado ad Patrem W S V ● 17 videtis] videbitis W S V (- Wi) | et quia vado W S V (- E Wi: quia vado) ● 18 dicit] *add.* nobis E Wi ● 19 cognovit] *add.* autem W S V | quia[1+2]] quod Wi | videtis] videbitis W S V (- Wi) ● 20 quia] quod Wi | vos[2]] *add.* autem W S V ● 21 pressurae] angustiae Wi ● 22 tollet W V ● 23 in *om.* Wi | interrogabitis G Co E Wi St

De pressura et pace: 16,23b-33

Amen, amen dico vobis: Si quid petieritis Patrem in no- 14,13; 15,16
mine meo, dabit vobis. **24** Usque modo non petistis quid-
quam in nomine meo. Petite et accipietis, ut gaudium Mt 7,7-11 Mc 11,24
vestrum sit plenum. **25** Haec in proverbiis locutus sum L 11,9-13
vobis; venit hora, cum iam non in proverbiis loquar vobis,
sed palam de Patre annuntiabo vobis. **26** Illo die in nomine
meo petetis, et non dico vobis quia ego rogabo Patrem de
vobis; **27** ipse enim Pater amat vos, quia vos me amastis et
credidistis quia ego a Deo exivi. **28** Exivi a Patre et veni in
mundum; iterum relinquo mundum et vado ad Patrem».
29 Dicunt discipuli eius: «Ecce nunc palam loqueris, et pro-
verbium nullum dicis. **30** Nunc scimus quia scis omnia et
non opus est tibi, ut quis te interroget; in hoc credimus quia 11,42; 17,8
a Deo existi». **31** Respondit eis Iesus: «Modo creditis?
32 Ecce venit hora et iam venit, ut dispergamini unusquis- Zch 13,7 Mt 26,31s
que in propria et me solum relinquatis; et non sum solus, Mc 14,27
quia Pater mecum est. **33** Haec locutus sum vobis, ut in me
pacem habeatis; in mundo pressuram habetis, sed confidite,
ego vici mundum».

Oratio Domini mundum relicturi: 17,1-26
Opus consummavi, quod dedisti mihi: 17,1-8

17 Haec locutus est Iesus; et sublevatis oculis suis in
caelum dixit: «Pater, venit hora: clarifica Filium 7,39; 8,54; 11,4; 12,16.23.28;
tuum, ut Filius clarificet te, **2** sicut dedisti ei potestatem 13,31s; 14,13; 15,8; 16,14

25 Patre] *add.* meo Co E Wi ● 26 in illo die V | quia] quod Wi ● 27 amastis] amatis W | quia^{2}] quod Wi | ego *om.* Co E Wi St ● 29 dicunt] *add.* ei W S V ● 30 quia^{1+2}] quod Wi ● 33 habetis] habebitis W V (– Wi)
¶ 17.1 suis *om.* W S V | Filius] *add.* tuus W S V

3,15; 5,24; 6,40; 10,10.28 omnis carnis, ut omne, quod dedisti ei, det eis vitam aeter-
nam. **3** Haec est autem vita aeterna, ut cognoscant te solum
1 J 5,20 1 K 8,6 verum Deum et, quem misisti, Iesum Christum. **4** Ego te
clarificavi super terram: opus consummavi, quod dedisti
1,1 s 1 J 1,2 mihi, ut faciam; **5** et nunc clarifica me tu, Pater, apud
Ph 2,6 H 1,3 temetipsum claritate, quam habebam, priusquam mundus
esset, apud te.

26 **6** Manifestavi nomen tuum hominibus, quos dedisti mihi
de mundo. Tui erant, et mihi eos dedisti, et sermonem
tuum servaverunt. **7** Nunc cognoverunt quia omnia, quae
dedisti mihi, abs te sunt, **8** quia verba, quae dedisti mihi,
25; 5,36; 6,57; 11,42 dedi eis, et ipsi acceperunt et cognoverunt vere quia a te
exivi, et crediderunt quia tu me misisti.

Ego pro eis rogo, quos dedisti mihi: 17,9-19

9 Ego pro eis rogo; non pro mundo rogo, sed pro his,
quos dedisti mihi, quia tui sunt, **10** et mea omnia tua sunt
et tua mea; et clarificatus sum in eis. **11** Et iam non sum in
mundo, et hi in mundo sunt, et ego ad te venio.
Pater sancte, serva eos in nomine tuo, quod dedisti
mihi, ut sint unum sicut nos. **12** Cum essem cum eis, ego
10,28 servabam eos in nomine tuo, quod dedisti mihi, et custo-
Ps 41,10 divi, et nemo ex his periit nisi filius perditionis, ut Scrip-
tura impleatur. **13** Nunc autem ad te venio et haec loquor

3 ~ Deum verum V ● 4 facerem Wi ● 5 claritatem S | habui W S V | esset] fieret V (- L P C) ● 6 tuum[2]] meum G E Wi St ● 7 quia] quod Wi ● 8 quia[2+3]] quod Wi ● 10 mea[2]] *add.* sunt W S V ● 11 quod] quos W S V | sicut et nos W S V ● 12 eis] *add.* in mundo Wi | quod] quos W S V | et[1]] *om.* W S Wi L P C; ego G Co E St Si | his] eis V

in mundo, ut habeant gaudium meum impletum in seme- 15,11; 16,22-24
tipsis. **14** Ego dedi eis sermonem tuum, et mundus odio
eos habuit, quia non sunt de mundo, sicut ego non sum de 15,19
mundo.

15 Non rogo, ut tollas eos de mundo, sed ut serves eos Mt 6,13 1 J 2,13s
ex Malo. **16** De mundo non sunt, sicut ego non sum de
mundo. **17** Sanctifica eos in veritate; sermo tuus veritas est.
18 Sicut me misisti in mundum, et ego misi eos in mundum;
19 et pro eis ego sanctifico meipsum, ut sint et ipsi sancti-
ficati in veritate.

Pro omnibus, qui credituri sunt, rogo: 17,20-26

20 Non pro his autem rogo tantum, sed et pro eis, qui
credituri sunt per verbum eorum in me, **21** ut omnes unum
sint, sicut tu, Pater, in me et ego in te, ut et ipsi in nobis unum 10,30
sint: ut mundus credat quia tu me misisti. **22** Et ego clarita-
tem, quam dedisti mihi, dedi illis, ut sint unum, sicut nos
unum sumus; **23** ego in eis, et tu in me, ut sint consummati
in unum: ut cognoscat mundus quia tu me misisti et dilexisti
eos, sicut me dilexisti.

24 Pater, quod dedisti mihi, volo, ut ubi ego sum, et illi 12,26; 14,3
sint mecum, ut videant claritatem meam, quam dedisti
mihi, quia dilexisti me ante constitutionem mundi.

25 Pater iuste, et mundus te non cognovit; ego autem te
cognovi, et hi cognoverunt quia tu me misisti, **26** et notum

14 ~ eos odio V | sicut et ego W S V ● **15** ex] a V ● **16** sicut et ego W S V ● **17** veritate] *add.* tua Wi ● **18** sicut] *add.* tu V | et] ita et G Co E St Si; ita Wi ● **20** his] eis V ● **21** tu¹ *om.* Wi | ~ et ut Wi | ~ credat mundus V | quia] quod Wi ● **22** tu dedisti G Co E St Si | illis] eis S V | sicut et nos V (– Wi) ● **23** ut²] et W S V (– Wi: et ut) | quia] quod Wi | sicut et me W V ● **24** quod] quos W S V | ~ sum ego V (– E) ● **25** et¹ *om.* V | quia] quod Wi

15,15 feci eis nomen tuum et notum faciam, ut dilectio, qua di-
lexisti me, in ipsis sit, et ego in ipsis».

DE EXALTATIONE IESU: 18,1–20,29

Passio Iesu: 18,1–19,42

Iesus comprehenditur: 18,1-11

Mt 26,30-36 Mc 14,26-32 L22,39 **18** Haec cum dixisset Iesus, egressus est cum discipulis
suis trans torrentem Cedron, ubi erat hortus, in quem
introivit ipse et discipuli eius. **2** Sciebat autem et Iudas, qui
tradebat eum, locum, quia frequenter Iesus convenerat illuc
3–11: Mt 26,47-56 Mc 14,43-50 L 22,47-53 cum discipulis suis. **3** Iudas ergo, cum accepisset cohortem
et a pontificibus et pharisaeis ministros, venit illuc cum
lanternis et facibus et armis. **4** Iesus itaque sciens omnia,
quae ventura erant super eum, processit et dicit eis: «Quem
quaeritis?». **5** Responderunt ei: «Iesum Nazarenum». Dicit
eis: «Ego sum!». Stabat autem et Iudas, qui tradebat eum,
cum ipsis. **6** Ut ergo dixit eis: «Ego sum!», abierunt re-
trorsum et ceciderunt in terram. **7** Iterum ergo eos interro-
gavit: «Quem quaeritis?». Illi autem dixerunt: «Iesum Na-
zarenum». **8** Respondit Iesus: «Dixi vobis: Ego sum! Si
ergo me quaeritis, sinite hos abire», **9** ut impleretur sermo,
6,39; 10,28; 17,12 quem dixit: «Quos dedisti mihi, non perdidi ex ipsis quem-
quam». **10** Simon ergo Petrus, habens gladium, eduxit eum
et percussit pontificis servum et abscidit eius auriculam
dextram. Erat autem nomen servo Malchus. **11** Dixit ergo
12,27 Mt 20,22 Iesus Petro: «Mitte gladium in vaginam; calicem, quem
dedit mihi Pater, non bibam illum?».

Ad Annam adducitur et a Petro negatur: 18,12-27

12 Cohors ergo et tribunus et ministri Iudaeorum com-

26 ipsis[1]] eis E Wi
¶ **18.2** locum] ipsum locum S • **4** eum] se St L P | dixit V • **5** dixit E | eis] eis (ei L) Iesus W S V • **7** ergo] autem Wi | ~ interrogavit eos V • **8** vobis] *add.* quia (quod Wi) W S V • **9** dixit] *add.* quia W S V | ipsis] eis V • **10** ~ auriculam eius V (– G) • **11** dicit G Co | gladium] *add.* tuum V | non] *add.* vis ut Co E Wi St Si • **12** ergo] autem G Co E Wi St

prehenderunt Iesum et ligaverunt eum **13** et adduxerunt ad
Annam primum; erat enim socer Caiphae, qui erat pontifex L 3,2 Act 4,6
anni illius. **14** Erat autem Caiphas, qui consilium dederat
Iudaeis: «Expedit unum hominem mori pro populo». 11,50

15 Sequebatur autem Iesum Simon Petrus et alius disci- *15–27:* Mt 26,58.69-75 Mc 14,54.66-72 L 22,54-62
pulus. Discipulus autem ille erat notus pontifici et introivit
cum Iesu in atrium pontificis; **16** Petrus autem stabat ad
ostium foris. Exivit ergo discipulus alius, qui erat notus
pontifici, et dixit ostiariae et introduxit Petrum. **17** Dicit
ergo Petro ancilla ostiaria: «Numquid et tu ex discipulis es
hominis istius?». Dicit ille: «Non sum!». **18** Stabant autem
servi et ministri, qui prunas fecerant, quia frigus erat, et
calefaciebant se; erat autem cum eis et Petrus stans et cale-
faciens se.

19 Pontifex ergo interrogavit Iesum de discipulis suis et *19–24:* Mt 26,63-65; 27,1 Mc 14,61-64; 15,1 L 22,66-71
de doctrina eius. **20** Respondit ei Iesus: «Ego palam locutus
sum mundo; ego semper docui in synagoga et in templo,
quo omnes Iudaei conveniunt, et in occulto locutus sum
nihil. **21** Quid me interrogas? Interroga eos, qui audierunt
quid locutus sum ipsis; ecce hi sciunt, quae dixerim ego».
22 Haec autem cum dixisset, unus assistens ministrorum

13 adduxerunt] *add.* eum W S V • **14** Iudaeis] *add.* quia (quod Wi) W S V • **17** dicit[1]] dixit Co E Wi • **18** qui prunas fecerant] ad prunas W S V • **19** de[2] *om.* Wi • **21** sum] sim V (- G E Wi)

dedit alapam Iesu dicens: «Sic respondes pontifici?». 23 Re-
spondit ei Iesus: «Si male locutus sum, testimonium perhibe
de malo; si autem bene, quid me caedis?». 24 Misit ergo
eum Annas ligatum ad Caipham pontificem.

25 Erat autem Simon Petrus stans et calefaciens se. Dixe-
runt ergo ei: «Numquid et tu ex discipulis eius es?». Nega-
vit ille et dixit: «Non sum!». 26 Dicit unus ex servis pontifi-
cis, cognatus eius, cuius abscidit Petrus auriculam: «Nonne
ego te vidi in horto cum illo?». 27 Iterum ergo negavit
Petrus; et statim gallus cantavit.

Apud tribunal Pilati: 18,28–19,16

28–38a: Mt 27,2.11-26 Mc 15,1-15 L 23,1-7.13-25

28 Adducunt ergo Iesum a Caipha in praetorium. Erat
autem mane. Et ipsi non introierunt in praetorium, ut non
contaminarentur, sed manducarent Pascha. 29 Exivit ergo
Pilatus ad eos foras et dicit: «Quam accusationem affertis
adversus hominem hunc?». 30 Responderunt et dixerunt ei:
«Si non esset hic malefactor, non tibi tradidissemus eum».
31 Dixit ergo eis Pilatus: «Accipite eum vos et secundum
legem vestram iudicate eum!». Dixerunt ei Iudaei: «Nobis
3.14; 12,32s non licet interficere quemquam», 32 ut sermo Iesu implere-
tur, quem dixit, significans qua esset morte moriturus.

33 Introivit ergo iterum in praetorium Pilatus et vocavit
12,13; 19,15.19-22 Iesum et dixit ei: «Tu es rex Iudaeorum?». 34 Respondit

24 misit ergo] et misit W S V • 26 dicit] *add.* ei V (- G E Wi); dixit G • 28 a Caipha] ad Caipham (Cayphan G) G E St | sed] *add.* ut V • 29 dixit W S V • 31 dicit G E | dixerunt] *add.* ergo W S V • 32 ~ morte esset V • 34 et respondit W S

Iesus: «A temetipso tu hoc dicis, an alii tibi dixerunt de
me?». 35 Respondit Pilatus: «Numquid ego Iudaeus sum?
Gens tua et pontifices tradiderunt te mihi; quid fecisti?».
36 Respondit Iesus: «Regnum meum non est de mundo
hoc; si ex hoc mundo esset regnum meum, ministri mei
decertarent, ut non traderer Iudaeis; nunc autem meum
regnum non est hinc». 37 Dixit itaque ei Pilatus: «Ergo rex
es tu?». Respondit Iesus: «Tu dicis quia rex sum. Ego in
hoc natus sum et ad hoc veni in mundum, ut testimonium
perhibeam veritati; omnis, qui est ex veritate, audit meam
vocem». 38 Dicit ei Pilatus: «Quid est veritas?». Et cum hoc
dixisset, iterum exivit ad Iudaeos et dicit eis: «Ego nullam
invenio in eo causam. 39 Est autem consuetudo vobis, ut *39–40:* Mt 27,15-26
unum dimittam vobis in Pascha; vultis ergo dimittam vobis Mc 15,6-15
regem Iudaeorum?». 40 Clamaverunt ergo rursum dicentes: L 23,6-22
«Non hunc, sed Barabbam!». Erat autem Barabbas latro.

19 Tunc ergo apprehendit Pilatus Iesum et flagellavit. *1–7:* Mt 27,27-31
2 Et milites, plectentes coronam de spinis, imposue- Mc 15,16-20
runt capiti eius et veste purpurea circumdederunt eum; 3 et
veniebant ad eum et dicebant: «Ave, rex Iudaeorum!», et
dabant ei alapas. 4 Et exiit iterum Pilatus foras et dicit eis:
«Ecce adduco vobis eum foras, ut cognoscatis quia in eo

34 tu *om.* W S V | ~ dixerunt tibi V (– E Wi) • 35 pontifices] *add.* tui E Si • 36 ~ de hoc mundo V | mei utique decertarent V | ~ regnum meum W V • 37 sum[1]] *add.* ego W S V | ~ vocem meam V • 38 dicit[1+2]] dixit E W • 39 vobis[1] *om.* E Wi • 40 ergo *om.* W S Co E Wi St Si | rursum] *add.* omnes W S V
¶ 19.4 et exiit] exiit ergo Co E Wi Si C; exiit W S G St L P | ~ eum vobis E | ~ nullam invenio in eo causam V; ~ in eo nullam causam invenio W S

invenio causam nullam». **5** Exiit ergo Iesus foras, portans
spineam coronam et purpureum vestimentum. Et dicit eis:
«Ecce homo!». **6** Cum ergo vidissent eum pontifices et minis-
tri, clamaverunt dicentes: «Crucifige, crucifige!». Dicit eis
Pilatus: «Accipite eum vos et crucifigite; ego enim non in-
5,18; 10,33-36 venio in eo causam». **7** Responderunt ei Iudaei: «Nos legem
Lv 24,16 habemus, et secundum legem debet mori, quia Filium Dei
se fecit».

8 Cum ergo audisset Pilatus hunc sermonem, magis ti-
muit **9** et ingressus est praetorium iterum et dicit ad Iesum:
7,28; 8,42 «Unde es tu?». Iesus autem responsum non dedit ei. **10** Dicit
ergo ei Pilatus: «Mihi non loqueris? Nescis quia potestatem
habeo dimittere te et potestatem habeo crucifigere te?».
11 Respondit Iesus: «Non haberes potestatem adversum
me ullam, nisi tibi esset datum desuper; propterea, qui
tradidit me tibi, maius peccatum habet».

12 Exinde quaerebat Pilatus dimittere eum; Iudaei autem
clamabant dicentes: «Si hunc dimittis, non es amicus Caesa-
ris! Omnis, qui se regem facit, contradicit Caesari». **13** Pila-
tus ergo, cum audisset hos sermones, adduxit foras Iesum
et sedit pro tribunali in locum, qui dicitur Lithostrotos,
19,31.42 Mt 26,17 Mc 14,12 L 22,7 Hebraice autem Gabbatha. **14** Erat autem Parasceve Pa-

5 foras *om.* W S V (- Co) | ~ coronam spineam V (- G Co) • 6 clamabant W S V | crucifige[2]] *add.* eum V • 7 legem[2]] *add.* nostram Co • 9 dixit E Si C • 10 dixit E Wi | dimittere] crucifigere W S V (- Wi: crucifigendi) | crucifigere] dimittere W S V (- Wi: dimittendi) • 11 ~ datum esset V | ~ me tradidit V • 12 et exinde G E St Si C; et ex eo Wi | omnis] *add.* enim V (- L P) • 13 ergo] autem V | in loco V

schae, hora erat quasi sexta. Et dicit Iudaeis: «Ecce rex
vester!». 15 Clamaverunt ergo illi: «Tolle, tolle, crucifige
eum!». Dicit eis Pilatus: «Regem vestrum crucifigam?».
Responderunt pontifices: «Non habemus regem nisi Cae-
sarem». 16 Tunc ergo tradidit eis illum, ut crucifigeretur.
Susceperunt ergo Iesum.

De crucifixione: 19,17-30

17 Et baiulans sibi crucem exivit in eum, qui dicitur Cal-
variae locum, quod Hebraice dicitur Golgotha, 18 ubi eum
crucifixerunt et cum eo alios duos hinc et hinc, medium
autem Iesum. 19 Scripsit autem et titulum Pilatus et posuit
super crucem; erat autem scriptum: «Iesus Nazarenus Rex
Iudaeorum». 20 Hunc ergo titulum multi legerunt Iudaeo-
rum, quia prope civitatem erat locus, ubi crucifixus est
Iesus; et erat scriptum Hebraice, Latine, Graece. 21 Dice-
bant ergo Pilato pontifices Iudaeorum: «Noli scribere: Rex
Iudaeorum, sed: Ipse dixit: "Rex sum Iudaeorum"». 22 Re-
spondit Pilatus: «Quod scripsi, scripsi!».

17–22: Mt 27,31.33.37-38 Mc 15,20.22.25-27 L 23,33.38

H 13,12

23 Milites ergo cum crucifixissent Iesum, acceperunt ves-
timenta eius et fecerunt quattuor partes, unicuique militi
partem, et tunicam. Erat autem tunica inconsutilis, desuper
contexta per totum. 24 Dixerunt ergo ad invicem: «Non
scindamus eam, sed sortiamur de illa, cuius sit», ut Scrip-

23–24: Mt 27,35 Mc 15,24 L 23,34

14 erat[2] *om.* W S V • 15 clamaverunt ergo illi] illi autem clamabant W S V | dixit W S E Wi • 16 ergo[2]] autem W S V | Iesum] *add.* et eduxerunt (+ eum Co E Wi) W S V • 17 sibi crucem] crucem suam Wi | quod Hebraice dicitur] Hebraice autem V (- G L P); Hebraice W S G L P • 18 ~ crucifixerunt eum V | hinc[2]] inde Wi • 20 ~ Iudaeorum legerunt V | Latine Graece] Graece et Latine W S V • 21 Iudaeorum[1] *om.* Co | sed] *add.* quia W S V • 23 Iesum] eum W S V (- Wi)

tura impleatur dicens:
Ps 22,19 «*Partiti sunt vestimenta mea sibi*
et in vestem meam miserunt sortem».
Et milites quidem haec fecerunt.

25–27: Mt 27,55s Mc 15,40s L 23,49
25 Stabant autem iuxta crucem Iesu mater eius et soror
matris eius, Maria Cleopae, et Maria Magdalene. **26** Cum
vidisset ergo Iesus matrem et discipulum stantem, quem
diligebat, dicit matri: «Mulier, ecce filius tuus». **27** Deinde
dicit discipulo: «Ecce mater tua». Et ex illa hora accepit
eam discipulus in sua.

28–30: Mt 27,48-50 Mc 15,36s L 23,44-49 Ps 22,16; 69,22
28 Post hoc sciens Iesus quia iam omnia consummata
sunt, ut consummaretur Scriptura, dicit: «Sitio». **29** Vas
positum erat aceto plenum; spongiam ergo plenam aceto
hyssopo circumponentes, obtulerunt ori eius. **30** Cum ergo
accepisset acetum, Iesus dixit: «Consummatum est!». Et
inclinato capite tradidit spiritum.

Sepultura: 19,31-42

Ex 12,16 Dt 21,23
31 Iudaei ergo, quoniam Parasceve erat, ut non remane-
rent in cruce corpora sabbato, erat enim magnus dies illius
sabbati, rogaverunt Pilatum, ut frangerentur eorum crura,
et tollerentur. **32** Venerunt ergo milites et primi quidem
fregerunt crura et alterius, qui crucifixus est cum eo; **33** ad
Iesum autem cum venissent, ut viderunt eum iam mortuum,
non fregerunt eius crura, **34** sed unus militum lancea latus

24 impleretur V ● **26** astantem Co | dixit E Wi | matri] *add.* suae W S V ● **27** dixit E | in suam Co E St ● **28** post hoc] postea W S V | quia] quod Wi | iam *om.* G E St Si C | ~ omnia iam L P | consummata essent Wi | dixit E Wi Si C ● **29** vas] *add.* ergo W S V (– E Wi: *add.* autem) | ~ erat positum V | spongiam ... aceto] illi autem (vero Co; ergo E Wi) spongiam plenam aceto (plenam aceto spongiam G) W S V ● **30** ~ Iesus acetum W S V ● **31** illius] ille W S V

eius aperuit, et continuo exivit sanguis et aqua. **35** Et qui
vidit, testimonium perhibuit, et verum est eius testimonium, 21,24
et ille scit quia vera dicit, ut et vos credatis. **36** Facta sunt
enim haec, ut Scriptura impleatur: «*Os non comminuetur* Ex 12,46 Ps 34,21
eius», **37** et iterum alia Scriptura dicit: «*Videbunt in quem* Sach 12,10
transfixerunt».

38 Post haec autem rogavit Pilatum Ioseph ab Arima- *38–42:* Mt 27,57-60
thaea, qui erat discipulus Iesu, occultus autem propter me- Mc 15,42-46
tum Iudaeorum, ut tolleret corpus Iesu; et permisit Pilatus. L 23,50-54
Venit ergo et tulit corpus eius. **39** Venit autem et Nicode- 3,1-12; 7,50s
mus, qui venerat ad eum nocte primum, ferens mixturam
myrrhae et aloes quasi libras centum. **40** Acceperunt ergo
corpus Iesu et ligaverunt illud linteis cum aromatibus, sicut 11,44
mos Iudaeis est sepelire. **41** Erat autem in loco, ubi cruci-
fixus est, hortus, et in horto monumentum novum, in quo
nondum quisquam positus erat. **42** Ibi ergo propter Pa-
rascevem Iudaeorum, quia iuxta erat monumentum, po-
suerunt Iesum.

De Christo resuscitato narrationes: 20,1-31

Sepulcrum inane: 20,1-10

20 Prima autem sabbatorum Maria Magdalene venit *1–10:* Mt 28,1-8
mane, cum adhuc tenebrae essent, ad monumentum Mc 16,1-8 L 24,1-11
et videt lapidem sublatum a monumento. **2** Currit ergo et
venit ad Simonem Petrum et ad alium discipulum, quem 13,23; 19,26
amabat Iesus, et dicit eis: «Tulerunt Dominum de monu-
mento, et nescimus, ubi posuerunt eum!». **3** Exiit ergo Pe-
trus et ille alius discipulus, et veniebant ad monumentum.

34 aperuit] fodit Wi ● 35 ~ testimonium eius V ● 36 impleretur V | comminuetur eius] comminuetis ex eo W S V ● 38 qui erat] eo quod esset W S V | venit ... eius *om.* Wi | eius] Iesu W S V (– Wi) ● 39 eum] Iesum W S V ● 40 ergo] autem Co E St | illud] eum W S G Co E; id Wi | ~ est Iudaeis V

¶ 20.1 prima autem sabbatorum] una autem sabbati W S V | vidit V ● 2 cucurrit W S V | amabat] diligebat Co | dixit E | eis] illis V ● 3 venerunt W S V

4 Currebant autem duo simul, et ille alius discipulus prae-
5–6: 19,40 cucurrit citius Petro et venit primus ad monumentum; 5 et
cum se inclinasset, videt posita linteamina, non tamen in-
troivit. 6 Venit ergo et Simon Petrus sequens eum et in-
troivit in monumentum; et videt linteamina posita 7 et
sudarium, quod fuerat super caput eius, non cum linteami-
nibus positum, sed separatim involutum in unum locum.
8 Tunc ergo introivit et alter discipulus, qui venerat primus
2,22 Ps 16,8-11 L 24,25-27.44-46 Act 2,24-31; 13,32-37 1K 15,4 ad monumentum, et vidit et credidit. 9 Nondum enim scie-
bant Scripturam quia oportet eum a mortuis resurgere.
10 Abierunt ergo iterum ad semetipsos discipuli.

Iesus apparet Mariae Magdalene: 20,11-18

11–18: Mt 28,9s Mc 16,9-11 11 Maria autem stabat ad monumentum foris plorans.
Dum ergo fleret, inclinavit se in monumentum 12 et videt
duos angelos in albis sedentes, unum ad caput et unum ad
pedes, ubi positum fuerat corpus Iesu. 13 Et dicunt ei illi:
«Mulier, quid ploras?». Dicit eis: «Tulerunt Dominum
meum, et nescio, ubi posuerunt eum». 14 Haec cum dixisset,
conversa est retrorsum et videt Iesum stantem et non scie-
bat quia Iesus est. 15 Dicit ei Iesus: «Mulier, quid ploras?
Quem quaeris?». Illa, existimans quia hortulanus esset,
dicit ei: «Domine, si tu sustulisti eum, dicito mihi, ubi
posuisti eum, et ego eum tollam». 16 Dicit ei Iesus: «Ma-
Mc 10,51 ria!». Conversa illa dicit ei Hebraice: «Rabbuni!» – quod
dicitur Magister –. 17 Dicit ei Iesus: «Iam noli me tenere,
nondum enim ascendi ad Patrem; vade autem ad fratres

5 vidit V • 6 et[1] *om.* W S V | vidit V (– Wi) • 7 separatum G | uno loco Wi • 8 alter] ille W S V | prior Wi • 9 quia] quod Wi | oportebat L P Si C; oportuit G Co E St; oportuerit Wi • 10 ~ iterum (rursus Wi) discipuli ad semetipsos V (– E: discipuli iterum ad semetipsos) • 11 se] *add.* et prospexit W S V • 12 vidit W S V | et unum] alterum Wi | positum erat G Co E Wi St • 13 et[1] *om.* W S V (– Wi) | eis] *add.* quia W S V • 14 vidit V (– Wi) | quia] quod Wi | est[2]] esset Wi • 15 dicit[1+2]] dixit E Wi | quia] quod Wi • 16 dicit[1]] dixit E Wi | dicit[2]] dixit E | Hebraice *om.* W S V • 17 dixit E | iam *om.* W S V | tenere] tangere W S V | patrem[1]] *add.* meum W S V

meos et dic eis: Ascendo ad Patrem meum et Patrem ves-
trum, et Deum meum et Deum vestrum». **18** Venit Maria
Magdalene annuntians discipulis: «Vidi Dominum!» et quia
haec dixit ei.

Discipulos Spiritu Sancto praeditos mittit: 20,19-23

19 Cum esset ergo sero die illa prima sabbatorum, et *19-23:* Mc 16,14-18
fores essent clausae, ubi erant discipuli propter metum L 24,36-39
Iudaeorum, venit Iesus et stetit in medio et dicit eis: «Pax
vobis!». **20** Et hoc cum dixisset, ostendit eis manus et latus.
Gavisi sunt ergo discipuli, viso Domino. **21** Dixit ergo eis
iterum: «Pax vobis! Sicut misit me Pater, et ego mitto vos».
22 Et cum hoc dixisset, insufflavit et dicit eis: «Accipite
Spiritum Sanctum. **23** Quorum remiseritis peccata, remissa 14,17.26; 15,26 |
sunt eis; quorum retinueritis, retenta sunt». Mt 16,19

Confessio Thomae: 20,24-29

24 Thomas autem, unus ex Duodecim, qui dicitur Didy- 11,16; 14,5; 21,2
mus, non erat cum eis, quando venit Iesus. **25** Dicebant
ergo ei alii discipuli: «Vidimus Dominum!». Ille autem
dixit eis: «Nisi videro in manibus eius signum clavorum et
mittam digitum meum in signum clavorum et mittam ma-
num meam in latus eius, non credam».
26 Et post dies octo iterum erant discipuli eius intus, et

17 et³ *om.* V • **18** vidi ... ei] quia vidi Dominum et haec dixit mihi W S V (– Wi: quia vidisset Dominum et haec dixisset sibi) • **19** ~ ergo sero esset V | illa prima] illo una W S V | discipuli] *add.* congregati V | dixit G Co E Si C • **20** ~ cum hoc (haec G Co E St) V | dixit E | manus et latus] manus latus suum Wi • **21** eis] *add.* Iesus Co • **22** et cum hoc] haec cum V (– L P); hoc cum W S L P | dicit] dixit E Si C • **23** remissa sunt] remittuntur W S V | quorum²] et quorum W V | detenta S • **25** dicebant] dixerunt W S V | signum¹] fixuram W V; figuram S | signum²] locum W S V

Thomas cum eis. Venit Iesus ianuis clausis et stetit in medio
et dixit: «Pax vobis!». **27** Deinde dicit Thomae: «Infer digi-
tum tuum huc et vide manus meas et affer manum tuam et
mitte in latus meum, et noli fieri incredulus sed fidelis!».
28 Respondit Thomas et dixit ei: «Dominus meus et Deus
meus!». **29** Dicit ei Iesus: «Quia vidisti me, credidisti. Beati,
qui non viderunt et crediderunt!».

CONCLUSIO EVANGELII PRIOR: 20,30-31

30 Multa quidem et alia signa fecit Iesus in conspectu
discipulorum suorum, quae non sunt scripta in libro hoc;
31 haec autem scripta sunt, ut credatis quia Iesus est Chris-
tus Filius Dei, et ut credentes vitam habeatis in nomine
eius.

CONCLUSIO EVANGELII ALTERA: 21,1-25

Ad mare Tiberiadis: 21,1-14

21 Postea manifestavit se iterum Iesus discipulis ad mare
Tiberiadis; manifestavit autem sic. **2** Erant simul
11,16; 14,5; 20,24; 1,45 s Simon Petrus et Thomas, qui dicitur Didymus, et Nathanael,
qui erat a Cana Galilaeae, et filii Zebedaei et alii ex disci-
pulis eius duo. **3** Dicit eis Simon Petrus: «Vado piscari».
Dicunt ei: «Venimus et nos tecum». Exierunt et ascenderunt
in navem; et illa nocte nihil prendiderunt.

4 Mane autem iam facto, stetit Iesus in litore; non tamen
sciebant discipuli quia Iesus est. **5** Dicit ergo eis Iesus:
L 24,41 «Pueri, numquid pulmentarium habetis?». Responderunt

26 in medio eorum Co | dixit] *add.* eis V (– L P C) • 27 dixit E Si | fieri] esse W S V • 28 ei *om.* G E St Wi • 29 dixit E Wi Si C | me] *add.* Thoma V (– Wi) • 30 ~ hoc libro Wi • 31 Christus *om.* G St

¶ 21.1 discipulis *om.* W S V (– Co C); *add.* suis Co • 2 ex discipulis] discipuli Wi • 3 et exierunt W S V | et hac nocte Wi | prenderunt Wi • 4 iam *om.* St Si C | sciebant] cognoverunt W S V | quia] quod Wi • 5 dixit E Si C

ei: «Non». **6** Ille autem dixit eis: «Mittite in dexteram navigii L 5,4-7
rete et invenietis». Miserunt ergo et iam non valebant illud
trahere a multitudine piscium. **7** Dicit ergo discipulus ille, 13,23; 19,26s; 20,2
quem diligebat Iesus, Petro: «Dominus est!». Simon ergo
Petrus, cum audisset quia Dominus est, tunicam succinxit
se, erat enim nudus, et misit se in mare; **8** alii autem disci-
puli navigio venerunt, non enim longe erant a terra, sed
quasi cubitis ducentis, trahentes rete piscium.

9 Ut ergo descenderunt in terram, vident prunas positas
et piscem superpositum et panem. **10** Dicit eis Iesus: «Afferte
de piscibus, quos prendidistis nunc». **11** Ascendit ergo Si-
mon Petrus et traxit rete in terram, plenum magnis piscibus
centum quinquaginta tribus; et cum tanti essent, non est
scissum rete. **12** Dicit eis Iesus: «Venite, prandete». Nemo
autem audebat discipulorum interrogare eum: «Tu quis
es?», scientes quia Dominus est.

13 Venit Iesus et accipit panem et dat eis et piscem simili-
ter. **14** Hoc iam tertio manifestatus est Iesus discipulis, cum 20,19-23.26-29
resurrexisset a mortuis.

De mandato Petro dato: 21,15-23

15 Cum ergo prandissent, dicit Simoni Petro Iesus: «Si- Mt 16,18; L 22,31s; 1 P 5,4
mon Ioannis, diligis me plus his?». Dicit ei: «Etiam, Do-
mine, tu scis quia amo te». Dicit ei: «Pasce agnos meos».
16 Dicit ei iterum secundo: «Simon Ioannis, diligis me?».
Ait illi: «Etiam, Domine, tu scis quia amo te». Dicit ei:
«Pasce oves meas». **17** Dicit ei tertio: «Simon Ioannis, amas

6 ille autem *om.* W S V | dicit V (– Si) | extrahere Wi | a] prae V • 7 dixit Si C | ergo[2] *om.* W S V | quia] quod Wi | tunica V • 8 quasi] *add.* a S • 9 viderunt W S V • 11 ergo *om.* W S V | tanti] tot Wi • 12 eis] ei G | venite] *add.* et Co | nemo autem] et nemo W S V | discipulorum] discumbentium V; discentium W S | quia] quod Wi | est] esset W S • 13 et venit W S V | accepit W S G Co E St Si | dat] dabat St • 14 discipulis] *add.* suis V | surrexisset S Co E Wi St • 15 dicit[1]] dixit G Co E | plus his] plus quam hi Wi • 16 secundo *om.* W S V | ait illi] at ille E | ei[2]] *add.* iterum V (– L P C) | oves meas] agnos meos W S V

13,36-38; 18,17.25-27 me?». Contristatus est Petrus quia dixit ei tertio: «Amas
me?», et dicit ei: «Domine, tu omnia scis, tu cognoscis quia
amo te». Dicit ei: «Pasce oves meas. **18** Amen, amen dico
tibi: Cum esses iunior, cingebas teipsum et ambulabas, ubi
volebas; cum autem senueris, extendes manus tuas, et alius
te cinget et ducet, quo non vis». **19** Hoc autem dixit signifi-
cans qua morte clarificaturus esset Deum. Et hoc cum
22 Mt 8,22 dixisset, dicit ei: «Sequere me».

13,25 **20** Conversus Petrus videt illum discipulum, quem dili-
gebat Iesus, sequentem, qui et recubuit in cena super pectus
eius et dixit: «Domine, quis est qui tradit te?». **21** Hunc
ergo cum vidisset Petrus, dicit Iesu: «Domine, hic autem
quid?». **22** Dicit ei Iesus: «Si eum volo manere donec
19 veniam, quid ad te? Tu me sequere». **23** Exivit ergo sermo
iste in fratres quia discipulus ille non moritur. Non autem
dixit ei Iesus: «Non moritur», sed: «Si eum volo manere
donec veniam, quid ad te?».

Annotatio finalis: 21,24-25

19,35 **24** Hic est discipulus, qui testimonium perhibet de his et
scripsit haec, et scimus quia verum est testimonium eius.
25 Sunt autem et alia multa, quae fecit Iesus, quae si scri-
bantur per singula, nec ipsum arbitror mundum capere eos,
qui scribendi sunt, libros.

17 quia[1+2]] quod Wi | dicit[2]] dixit V (– G E Wi) | scis] nosti V (– L P) | cognoscis] scis W S V | dicit[3]] dixit Si C | ei[3]] *add.* Iesus Co ● 18 teipsum] te W S V | quo] *add.* tu V (– L P) ● 19 ~ cum hoc V ● 20 vidit W S V | tradet V ● 21 dixit E Si C ● 22 dixit Si | si] sic V (– Wi); si sic W S ● 23 iste *om.* Wi | in] inter V | non autem] et non W S V | si] sic V (– Wi); si sic W S | venio S ● 24 discipulus] *add.* ille V | quia] quod Wi ● 25 capere] *add.* posse V | sunt[2]] forent Wi | libros] *add.* amen W S

ACTUS APOSTOLORUM

PROLOGUS: 1,1-3

1 Primum quidem sermonem feci de omnibus, o Theo- L 1,1-4
phile, quae coepit Iesus facere et docere, 2 usque in
diem, qua, cum praecepisset apostolis per Spiritum Sanc- L 24,49 1 T 3,16 | L 24,44-48 J 20,22
tum, quos elegit, assumptus est; 3 quibus et praebuit seip-
sum vivum post passionem suam in multis argumentis, per
dies quadraginta apparens eis et loquens ea, quae sunt de 10,41; 13,31
regno Dei.

DE ECCLESIA HIEROSOLYMITANA: 1,4–8,3

Suprema monita resuscitati: 1,4-8

4 Et convescens praecepit eis ab Hierosolymis ne disce- L 24,49
derent, sed exspectarent promissionem Patris: «Quam
audistis a me, 5 quia Ioannes quidem baptizavit aqua, vos 11,16 Mt 3,11
autem baptizabimini in Spiritu Sancto non post multos hos
dies».
6 Igitur qui convenerant, interrogabant eum dicentes:
«Domine, si in tempore hoc restitues regnum Israeli?».
7 Dixit autem eis: «Non est vestrum nosse tempora vel
momenta, quae Pater posuit in sua potestate, 8 sed acci-
pietis virtutem superveniente Sancto Spiritu in vos et eritis 2,1-13
mihi testes et in Ierusalem et in omni Iudaea et Samaria et 10,39 Mt 28,19 Mc 16,15 L 24,47s
usque ad ultimum terrae».

Ascensio Iesu: 1,9-11

9 Et cum haec dixisset, videntibus illis, elevatus est, et Mc 16,19 L 24,51 1 T 3,16 1 P 3,22

¶ 1.2 cum praecepisset] praecipiens W S V | cum ... Sanctum] postquam per Spiritum Sanctum mandata dedit apostolis Wi | elegerat Wi ● 3 praebuerat Wi | ea quae sunt *om.* W S V ● 4 convescens] congregans eos Wi | eis *om.* Wi | ab *om.* G | ~ ne ab Hierosolymis discederent Wi | a me] inquit (– W S) per os meum W S V (– Wi: inquit ex me) ● 5 in *om.* W S V ● 6 convenerunt W | si] num Wi | Israel W S V ● 8 supervenientis Spiritus Sancti W S V | et[2] *om.* W S V | ultimum] extremum Wi

nubes suscepit eum ab oculis eorum. **10** Cumque intueren-
tur in caelum eunte illo, ecce duo viri astiterunt iuxta illos
in vestibus albis, **11** qui et dixerunt: «Viri Galilaei, quid
Ap 1,7 statis aspicientes in caelum? Hic Iesus, qui assumptus est
a vobis in caelum, sic veniet quemadmodum vidistis eum
euntem in caelum».

Apostoli cum Maria et fratribus Iesu in oratione perseverant: 1,12-14

12 Tunc reversi sunt in Ierusalem a monte, qui vocatur
Oliveti, qui est iuxta Ierusalem sabbati habens iter. **13** Et
cum introissent, in cenaculum ascenderunt, ubi manebant
L 6,14-16 et Petrus et Ioannes et Iacobus et Andreas, Philippus et
Thomas, Bartholomaeus et Matthaeus, Iacobus Alphaei et
Simon Zelotes et Iudas Iacobi. **14** Hi omnes erant perseve-
L 23,49 rantes unanimiter in oratione cum mulieribus et Maria
matre Iesu et fratribus eius.

Matthias in Iudae locum eligitur: 1,15-26

15 Et in diebus illis exsurgens Petrus in medio fratrum
dixit – erat autem turba hominum simul fere centum vi-
ginti –: **16** «Viri fratres, oportebat impleri Scripturam,
L 22,47 quam praedixit Spiritus Sanctus per os David de Iuda, qui
fuit dux eorum, qui comprehenderunt Iesum, **17** quia con-
Mt 27,3-10 numeratus erat in nobis et sortitus est sortem ministerii
huius. **18** Hic quidem possedit agrum de mercede iniquitatis
et pronus factus crepuit medius, et diffusa sunt omnia

10 euntem illum W V • **11** a vobis *om.* Wi • **12** in Ierusalem] Hierosolymam W S V | est iuxta... iter] distat a Ierusalem sabbati iter Wi • **13** ~ ascenderunt in cenaculum Wi | manebat G Co E St; solebant manere Wi | et^{2} *om.* W S V | ~ Iacobus et Ioannes Wi | et^{4} *om.* W S L P Si C • **14** oratione] *add.* et deprecatione Wi • **15** et *om.* V | hominum] nominum S • **16** oportet W S V | prehenderunt Wi • **17** quia] qui V | adnumeratus erat nobis et sortitus erat sortem Wi • **18** et hic W S V | possedit] comparavit Wi | pronus factus] suspensus W S V | effusa Wi

viscera eius. 19 Et notum factum est omnibus habitantibus
Ierusalem, ita ut appellaretur ager ille lingua eorum Acel-
damach, hoc est ager Sanguinis. 20 Scriptum est enim in
libro Psalmorum:

> "*Fiat commoratio eius deserta,* Ps 69,26
> *et non sit qui inhabitet in ea*"
> et: "*Episcopatum eius accipiat alius*". Ps 109,8

21 Oportet ergo ex his viris, qui nobiscum congregati J 15,27
erant in omni tempore, quo intravit et exivit inter nos Do-
minus Iesus, 22 incipiens a baptismate Ioannis usque in
diem, qua assumptus est a nobis, testem resurrectionis eius
nobiscum fieri unum ex istis».

23 Et statuerunt duos, Ioseph, qui vocabatur Barsabbas,
qui cognominatus est Iustus, et Matthiam. 24 Et orantes
dixerunt: «Tu, Domine, qui corda nosti omnium, ostende 15,8
quem elegeris ex his duobus unum 25 accipere locum mi-
nisterii huius et apostolatus, de quo praevaricatus est Iudas,
ut abiret in locum suum». 26 Et dederunt sortes eis, et ceci- 1 Sm 14,41 s Prv 16,33
dit sors super Matthiam, et annumeratus est cum undecim
apostolis.

De Pentecoste et de apostolis variis linguis praedicantibus: 2,1-13

2 Et cum compleretur dies Pentecostes, erant omnes pa- 1,14 Lv 23,15-21
riter in eodem loco. 2 Et factus est repente de caelo
sonus tamquam advenientis spiritus vehementis et replevit
totam domum, ubi erant sedentes. 3 Et apparuerunt illis

20 eius[1]] eorum W V | habitet W | alius] alter V • 21 congregati erant] congregati sunt W S; sunt congregati V (– Wi: una fuerunt) • 23 vocatur St • 24 quem] utrum Wi | unum *om.* Wi • 25 de quo praevaricatus est] ex quo excidit Wi
¶ 2.1 complerentur W S V | pariter in eodem loco] unanimiter simul Wi

L 3,16 dispertitae linguae tamquam ignis, seditque supra singulos
4,31; 8,15.17; 10,44; 11,15; eorum; **4** et repleti sunt omnes Spiritu Sancto et coeperunt
15,8; 19,2.6 loqui aliis linguis, prout Spiritus dabat eloqui illis.

5 Erant autem in Ierusalem habitantes Iudaei, viri reli-
11; 10,46; 19,6 Mc 16,17 giosi ex omni natione, quae sub caelo est; **6** facta autem
1 K 12,10.28.30; 14,1-39 hac voce, convenit multitudo et confusa est, quoniam
audiebat unusquisque lingua sua illos loquentes. **7** Stupe-
bant autem et mirabantur dicentes: «Nonne ecce omnes isti,
qui loquuntur, Galilaei sunt? **8** Et quomodo nos audimus
unusquisque propria lingua nostra, in qua nati sumus?
9 Parthi et Medi et Elamitae et qui habitant Mesopota-
miam, Iudaeam quoque et Cappadociam, Pontum et Asiam,
10 Phrygiam quoque et Pamphyliam, Aegyptum et partes
Libyae, quae est circa Cyrenem, et advenae Romani,
11 Iudaei quoque et proselyti, Cretes et Arabes, audimus
1 K 14,23 loquentes eos nostris linguis magnalia Dei». **12** Stupebant
autem omnes et haesitabant ad invicem dicentes: «Quid-
nam hoc vult esse?»; **13** alii autem irridentes dicebant:
«Musto pleni sunt isti».

Sermo Petri in die Pentecostes: 2,14-36

14 Stans autem Petrus cum Undecim levavit vocem suam
et locutus est eis: «Viri Iudaei et qui habitatis Ierusalem
universi, hoc vobis notum sit, et auribus percipite verba
mea. **15** Non enim, sicut vos aestimatis, hi ebrii sunt, est

4 aliis] variis V | Spiritus] *add.* Sanctus W S V | eloqui illis] eis eloqui Wi ● 5 est] sunt S ● 6 et mente confusa W S V ● 7 autem] *add.* omnes W S V | ~ omnes ecce S ● 8 audivimus W S V (– Co) | propria *om.* W S V | linguam nostram V ● 9 Iudaeam quoque] et (– V) Iudaeam W S V ● 10 quoque *om.* W S V | advenae] peregrini Wi ● 11 audivimus W S V (– Co) | ~ eos loquentes W V | magnalia] magnifica Wi ● 12 haesitabant] mirabantur W S V | ~ vult hoc V ● 13 dicebant] *add.* quia W S V (– Wi: *add.* quod) ● 14 elevavit Co E Wi | Ierusalem universum G | ~ percipite auribus Wi ● 15 existimatis Wi | est enim] cum sit W S V

enim hora diei tertia, **16** sed hoc est, quod dictum est per
prophetam Ioel:

17 “*Et erit:* in novissimis diebus, dicit Deus, Joel 3,1-5
effundam de Spiritu meo super omnem carnem,
et prophetabunt filii vestri et filiae vestrae,
et iuvenes vestri visiones videbunt,
et seniores vestri somnia somniabunt;
18 *et quidem super servos meos et super ancillas meas*
in diebus illis effundam de Spiritu meo,
et prophetabunt.
19 *Et dabo prodigia in caelo* sursum *et* signa *in terra* 5,12
deorsum,
sanguinem et ignem et vaporem fumi;
20 *sol convertetur in tenebras*
et luna in sanguinem,
antequam veniat dies Domini
magnus et manifestus.
21 *Et erit:*
omnis quicumque invocaverit nomen Domini, salvus R 10,13
erit”.

22 Viri Israelitae, audite verba haec: Iesum Nazarenum,
virum approbatum a Deo apud vos virtutibus et prodigiis 10,38 L 24,19
et signis, quae fecit per illum Deus in medio vestri, sicut
ipsi scitis, **23** hunc definito consilio et praescientia Dei
traditum per manum iniquorum affigentes interemistis, 1 Th 2,15
24 quem Deus suscitavit solutis doloribus mortis, iuxta
quod impossibile erat teneri illum ab ea. **25** David enim
dicit circa eum:

“*Providebam Dominum coram me semper,* Ps 16,8-11 ⊛
quoniam a dextris meis est, ne commovear.
26 *Propter hoc laetatum est cor meum,*
et exsultavit lingua mea;

17 Deus] Dominus W S V ● **18** super[2] *om.* G Co E Wi St ● **21** erit[1] *om.* G St | omnis *om.* Wi ● **22** approbatum] commonstratum Wi | apud vos] in vobis W S V (– Wi: in omnibus) | ~ Deus per illum V | ipsi] vos W S L P; et vos Si C; et ipsi Wi; *om.* G Co E St ● **23** manus W S V | affigentes] affligentes Si C; accipientes crucifixum Wi ● **24** mortis] inferni W S V (– Wi) | iuxta quod] eo quod Wi | ab ea] ab eo W S V (– Wi: a morte) ● **25** circa eum] in eum W S V (– Wi: de eo) | coram me] in conspectu meo V (– Wi) | meis est] est mihi V

insuper et caro mea requiescet in spe.
27 *Quoniam non derelinques animam meam in inferno*
neque dabis Sanctum tuum videre corruptionem.
28 *Notas fecisti mihi vias vitae,*
replebis me iucunditate cum facie tua".

29 Viri fratres, liceat audenter dicere ad vos de patriarcha
David quoniam et defunctus est et sepultus est et sepulcrum
eius est apud nos usque in hodiernum diem; 30 propheta
Ps 132,11 2Sm 7,12s igitur cum esset et sciret quia iure iurando *iurasset illi* Deus
de fructu lumbi eius sedere super sedem eius, 31 providens
13,35 Ps 16,10 locutus est de resurrectione Christi quia *neque derelictus est*
in inferno, neque caro eius *vidit corruptionem*.

32 Hunc Iesum resuscitavit Deus, cuius omnes nos testes
sumus. 33 Dextera igitur Dei exaltatus et, promissione Spiri-
tus Sancti accepta a Patre, effudit hunc, quem vos videtis
et auditis. 34 Non enim David ascendit in caelos; dicit
autem ipse:
Ps 110,1 "*Dixit Dominus Domino meo: Sede a dextris meis,*
35 *donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum*".
36 Certissime ergo sciat omnis domus Israel quia et Do-
minum eum et Christum Deus fecit, hunc Iesum, quem vos
crucifixistis».

Tria milia convertuntur: 2,37-41

37 His auditis, compuncti sunt corde et dixerunt ad
L 3,10 Petrum et reliquos apostolos: «Quid faciemus, viri fratres?».
L 3,3 38 Petrus vero ad illos: «Paenitentiam, inquit, agite, et

27 neque] nec V ● 28 ~ mihi fecisti V (- Wi) | et replebis St Si C ● 29 quoniam] quod Wi | et¹ *om.* V | est² *om.* C ● 30 quia] quod Wi ● 31 praevidens Wi | quia] quod Wi ● 32 cuius] cui S | ~ nos omnes E ● 33 hunc quem] hoc donum (- Wi) quod G Co Wi St Si | vos] *add.* nunc Wi | audistis S ● 34 caelum V (- Co E Wi) | dicit] dixit Wi Si C ● 36 ~ sciat ergo V | quia et] quia E; quod Wi | eum *om.* Wi | ~ fecit Deus V ● 37 his] *add.* autem V | et²] *add.* ad W S V ● 38 vero] autem G Co E St; autem ait Wi | inquit *om.* Wi

baptizetur unusquisque vestrum in nomine Iesu Christi in
remissionem peccatorum vestrorum, et accipietis donum
Sancti Spiritus; 39 vobis enim est repromissio et filiis
vestris et omnibus, qui longe sunt, quoscumque advocaverit Is 57,19 E 2,17
Dominus Deus noster». 40 Aliis etiam verbis pluribus testi-
ficatus est et exhortabatur eos dicens: «Salvamini a genera- Dt 32,5 Ps 78,8
tione ista prava». 41 Qui ergo, recepto sermone eius, bapti- L 9,41 Ph 2,15
zati sunt; et appositae sunt in illa die animae circiter tria
milia.

De conversatione primorum fidelium: 2,42-47

42 Erant autem perseverantes in doctrina apostolorum
et communicatione, in fractione panis et orationibus.
43 Fiebat autem omni animae timor; multa quoque pro- 5,12
digia et signa per apostolos fiebant. 44 Omnes autem, qui
crediderant, erant pariter et habebant omnia communia, 4,32-35
45 et possessiones et substantias vendebant et dividebant
illas omnibus, prout cuique opus erat; 46 cotidie quoque
perdurantes unanimiter in templo et frangentes circa domos L 24,53
panem, sumebant cibum cum exsultatione et simplicitate
cordis, 47 collaudantes Deum et habentes gratiam ad
omnem plebem. Dominus autem augebat, qui salvi fierent
cotidie in idipsum.

Claudus in templo sanatur: 3,1-10

3 Petrus autem et Ioannes ascendebant in templum ad
horam orationis nonam. 2 Et quidam vir, qui erat clau- *2–8:* 14,8-10
dus ex utero matris suae, baiulabatur, quem ponebant

38 vestrorum *om.* Wi | ~ Spiritus Sancti V • 39 remissio Co; promissio Wi | advocaverit] accersiverit Wi • 40 plurimis V | testificatus est] testificabatur Wi • 41 ergo] *add.* libenter Wi | recepto sermone] receperunt sermonem W S V | appositae sunt] accesserunt Wi | ~ in die illa V | ter mille Wi • 42 in fractione] fractionis W S V (- E: fractione; - Wi: et fractione) • 43 fiebat] erat Wi | per apostolos fiebant] per apostolos in Ierusalem fiebant (~ fiebant in Ierusalem W S) et metus erat magnus in universis W S V (- Wi) • 44 autem] etiam W S V (- Wi) | credebant W S V | pariter] una Wi • 45 et[1] *om.* W S V | illa W S V • 46 quoque perdurantes] perseverantes Wi | ~ panem circa domos Wi • 47 ad omnem plebem] ad universum populum Wi | augebat] addebat ecclesiae Wi | fiebant Co E | in idipsum *om.* Wi

cotidie ad portam templi, quae dicitur Speciosa, ut peteret
eleemosynam ab introeuntibus in templum; **3** is cum vidis-
set Petrum et Ioannem incipientes introire in templum, ro-
gabat, ut eleemosynam acciperet. **4** Intuens autem in eum
Petrus cum Ioanne dixit: «Respice in nos». **5** At ille inten-
debat in eos, sperans se aliquid accepturum ab eis. **6** Petrus
autem dixit: «Argentum et aurum non est mihi; quod autem
habeo, hoc tibi do: In nomine Iesu Christi Nazareni surge et
ambula!». **7** Et apprehensa ei manu dextera, allevavit eum;
et protinus consolidatae sunt bases eius et tali, **8** et exsiliens
stetit et ambulabat et intravit cum illis in templum, ambu-
lans et exsiliens et laudans Deum. **9** Et vidit omnis populus
eum ambulantem et laudantem Deum; **10** cognoscebant
autem illum quoniam ipse erat, qui ad eleemosynam sedebat
ad Speciosam portam templi, et impleti sunt stupore et
exstasi in eo, quod contigerat illi.

Petrus iuxta porticum Salomonis loquitur: 3,11-26

11 Cum teneret autem Petrum et Ioannem, concurrit
5,12 J 10,23 omnis populus ad eos ad porticum, qui appellatur Salomo-
nis, stupentes. **12** Videns autem Petrus respondit ad popu-
lum: «Viri Israelitae, quid miramini in hoc aut nos quid
intuemini, quasi nostra virtute aut pietate fecerimus hunc
Ex 3,6.15 ambulare? **13** *Deus Abraham et Deus Isaac et Deus Iacob,*
Is 52,13 *Deus patrum nostrorum* glorificavit puerum suum Iesum,
L 23,22s quem vos quidem tradidistis et negastis ante faciem Pilati,

¶ 3.3 incipientes *om.* Wi ● 4 in^{1} *om.* Wi ● 7 ei manu] manu eius V; eius manu W | consolidatae sunt bases] corroboratae sunt plantae Wi | tali] plantae W S V(– Wi) ● 8 Deum] Dominum S ● 10 cognoscebant] agnoscentibus Wi | quoniam] quod V (–E) ● 11 tenerent G Co; viderent E St Si | Ioannem] *add.* Claudus qui sanatus fuerat Wi | cucurrit V | qui] quae W V ● 12 aut nos quid intuemini *om.* Wi | pietate] potestate Co Wi St Si C ● 13 puerum] filium W S V | ante faciem Pilati] coram Pilato Wi

iudicante illo dimitti; **14** vos autem Sanctum et Iustum L 23,19-25
negastis et petistis virum homicidam donari vobis, **15** du-
cem vero vitae interfecistis, quem Deus suscitavit a mor- 4,10; 5,31 H 2,10
tuis, cuius nos testes sumus. **16** Et in fide nominis eius hunc,
quem videtis et nostis, confirmavit nomen eius, et fides,
quae per eum est, dedit huic integritatem istam in conspectu
omnium vestrum.

17 Et nunc, fratres, scio quia per ignorantiam fecistis, 13,27 L 23,34 J 16,3
sicut et principes vestri; **18** Deus autem, quae praenuntiavit 1 T 1,13
per os omnium prophetarum pati Christum suum, implevit L 18,31
sic. **19** Paenitemini igitur et convertimini, ut deleantur 2,38 L 3,3
vestra peccata, **20** ut veniant tempora refrigerii a conspectu Mt 19,28
Domini, et mittat eum, qui praedestinatus est vobis Chris-
tus, Iesum, **21** quem oportet caelum quidem suscipere
usque in tempora restitutionis omnium, quae locutus est L 21,27s
Deus per os sanctorum a saeculo suorum prophetarum.
22 Moyses quidem dixit: "*Prophetam vobis suscitabit Do-* Dt 18,15.18 7,37
minus Deus vester de fratribus vestris tamquam me; ipsum J 1,21; 6,14
audietis iuxta omnia, quaecumque locutus fuerit vobis. **23** *Erit*
autem: omnis anima, quae non audierit prophetam illum, Lv 23,29 Dt 18,19
exterminabitur de plebe". **24** Et omnes prophetae a Samuel
et deinceps quotquot locuti sunt, etiam annuntiaverunt dies
istos.

25 Vos estis filii prophetarum et testamenti, quod dispo-
suit Deus ad patres vestros dicens ad Abraham: "*Et in*

13 iudicante illo dimitti] cum iudicaret eum dimittendum esse Wi ● 15 ducem] auctorem W S V ● 16 in fide] per fidem Wi | videtis] vos vidistis E St Si C; vos videtis G Co Wi L P | huic *om.* W S V (– Co: illi) | integritatem] integram sanitatem W S V ● 17 quia] quod Wi ● 18 quae] qui V (– Co; – Wi: *om.*) | omnium] *add.* suorum E Wi | pati] passurum esse Wi | suum *om.* Wi | ~ sic implevit V ● 19 paenitemini] paeniteat vos Wi | igitur] enim E | ~ peccata vestra V ● 20 ut veniant] ut (– Wi) cum venerint W S V | miserit W S V | praedestinatus] praedicatus W S V | Christus Iesum] Iesum Christum W S V ● 21 oportebat Wi | ~ quidem caelum V (– Wi) | caelum ... omnium] caelo suscipi donec restituantur omnia Wi | recipere G St | ~ suorum a saeculo W S V ● 22 quidem] ad patres Wi | dixit] *add.* quoniam W V (– Wi: *add.* quod); *add.* quia S | ~ suscitabit vobis V | tamquam ... audietis] hunc tamquam me audite Wi ● 23 erit] erat G | quaecumque W | plebe] populo Wi ● 24 quotquot] qui W S V | etiam] *om.* V; et W S ● 25 vestros] nostros V (– Co E Wi)

Gn 12,3; 18,18; 22,18; 28,4 G 3,8 *semine tuo benedicentur omnes familiae terrae*". **26** Vobis
primum Deus suscitans Puerum suum, misit eum benedi-
centem vobis in avertendo unumquemque a nequitiis
vestris».

Petrus et Ioannes coram synedrio: 4,1-22

4 Loquentibus autem illis ad populum, supervenerunt eis
sacerdotes et magistratus templi et sadducaei, **2** dolentes
23,8 quod docerent populum et annuntiarent in Iesu resurrectio-
nem ex mortuis, **3** et iniecerunt in eos manus et posuerunt in
custodiam in crastinum; erat enim iam vespera. **4** Multi
autem eorum, qui audierant verbum, crediderunt; et factus
est numerus virorum quinque milia.

5 Factum est autem in crastinum, ut congregarentur
principes eorum et seniores et scribae in Ierusalem, **6** et
L 3,2 Annas princeps sacerdotum et Caiphas et Ioannes et Alex-
ander et quotquot erant de genere sacerdotali, **7** et statuen-
L 20,2 tes eos in medio interrogabant: «In qua virtute aut in quo
nomine fecistis hoc vos?». **8** Tunc Petrus repletus Spiritu
Sancto dixit ad eos: «Principes populi et seniores, **9** si nos
hodie diiudicamur in benefacto hominis infirmi, in quo iste
salvus factus est, **10** notum sit omnibus vobis et omni plebi
Israel quia in nomine Iesu Christi Nazareni, quem vos
crucifixistis, quem Deus suscitavit a mortuis, in hoc iste
astat coram vobis sanus. **11** Hic est

Ps 118,22 L 20,17 E 2,20 1 P 2,4-6 *lapis, qui reprobatus est a* vobis *aedificatoribus,*
qui factus est in caput anguli.

Mt 1,21 1 K 3,11 **12** Et non est in alio aliquo salus, nec enim nomen aliud

26 Puerum] Filium W S V | suum] *add.* Iesum Wi | dicentem Wi | in avertendo unumquemque a nequitiis vestris] ut convertat se unusquisque a nequitia sua W S V ¶ **4.1** eis *om.* W S V ● **2** dolentes] moleste ferentes Wi | docebant Wi | annuntiarent in] annuntiabant Wi | in Iesum V (– E Wi) ● **3** in eis W S | posuerunt] *add.* eos W S V (– Wi) | in custodia G | enim] autem G Co E Wi St ● **4** virorum] eorum G St; *add.* quasi G Co; *add.* circiter Wi ● **5** in crastinum] postridie Wi ● **7** in³ *om.* Wi ● **8** ~ repletus Spiritu Sancto Petrus V (– Wi) | seniores] *add.* audite St Si C; *add.* Israel Wi; *add.* Israel audite Co E ● **9** si nos] si quidem nobiscum Wi | iudicamur W G; expostulatur Wi | in benefacto ... factus est] de beneficio in hominem infirmum collato, quo is curatus est Wi ● **10** omni plebi] universo populo Wi | quia] quod Wi | nomine] *add.* Domini nostri V (– Wi L P) | in hoc] per quem Wi ● **11** aedificantibus W S V ● **12** in alio aliquo] in aliquo alio E; per aliquem alium Wi | ~ aliud nomen V

est sub caelo datum in hominibus, in quo oportet nos salvos
fieri».

13 Videntes autem Petri fiduciam et Ioannis, et comperto
quod homines essent sine litteris et idiotae, admirabantur
et cognoscebant eos quoniam cum Iesu fuerant; **14** homi-
nem quoque videntes stantem cum eis, qui curatus fuerat,
nihil poterant contradicere. **15** Iubentes autem eos foras
extra concilium secedere, conferebant ad invicem **16** dicen-
tes: «Quid faciemus hominibus istis? Quoniam quidem no-
tum signum factum est per eos omnibus habitantibus in
Ierusalem manifestum, et non possumus negare; **17** sed ne
amplius divulgetur in populum, comminemur eis, ne ultra 5,28
loquantur in nomine hoc ulli hominum». **18** Et vocantes
eos denuntiaverunt, ne omnino loquerentur neque docerent
in nomine Iesu. **19** Petrus vero et Ioannes respondentes 5,29-32
dixerunt ad eos: «Si iustum est in conspectu Dei vos potius
audire quam Deum, iudicate; **20** non enim possumus nos,
quae vidimus et audivimus, non loqui». **21** At illi ultra
comminantes dimiserunt eos, nequaquam invenientes, quo-
modo punirent eos, propter populum, quia omnes glorifica-
bant Deum in eo, quod acciderat; **22** annorum enim erat
amplius quadraginta homo, in quo factum erat signum
istud sanitatis.

Fideles orant, ut Deus det fiduciam: 4,23-31

23 Dimissi autem venerunt ad suos et annuntiaverunt
quanta ad eos principes sacerdotum et seniores dixissent.
24 Qui cum audissent, unanimiter levaverunt vocem ad
Deum et dixerunt: «Domine, tu, qui *fecisti caelum et terram* Ps 146,6 Ex 20,11
et mare et omnia, quae in eis sunt, **25** qui Spiritu Sancto per

12 datum hominibus W S V | in quo] per quod Wi | oporteat W V • 13 fiduciam] constantiam W S V (– Wi: confidentiam) | et[2] *om.* W S V | quoniam] quod Wi • 14 quoque] autem Wi • 15 iubentes] iusserunt W S V | et conferebant W S V | ad invicem] inter se Wi • 16 notum] conspicuum Wi | in *om.* W V | manifestum] *add.* est W V • 18 eos denuntiaverunt] illos praeceperunt Wi • 19 in conspectu Dei] coram Deo Wi • 20 nos *om.* W S V • 21 ultra *om.* W S V | nequaquam] non W S V | glorificabant] clarificabant W S V (– Wi) | Deum] id quod factum fuerat (erat G) V (– Wi) | acciderat] factum erat W • 22 erat[2]] fuerat V • 23 annuntiaverunt] *add.* eis W S V | quanta] quae Wi • 24 qui cum audissent] illi vero Wi | tu] *add.* es St Si C; *add.* Deus Co | et[3] *om.* V (– Wi) • 25 Spiritu Sancto *om.* Wi

os patris nostri David pueri tui dixisti:
Ps 2,1s *"Quare fremuerunt gentes,*
et populi meditati sunt inania?
26 *Astiterunt reges terrae,*
et principes convenerunt in unum
adversus Dominum et adversus Christum eius".

27 Convenerunt enim vere in civitate ista adversus sanc-
L 23,12s tum puerum tuum Iesum, quem unxisti, Herodes et Pontius
Pilatus cum gentibus et populis Israel **28** facere, quaecum-
que manus tua et consilium praedestinavit fieri. **29** Et nunc,
Domine, respice in minas eorum et da servis tuis cum omni
fiducia loqui verbum tuum, **30** in eo quod manum tuam
extendas ad sanitatem et signa et prodigia facienda per
nomen sancti pueri tui Iesu».
31 Et cum orassent, motus est locus, in quo erant congre-
2,44s gati, et repleti sunt omnes Sancto Spiritu et loquebantur
verbum Dei cum fiducia.

Primis fidelibus omnia communia: 4,32-37

32 Multitudinis autem credentium erat cor et anima una,
nec quisquam eorum, quae possidebant, aliquid suum esse
dicebat, sed erant illis omnia communia. **33** Et virtute mag-
2,22-24 na reddebant apostoli testimonium resurrectionis Domini
Iesu, et gratia magna erat super omnibus illis. **34** Neque
L 12,33 enim quisquam egens erat inter illos; quotquot enim pos-
2,44s sessores agrorum aut domorum erant, vendentes afferebant
pretia eorum, quae vendebant, **35** et ponebant ante pedes

25 patris nostri *om.* Wi • 28 quaecumque] quae W S V | consilium] *add.* tuum W V | praedestinavit] decreverunt W S V • 30 in eo ... extendas] manum tuam extendens Wi | quod] cum W S | ad sanitatem] ad sanitates V (– Wi: ut sanitates); sanitates W S | facienda] fieri W S V (– Wi: fiant) | pueri] filii W S V • 31 ~ Spiritu Sancto W S V • 32 cor] *add.* unum V | possidebat W V (– E) • 33 resurrectionis] de resurrectione Wi | Domini Iesu] Iesu Christi Domini nostri (– W S) W S V (– Wi) | super] in W S V | omnibus illis] eis omnibus Wi • 34 possessores ... erant] possidebant agros aut domos Wi

apostolorum; dividebatur autem singulis, prout cuique
opus erat. **36** Ioseph autem, qui cognominatus est Barnabas 9,27; 11,22.30; 12,25; 13–15
ab apostolis – quod est interpretatum filius Consolationis – 1 K 9,6 G 2,1.9.13
Levites, Cyprius genere, **37** cum haberet agrum, vendidit et Kol 4,10
attulit pecuniam et posuit ante pedes apostolorum.

De fraudatione Ananiae et Sapphirae: 5,1-11

5 Vir autem quidam nomine Ananias cum Sapphira uxore
sua vendidit agrum **2** et subtraxit de pretio, conscia
quoque uxore, et afferens partem quandam ad pedes apo-
stolorum posuit. **3** Dixit autem Petrus: «Anania, cur im-
plevit Satanas cor tuum mentiri te Spiritui Sancto et sub- L 22,3 J 13,2
trahere de pretio agri? **4** Nonne manens tibi manebat et
venumdatum in tua erat potestate? Quare posuisti in corde
tuo hanc rem? Non es mentitus hominibus sed Deo!».
5 Audiens autem Ananias haec verba cecidit et exspiravit;
et factus est timor magnus in omnes audientes. **6** Surgentes
autem iuvenes involverunt eum et efferentes sepelierunt.

7 Factum est autem quasi horarum trium spatium, et
uxor ipsius nesciens, quod factum fuerat, introivit. **8** Re-
spondit autem ei Petrus: «Dic mihi, si tanti agrum vendi-
distis?». At illa dixit: «Etiam, tanti». **9** Petrus autem ad
eam: «Quid est quod convenit vobis tentare Spiritum Do-
mini? Ecce pedes eorum, qui sepelierunt virum tuum, ad
ostium et efferent te». **10** Confestim cecidit ante pedes eius
et exspiravit; intrantes autem iuvenes invenerunt illam mor-
tuam et efferentes sepelierunt ad virum suum. **11** Et factus

35 dividebantur W S • 36 Ioses Wi • 37 vendidit] *add.* eum V; *add.* illum W S | pecuniam] pretium W S V

¶ 5.2 subtraxit] fraudavit W S V | pretio] *add.* agri W S V | quoque *om.* W S V | uxore] *add.* sua W S V • 3 Petrus] *add.* ad Ananiam G Co E St Si | implevit] tentavit W S V | subtrahere] fraudare W S V • 5 in] super V | audientes] qui audierunt V; qui audierant W S • 6 involverunt] amoverunt W S V • 8 respondit] dixit V (– L P) | mihi] *add.* mulier V (– G) | si tanti] tanti ne Wi • 9 autem] *add.* ait Wi | est quod] utique W S V (– Wi) | quid … vobis] cur conspirastis inter vos Wi • 10 et efferentes … suum *om.* Wi | efferentes] extulerunt et W S V (– Wi) • 11 factus est] fuit Wi

est timor magnus super universam ecclesiam et in omnes,
qui audierunt haec.

Signa et prodigia per apostolos facta: 5,12-16

2,43 R 15,19 2K 12,12 **12** Per manus autem apostolorum fiebant signa et pro-
3,11 digia multa in plebe; et erant unanimiter omnes in porticu
Salomonis. **13** Ceterorum autem nemo audebat coniungere
se illis, sed magnificabat eos populus; **14** magis autem ad-
debantur credentes Domino multitudines virorum ac mu-
19,11 Mc 6,56 lierum, **15** ita ut et in plateas efferrent infirmos et ponerent
in lectulis et grabatis, ut, veniente Petro, saltem umbra
L 4,40s illius obumbraret quemquam eorum. **16** Concurrebat autem
et multitudo vicinarum civitatum Ierusalem, afferentes
aegros et vexatos ab spiritibus immundis, qui curabantur
omnes.

Apostoli ab angelo vinculis liberantur: 5,17-21a

4,1-3 **17** Exsurgens autem princeps sacerdotum et omnes, qui
cum illo erant, quae est haeresis sadducaeorum, repleti sunt
zelo **18** et iniecerunt manus in apostolos et posuerunt illos
12,7-10 in custodia publica. **19** Angelus autem Domini per noctem
aperuit ianuas carceris et educens eos dixit: **20** «Ite et
stantes loquimini in templo plebi omnia verba vitae huius».
13,26 **21** Qui cum audissent, intraverunt diluculo in templum et
docebant.

De apostolorum constantia coram concilio: 5,21b-42

Adveniens autem princeps sacerdotum et, qui cum eo
erant, convocaverunt concilium et omnes seniores filiorum
Israel et miserunt in carcerem, ut adducerentur illi. **22** Cum
venissent autem ministri, non invenerunt illos in carcere;
reversi autem nuntiaverunt **23** dicentes: «Carcerem inveni-

11 in universa ecclesia W S V | omnes] omnibus Wi ● **13** ~ se coniungere (iungere Co) V (- G) ● **14** addebantur] augebatur W S V | credentes] credentium in W S V | multitudo W S V ● **15** et¹ *om.* W S V | efferrent] eicerent W S V (- Wi) | et³] ac V | quemquam] aliquem Wi | eorum] illorum et liberarentur omnes (- Si C) ab infirmitatibus suis V (- Wi: illorum) ● **16** concurrebat] conveniebat Wi | ab] a V ● **17** illo] eo Wi ● **18** illos] eos V | custodiam publicam Wi ● **19** aperiens W S V ● **20** in templo plebi] populo in templo Wi ● **21** ad carcerem W V | illi *om.* W S V ● **22** ~ autem venissent V | non invenerunt illos in carcere] et aperto carcere non invenissent illos W S V | autem² *om.* W S V ● **23** carcerem] *add.* quidem W S V

mus clausum cum omni diligentia et custodes stantes ad
ianuas, aperientes autem intus neminem invenimus!». **24** Ut
audierunt autem hos sermones, magistratus templi et prin-
cipes sacerdotum ambigebant de illis quidnam fieret illud.
25 Adveniens autem quidam nuntiavit eis: «Ecce viri, quos
posuistis in carcere, sunt in templo stantes et docentes po-
pulum».

26 Tunc abiens magistratus cum ministris adducebat
illos, non per vim, timebant enim populum, ne lapidarentur. L 20,19
27 Et cum adduxissent illos, statuerunt in concilio. Et inter-
rogavit eos princeps sacerdotum **28** dicens: «Nonne prae-
cipiendo praecepimus vobis, ne doceretis in nomine isto?
Et ecce replevistis Ierusalem doctrina vestra et vultis in-
ducere super nos sanguinem hominis istius». **29** Respondens Mt 27,25
autem Petrus et apostoli dixerunt: «Oboedire oportet Deo 4,19
magis quam hominibus. **30** Deus patrum nostrorum susci-
tavit Iesum, quem vos interemistis suspendentes in ligno; Dt 21,22 ⊕ 2,23 s
31 hunc Deus Ducem et Salvatorem exaltavit dextera
sua ad dandam paenitentiam Israel et remissionem peccato- 2,38
rum. **32** Et nos sumus testes horum verborum, et Spiritus L 24,48 J 15,16s
Sanctus, quem dedit Deus oboedientibus sibi». **33** Haec
cum audissent, dissecabantur et volebant interficere illos.

34 Surgens autem quidam in concilio pharisaeus nomine
Gamaliel, legis doctor honorabilis universae plebi, iussit 22,3
foras ad breve homines fieri **35** dixitque ad illos: «Viri

23 stantes ad ianuas] extra stantes ante foras Wi | ad] ante V | ~ neminem intus W S V ● 24 ~ autem audierunt W V | illud *om.* W S V ● 25 eis] *add.* quia W S V (– Wi: *add.* quod) | in carcerem V ● 26 abiens] abiit W S V | adducebat] et adduxit (eduxit Wi) W S V | non per vim] sine vi W S V ● 27 eduxissent Wi ● 28 nonne *om.* W S V (– Wi: *add.* etiam atque etiam) | praecipiendo *om.* Wi | ecce *om.* Wi | replestis W S V ● 31 Deus Ducem et Salvatorem] Principem et Salvatorem Deus V (– G: Principem Deus et Salvatorem) | Israeli St L P Si C ● 32 Deus] *add.* omnibus W S V ● 33 haec] *add.* autem E | volebant] cogitabant W S V | ~ illos interficere Wi ● 34 universae plebi] universo populo Wi | foras … fieri] ut apostoli paulisper secederent Wi

Israelitae, attendite vobis super hominibus istis quid acturi
sitis. 36 Ante hos enim dies exstitit Theudas dicens esse se
aliquem, cui consensit virorum numerus circiter quadrin-
gentorum; qui occisus est, et omnes, quicumque credebant
ei, dissipati sunt et redacti sunt ad nihilum. 37 Post hunc
L 2,2 exstitit Iudas Galilaeus in diebus census et avertit populum
post se; et ipse periit, et omnes, quotquot consentiebant ei,
dispersi sunt. 38 Et nunc dico vobis: Discedite ab hominibus
istis et sinite illos. Quoniam si est ex hominibus consilium
hoc aut opus hoc, dissolvetur; 39 si vero ex Deo est, non
poteritis dissolvere eos, ne forte et adversus Deum pugnan-
tes inveniamini!».
22,19 Consenserunt autem illi 40 et convocantes apostolos,
4,17 caesis denuntiaverunt, ne loquerentur in nomine Iesu, et
dimiserunt eos. 41 Et illi quidem ibant gaudentes a con-
L 6,22s 1P 4,13 spectu concilii, quoniam digni habiti sunt pro nomine con-
20s.25; 2,46 tumeliam pati; 42 et omni die in templo et circa domos non
8,35; 19,4s cessabant docentes et evangelizantes Christum, Iesum.

De electione septem diaconorum: 6,1-7

6 In diebus autem illis, crescente numero discipulorum,
factus est murmur Graecorum adversus Hebraeos,
4,34s eo quod neglegerentur in ministerio cotidiano viduae
eorum. 2 Convocantes autem Duodecim multitudinem
discipulorum, dixerunt: «Non est aequum nos derelinquen-

36 ~ se esse W V | consensit] adhaesit Wi | ~ numerus virorum V | quicumque] qui V (– E Wi) | redacti sunt] redacti V; redactus est W S • 37 in diebus census] eo tempore cum census ageretur Wi | census] professionis W S V (– Wi) | et ipse ... sunt] et omnes quotquot consenserunt ei dispersi sunt, et ipse periit G | consenserunt W S V (– Wi: obsecuti fuerant) • 38 et[1] *om.* Wi | nunc] *add.* itaque W S V | hoc[1] *om.* Wi | hoc[2] *om.* W S V (– Wi) • 39 eos] illud Wi Si C; *om.* G Co E St | adversus Deum pugnantes] Deo repugnare W S V | inveniamini] videamini G Co E Wi St | consenserunt] adsensi sunt Wi • 40 denuntiaverunt] praeceperunt Wi | ne] *add.* omnino V (– Wi L P) • 41 quoniam] quod Wi | sunt] essent Wi | nomine] *add.* Iesu W S V • 42 et omni die] omni autem die W S V (– Wi: cotidie autem) | ~ non cessabant in templo et circa domos V | docere et evangelizare Wi | ~ Iesum Christum E Wi
¶ 6.1 factum V | neglegerentur] dispicerentur W S V • 2 derelinquere W S V (– Wi: relinquere)

tes verbum Dei ministrare mensis; **3** considerate vero, fra-
tres, viros ex vobis boni testimonii septem plenos Spiritu et 1 T 3,7s
sapientia, quos constituemus super hoc opus; **4** nos vero
orationi et ministerio verbi instantes erimus». **5** Et placuit
sermo coram omni multitudine, et elegerunt Stephanum,
virum plenum fide et Spiritu Sancto, et Philippum et Pro-
chorum et Nicanorem et Timonem et Parmenam et Nico-
laum proselytum Antiochenum, **6** quos statuerunt ante
conspectum apostolorum, et orantes imposuerunt eis ma- 13,3; 14,23 1 T 4,14
nus. 2 T 1,6

7 Et verbum Dei crescebat, et multiplicabatur numerus 19,20 | 4,4
discipulorum in Ierusalem valde; multa etiam turba sacer-
dotum oboediebat fidei.

Stephanus comprehenditur: 6,8-15

8 Stephanus autem plenus gratia et virtute faciebat pro-
digia et signa magna in populo. **9** Surrexerunt autem qui-
dam de synagoga, quae appellatur Libertinorum et Cyre-
nensium et Alexandrinorum et eorum, qui erant a Cilicia et
Asia, disputantes cum Stephano, **10** et non poterant resis-
tere sapientiae et Spiritui, quo loquebatur. **11** Tunc sub- L 21,15
miserunt viros, qui dicerent: «Audivimus eum dicentem
verba blasphema in Moysen et Deum»; **12** et commoverunt
plebem et seniores et scribas, et concurrentes rapuerunt
eum et adduxerunt in concilium **13** et statuerunt testes falsos Mt 26,59
dicentes: «Homo iste non cessat loqui verba adversus locum Mc 14,55

2 Dei] *add.* et W S V ● 3 considerate] curate Wi | vero] ergo W S V | Spiritu] *add.* Sancto V (– G) | constituamus W S V | hoc opus] hanc necessitatem Wi ● 5 et placuit ... multitudine *om.* Wi | proselytum] advenam W S V (– Wi) ● 6 quos] hos W S V ● 7 Dei] Domini V (– Co L P) ● 8 gratia] fide Wi | virtute] fortitudine W S V (– Wi: potentia) ● 9 appellabatur G E Wi St ● 10 quo] qui W V | loquebatur] *add.* propter quod redarguerentur ab eo cum omni fiducia G ● 11 audivimus] se audivisse (audisse W S G) W S V | blasphemiae W S V | et in Deum Si C ● 12 et commoverunt] commoverunt itaque W S V | plebem] populum Wi | concurrentes] invadentes Wi ● 13 statuerunt] produxerunt Wi | ~ falsos testes V | dicentes] qui dicerent V | verba] *add.* blasphema Wi

sanctum et legem; **14** audivimus enim eum dicentem quo-
Mt 26,61; 27,40 Mc 14,58; 15,29 niam Iesus Nazarenus hic destruet locum istum et mutabit
J 2,19 consuetudines, quas tradidit nobis Moyses».

15 Et intuentes eum omnes, qui sedebant in concilio,
viderunt faciem eius tamquam faciem angeli.

Sermo Stephani: 7,1-53

7 Dixit autem princeps sacerdotum: «Si haec ita se ha-
bent?». **2** Qui ait: «Viri fratres et patres, audite. Deus
Gn 11,31; 15,7 gloriae apparuit patri nostro Abraham, cum esset in Meso-
potamia, priusquam moraretur in Charran, **3** *et dixit ad*
Gn 12,1 *illum: "Exi de terra tua et de cognatione tua, et veni in terram,*
quam tibi monstravero". **4** Tunc egressus de terra Chaldaeo-
rum habitavit in Charran. Et inde postquam mortuus est
pater eius, transtulit illum in terram istam, in qua nunc vos
Dt 2,5 habitatis, **5** et non dedit illi hereditatem in ea nec passum
Gn 12,7; 13,15; 17,8 pedis et repromisit *dare illi eam in possessionem et semini eius*
post ipsum, cum non haberet filium. **6** Locutus est autem sic
Gn 15,13s Deus: "*Erit semen eius accola in terra aliena, et servituti eos*
subicient et male tractabunt annis quadringentis; **7** *et gentem,*
cui servierint, iudicabo ego, dixit Deus, *et post haec exibunt et*
Ex 3,12 | Gn 21,4; 17,10 *deservient mihi in* loco *isto*". **8** Et dedit illi testamentum cir-
cumcisionis; et sic genuit Isaac et circumcidit eum die octa-
va, et Isaac Iacob, et Iacob duodecim patriarchas. **9** Et
Gn 37,11.28 patriarchae aemulantes Ioseph vendiderunt in Aegyptum;

14 quoniam] quod Wi | consuetudines] traditiones W S V • **15** et] ac Wi
¶ **7.1** si] an Wi | haberent V (- L P C) • **2** Abrahae V | in Mesopotamiam S • **3** tua[2] *om.* Wi | ~ monstravero tibi V • **4** egressus] exiit W S V | et habitavit W S V | ~ pater eius mortuus est Wi | vos *om.* Wi • **5** et[2]] sed V (- L P) | repromisit ... possessionem] promisit se daturum eam possidendam ipsi Wi | non[2]] nondum Wi • **6** sic] ei V (- G); *om.* W S G | Deus] *add.* quia W S V (- Wi: *add.* quod) | eius] tuum E Wi Si | accola] inquilinum Wi | servitute Wi | tractabunt] *add.* eos W S V | quadringentis] *add.* triginta E • **7** servierint] serviverunt Wi | dicit G Co E Wi St | Deus] Dominus V (- Wi L P) | deservient] servient W V (- G) • **8** octavo V (- Wi) | et Isaac] deinde Isaac Wi

et erat Deus cum eo, **10** et eripuit eum ex omnibus tribula- Gn 39,2
tionibus eius, et *dedit ei gratiam* et sapientiam *in conspectu* Gn 39,21; 41,37-44
pharaonis regis Aegypti, et constituit eum praepositum super Ps 105,21
Aegyptum et super omnem domum suam. **11** *Venit autem fa-* Gn 41,54 Sap 10,14
mes in universam Aegyptum et *Chanaan* et tribulatio magna,
et non inveniebant cibos patres nostri. **12** Cum audisset
autem Iacob esse frumentum in Aegypto, misit patres nos- Gn 42,2.5
tros primum; **13** et in secundo cognitus est Ioseph a fratri- Gn 45,3.16
bus suis, et manifestatum est pharaoni genus Ioseph.
14 Mittens autem Ioseph accersivit Iacob patrem suum et Gn 45,9-11; 46,27 Ex 1,5 Dt 10,22
omnem cognationem in animabus septuaginta quinque,
15 et descendit Iacob in Aegyptum. Et defunctus est ipse et Gn 46,1; 49, 33
patres nostri, **16** et translati sunt in Sichem et positi sunt in
sepulcro, quod emit Abraham pretio argenti a filiis Hem- Gn 23,16s; 33,19 50,13
mor in Sichem.

17 Cum appropinquaret autem tempus repromissionis,
quam confessus erat Deus Abrahae, crevit populus et multi- Ex 1,7-9.22
plicatus est in Aegypto, **18** quoadusque *surrexit rex alius*
super Aegypto, qui non sciebat Ioseph. **19** Hic circumveniens
genus nostrum, afflixit patres, ut exponerent infantes suos,
ne vivi servarentur. **20** Eodem tempore natus est Moyses et Ex 2,2 H 11,23
erat formosus coram Deo; qui nutritus est tribus mensibus
in domo patris. **21** Exposito autem illo, sustulit eum filia Ex 2,3.5.10

10 Aegypti] -orum G Co St ● 13 et in secundo cognitus est] et cum iterum misisset eos agnitus est Wi | Ioseph²] eius W S V (– Wi) ● 14 cognationem] *add.* suam V (– L P) | in animabus] animas Wi ● 16 in Sichem²] filii Sichem W S V ● 17 ~ autem appropinquaret V | promissionis V | quam confessus erat] de qua iuraverat Wi | professus Co ● 18 quoadusque] donec Wi | ~ alius rex V | super Aegypto] in Aegypto W S V (– Wi: *om.*) | sciebat] norat Wi ● 19 circumveniens] varias fraudes machinatus contra Wi | patres] *add.* nostros V | vivi servarentur] vivificarentur W S V ● 20 erat formosus coram] fuit gratus W S V (– Wi: placebat) | patris] *add.* sui W S V

pharaonis et enutrivit eum sibi in filium; **22** et eruditus est
Moyses in omni sapientia Aegyptiorum et erat potens in
verbis et in operibus suis. **23** Cum autem impleretur ei
Ex 2,11 quadraginta annorum tempus, ascendit in cor eius, ut visi-
taret fratres suos filios Israel. **24** Et cum vidisset quendam
iniuriam patientem, vindicavit et fecit ultionem ei, qui op-
primebatur, percusso Aegyptio. **25** Existimabat autem in-
tellegere fratres quoniam Deus per manum ipsius daret sa-
Ex 2,13 lutem illis, at illi non intellexerunt. **26** Atque sequenti die
apparuit illis litigantibus et reconciliabat eos in pacem di-
cens: "Viri, fratres estis; ut quid nocetis alterutrum?".
27 Qui autem iniuriam faciebat proximo, reppulit eum di-
Ex 2,14 ⊕ cens: "*Quis te constituit principem et iudicem super nos?*
28 *Numquid interficere me tu vis, quemadmodum interfecisti*
Ex 2,15.22 *heri Aegyptium?*". **29** Fugit autem Moyses propter verbum
istud et factus est advena in terra Madian, ubi generavit
filios duos.

Ex 3,2s **30** Et expletis annis quadraginta, *apparuit illi in deserto*
montis Sinai *angelus in ignis flamma rubi.* **31** Moyses autem
videns admirabatur visum; accedente autem illo, ut consi-
Ex 3,6 deraret, facta est vox Domini: **32** "*Ego Deus patrum tuorum,*
Deus Abraham et Isaac et Iacob". Tremefactus autem Moy-
Ex 3,5 ses non audebat considerare. **33** *Dixit autem illi Dominus:*
"*Solve calceamentum pedum tuorum; locus enim, in quo stas,*
Ex 3,7s *terra sancta est.* **34** *Videns vidi afflictionem populi mei, qui est*
in Aegypto, et gemitum eorum audivi et descendi liberare eos;
Ex 3,10 *et nunc veni, mittam te in Aegyptum*".

21 nutrivit V | sibi in filium] vice filii Wi • **22** in[1] *om.* W S V | in verbis et in operibus suis] in operibus et in verbis Wi • **23** impleretur ei] completum esset Wi • **24** vindicavit] *add.* illum W S V | opprimebatur] iniuriam sustinebat W S V • **25** fratres] *add.* suos Wi | quoniam] quod Wi • **26** atque sequenti] sequenti vero W S V | in pace V | vos fratres Wi | ut ... alterutrum] cur laeditis invicem Wi • **29** propter verbum istud] in verbo isto W S V (– Wi) | generavit] genuit Wi • **30** completis Wi | quadringentis Co | Sina W S V | angelus] *add.* Domini Wi | in igne flammae W S V • **31** admiratus est W S V | visum] visionem Wi | accedente autem] et accedente W S V | illo] eo Wi | est] *add.* ad eum V | Domini] *add.* dicens V (– L P) • **32** ego] *add.* sum V | et Isaac et Iacob] et (– V) Deus Isaac et Deus Iacob W S V • **33** Dominus] Deus G St • **34** et mittam W S V (– G)

35 Hunc Moysen, quem negaverunt dicentes: "*Quis te* Ex 2,14 ⊕
constituit principem et iudicem?", hunc Deus et principem et
redemptorem misit cum manu angeli, qui apparuit illi in
rubo. 36 Hic eduxit illos faciens prodigia et signa in terra Ex 7,3.10; 14,21
Aegypti et in Rubro mari et in deserto annis quadraginta. Nu 14,33
37 Hic est Moyses, qui dixit filiis Israel: "*Prophetam vobis* Dt 18,15 3,22
suscitabit Deus de fratribus vestris tamquam me". 38 Hic est J 1,21; 6,14
qui fuit in ecclesia in solitudine cum angelo, qui loquebatur Ex 19,3 G 3,19
ei in monte Sinai et cum patribus nostris, qui accepit verba Ex 31,18 Dt 8,1
viva dare nobis, 39 cui noluerunt oboedire patres nostri, sed 2K 3,3
reppulerunt et aversi sunt in cordibus suis in Aegyptum
40 dicentes ad Aaron: "*Fac nobis deos, qui praecedant nos;* Ex 32,1
Moyses enim hic, qui eduxit nos de terra Aegypti, nescimus
quid factum sit ei". 41 Et vitulum fecerunt in illis diebus et Ex 32,4.6
obtulerunt hostiam simulacro et laetabantur in operibus
manuum suarum. 42 Convertit autem Deus et tradidit eos
servire militiae caeli, sicut scriptum est in libro Propheta-
rum:

"*Numquid victimas et hostias obtulistis mihi* Am 5,25-27 ⊕
annis quadraginta in deserto, domus Israel?

43 *Et suscepistis tabernaculum Moloch*
et sidus dei vestri Rhaephan,
figuras, quas fecistis ad adorandum eas.
Et transferam vos trans Babylonem".

35 iudicem] ducem L P | Deus *om.* Wi | et[2] *om.* W S V | misit] *add.* Deus Wi ● 36 terra Aegypti] Aegypto Wi ● 37 ~ suscitabit vobis V | Dominus Deus Wi | me] *add.* ipsum audietis W V ● 38 solitudine] deserto Wi | Sina W S V | verba viva] verba vitae W S V (- Wi: verbum vivum) | dare] ut daret Wi ● 39 nostri] vestri E | in[1] *om.* W S V ● 40 Moyses enim hic] Moysi enim huic G Co E St Si | Moyses ... ei] nescimus enim quid acciderit Moysi illi qui nos eduxit de terra Aegypti Wi ● 41 ~ in diebus illis V ● 42 convertit] aversus est Wi | et[2]] aut W S V (- L P C) ● 43 et[1] *om.* Wi | Rempham(n) W S V (- Co) | fecisti G | ad adorandum] adorare W S V (- Wi: ut adoretis) | trans] in Si

Ex 25,40 44 Tabernaculum testimonii erat patribus nostris in de-
serto, sicut disposuit, qui loquebatur ad Moysen, ut faceret
illud secundum formam, quam viderat; 45 quod et induxe-
Dt 32,49 Jos 3,14; 18,1 runt suscipientes patres nostri cum Iesu in possessionem
gentium, quas expulit Deus a facie patrum nostrorum, usque
in diebus David, 46 qui invenit gratiam ante Deum et petiit,
2 Sm 7,2 Ps 132,5 | 1 Rg 6,1 ut inveniret tabernaculum domui Iacob. 47 Salomon autem
aedificavit illi domum. 48 Sed non Altissimus in manufactis
habitat, sicut propheta dicit:

Is 66,1 s 49 "*Caelum mihi thronus est,*
terra autem scabellum pedum meorum.
Quam domum aedificabitis mihi, dicit Dominus,
aut quis locus requietionis meae?
50 *Nonne manus mea fecit haec omnia?*".

Dt 9,6 51 Duri cervice et incircumcisi cordibus et auribus, vos
semper Spiritui Sancto resistitis, sicut patres vestri et vos.
2 Chr 36,10 Mt 23,34 52 Quem prophetarum non sunt persecuti patres vestri? Et
occiderunt eos, qui praenuntiabant de adventu Iusti, cuius
Ex 20,18.21 Dt 5,2-5 G 3,19 H 2,2 vos nunc proditores et homicidae fuistis, 53 qui accepistis
legem in dispositionibus angelorum et non custodistis».

Lapidatio Stephani: 7,54-60

5,33 54 Audientes autem haec, dissecabantur cordibus suis et
stridebant dentibus in eum. 55 Cum autem esset plenus Spi-
ritu Sancto, intendens in caelum vidit gloriam Dei et Iesum
stantem a dextris Dei 56 et ait: «Ecce video caelos apertos et
L 22,69 Filium hominis a dextris stantem Dei». 57 Exclamantes au-
tem voce magna continuerunt aures suas et impetum fece-
runt unanimiter in eum 58 et eicientes extra civitatem lapi-
dabant. Et testes deposuerunt vestimenta sua secus pedes

44 erat] fuit W S L P; fuit cum V (– L P) | disposuit] *add.* illis (– L P) Deus V | qui loquebatur] loquens W S V • 45 induxerunt *om.* Wi | nostri] *add.* vexerunt Wi | Iesu] Iosue Wi | in diebus] ad dies Wi • 46 ante Deum] coram Deo Wi | domui] Deo W S V • 48 non ... habitat] summus ille non habitat in manufactis templis Wi | altissimus] excelsus W S V (– Wi: summus ille) • 49 thronus] sedes W S V | quam] qualem Wi | requietionis] habitationis Wi | meae] *add.* est W S V • 51 dura S V (– Wi) | incircumcisis E L P Si C | corde Wi | restitistis G Co St | et vos] ita et vos Co E Wi Si C • 53 in dispositione V (– Wi: per dispositionem); in dispositionem W S • 55 intendens] intentis oculis Wi | a dextris] ad dexteram Wi | Dei²] virtutis Dei Co E St • 56 hominis *om.* Wi | ~ stantem a dextris (ad dexteram Wi) V | Dei] virtutis Dei G Co E St Si • 57 continuerunt] obturarunt Wi • 58 eicientes] *add.* eum W S V | secus] ad Wi

adulescentis, qui vocabatur Saulus. **59** Et lapidabant Ste-
phanum invocantem et dicentem: «Domine Iesu, suscipe L 23,46
spiritum meum». **60** Positis autem genibus clamavit voce
magna: «Domine, ne statuas illis hoc peccatum»; et cum L 23,34
hoc dixisset, obdormivit.

Persecutio et dispersio credentium: 8,1-3

8 Saulus autem erat consentiens neci eius. Facta est autem 7,58; 22,20
in illa die persecutio magna in ecclesiam, quae erat 11,19
Hierosolymis; et omnes dispersi sunt per regiones Iudaeae et
Samariae praeter apostolos. **2** Sepelierunt autem Stephanum
viri timorati et fecerunt planctum magnum super illum.
3 Saulus vero devastabat ecclesiam per domos intrans et 9,1; 22,4 1K 15,9
trahens viros ac mulieres tradebat in custodiam. G 1,13

ECCLESIA PER IUDAEAM ET SAMARIAM
EXPANDITUR: 8,4–12,23

Philippus in Samaria evangelizat: 8,4-13

4 Igitur qui dispersi erant, pertransierunt evangelizantes
verbum.
5 Philippus autem descendens in civitatem Samariae 6,5
praedicabat illis Christum. **6** Intendebant autem turbae his,
quae a Philippo dicebantur, unanimiter, audientes et viden-
tes signa, quae faciebat: **7** ex multis enim eorum, qui habe- Mc 16,17
bant spiritus immundos, clamantes voce magna exibant;
multi autem paralytici et claudi curati sunt. **8** Factum est
autem magnum gaudium in illa civitate.
9 Vir autem quidem nomine Simon iampridem erat in
civitate magias faciens et dementans gentem Samariae, di-
cens esse se aliquem magnum, **10** cui attendebant omnes a
minimo usque ad maximum dicentes: «Hic est virtus Dei,
quae vocatur Magna». **11** Attendebant autem eum propter

60 magna] *add.* dicens W V | peccatum] *add.* quia nesciunt quid faciunt E Wi | obdormivit] *add.* in Domino Co E St Si C
¶ 8.1 Paulus G | in illa die] in illo tempore Wi | in ecclesia W S V (– Wi: adversus ecclesiam) | quae erat *om.* Wi ● 2 sepelierunt] curaverunt W S V | timorati] religiosi Wi | illum] eum V ● 3 vero] autem V (– Co) | devastabat] destastabat E | per singulas domos Wi ● 4 pertransibant W S V (– Wi: peragrabant) | verbum] *add.* Dei V (– L P) ● 6 intendebant] animadvertebant Wi | his] haec Wi ● 7 ex multis] multi W S V (– Wi) | ex multis ... immundos] nam immundi spiritus a multis qui habuerant Wi | ~ exibant clamantes magna voce Wi ● 8 autem] ergo W S V | ~ gaudium magnum V ● 9 quidem] quidam W S V | iampridem ... Samariae] qui ante fuerat in civitate magus seducens gentem Samariae W S V (– Wi: qui ante in civitate magicam exercuerat et dementans gentem Samariae) | dicens] dixerat Wi | ~ se esse W V ● 10 attendebant] auscultabant W S V | quae vocatur *om.* Wi ● 11 attendebant ... propter] auscultabant autem ei, eo Wi

quod multo tempore magiis dementasset eos. **12** Cum vero
1,3; 19,8; 28,23.31 credidissent Philippo evangelizanti de regno Dei et nomine
Iesu Christi, baptizabantur viri ac mulieres. **13** Tunc Simon
et ipse credidit et, cum baptizatus esset, adhaerebat Philip-
po; videns etiam signa et virtutes magnas fieri stupens ad-
mirabatur.

Petrus et Ioannes apud Samaritanos: 8,14-25

14 Cum autem audissent apostoli, qui erant Hierosoly-
mis, quia recepit Samaria verbum Dei, miserunt ad illos
Petrum et Ioannem, **15** qui cum descendissent, oraverunt
pro ipsis, ut acciperent Spiritum Sanctum; **16** nondum enim
super quemquam illorum venerat, sed baptizati tantum
2,4; 4,31; 10,44-47; erant in nomine Domini Iesu. **17** Tunc imposuerunt manus
15,8s; 19,2.6 super illos, et accipiebant Spiritum Sanctum.

18 Cum vidisset autem Simon quia per impositionem ma-
nuum apostolorum daretur Spiritus, obtulit eis pecuniam
19 dicens: «Date et mihi hanc potestatem, ut cuicumque im-
posuero manus, accipiat Spiritum Sanctum». **20** Petrus
autem dixit ad eum: «Argentum tuum tecum sit in perditio-
nem, quoniam donum Dei existimasti pecunia possideri!
E 5,5 **21** Non est tibi pars neque sors in verbo isto, cor enim tuum
non est rectum coram Deo. **22** Paenitentiam itaque age ab
hac nequitia tua et roga Dominum, si forte remittatur tibi
haec cogitatio cordis tui; **23** in felle enim amaritudinis et
obligatione iniquitatis video te esse». **24** Respondens autem
Simon dixit: «Precamini vos pro me ad Dominum, ut nihil
veniat super me horum, quae dixistis». **25** Et illi quidem
testificati et locuti verbum Domini, redibant Hierosoly-
mam et multis vicis Samaritanorum evangelizabant.

11 magiis] magicis suis W S V (– Wi: magicis artibus; – C: magiis suis) • **12** et] in V (– Co L P) • **13** etiam] autem Wi | magnas] maximas W S V | stupens admirabatur] stupefactus est Wi • **14** in Hierosolymis V (– Wi Si C) | quia recepit] quod (quia G Co E) recepisset V | illos] eos V • **15** descendissent] venissent W S V (– Wi) • **16** super] in W S V | supervenerat G Co | Domini] *add.* Christi Wi • **17** imponebant W S V • **18** quia] quod Wi | manus W S V (– Wi) | Spiritus] *add.* Sanctus W S V • **20** argentum tuum] pecunia tua W S V | in] ad Wi | possideri] parari Wi • **21** est[1]] *add.* enim G Co E Wi St | in verbo isto] in sermone isto W S V (– Wi: in hac re) • **22** Dominum] Deum W S V • **23** in *om.* Wi | amaritudinis ... esse] amaro video te esse et ligatum iniquitate Wi • **24** ad *om.* Wi • **25** Domini] Dei St | vicis] regionibus W S V

Eunuchus Aethiops baptizatur: 8,26-40

26 Angelus autem Domini locutus est ad Philippum di-
cens: «Surge et vade contra meridianum ad viam, quae
descendit ab Ierusalem in Gazam; haec est deserta». **27** Et
surgens abiit; et ecce vir Aethiops eunuchus potens Candacis
reginae Aethiopum, qui erat super omnem gazam eius, qui
venerat adorare in Ierusalem **28** et revertebatur sedens su-
per currum suum et legebat prophetam Isaiam. **29** Dixit
autem Spiritus Philippo: «Accede et adiunge te ad currum
istum». **30** Accurrens autem Philippus audivit illum legen-
tem Isaiam prophetam et dixit: «Putasne intellegis, quae
legis?». **31** Qui ait: «Et quomodo possum, si non aliquis J 16,13
ostenderit mihi?». Rogavitque Philippum, ut ascenderet et
sederet secum. **32** Locus autem Scripturae, quem legebat,
erat hic:
«Tamquam ovis ad occisionem ductus est Is 53,7
et sicut agnus coram tondente se sine voce,
sic non aperit os suum.
33 *In humilitate eius iudicium eius sublatum est.* Is 53,8 𝔊
Generationem illius quis enarrabit?
Quoniam tollitur de terra vita eius».

34 Respondens autem eunuchus Philippo dixit: «Obsecro
te, de quo propheta dicit hoc? De se an de alio aliquo?».
35 Aperiens autem Philippus os suum et incipiens a Scrip- 5,42 L 24,27
tura ista, evangelizavit illi Iesum. **36** Et dum irent per viam,
venerunt ad quandam aquam, et ait eunuchus: «Ecce aqua; 10,47

26 contra meridianum] versus meridinem Wi | haec est deserta] ubi est desertum Wi ● 27 potens] praefectus Wi | omnes gazas W S V | qui[2] *om.* W S V ● 28 supra G Co E Wi | et legebat] legensque W S V | ~ Isaiam prophetam V ● 30 illum] eum W V | Isaiam] *add.* prophetam G | putasne intellegis] intellegis ne Wi ● 31 et[1] *om.* Wi | et sederet *om.* Wi ● 32 quem] quam W S V | sine voce] mutus Wi | sic *om.* Wi | aperuit W S V ● 33 in humilitate] per humilitatem Wi | eius[1] *om.* W S V (– Wi) | sublatum] exaltatum Wi | illius] eius V | tolletur V (– Wi: aufertur) ● 34 ~ dixit Philippo Co E Wi | ~ aliquo alio Co

quid prohibet me baptizari?». (37) **38** Et iussit stare currum,
et descenderunt uterque in aquam Philippus et eunuchus, et
baptizavit eum. **39** Cum autem ascendissent de aqua, Spiri-
1 Rg 18,12 tus Domini rapuit Philippum, et amplius non vidit eum
eunuchus; ibat autem per viam suam gaudens. **40** Philippus
autem inventus est in Azoto et pertransiens evangelizabat
21,8 civitatibus cunctis, donec veniret Caesaream.

22,5-16; 26,12-18 *Conversio Sauli: 9,1-22*

8,3 1 K 15,9 G 1,13 **9** Saulus autem, adhuc spirans minarum et caedis in dis-
cipulos Domini, accessit ad principem sacerdotum **2** et
19,9.23; 22,4; 24,14.22 petiit ab eo epistulas in Damascum ad synagogas, ut si quos
invenisset huius viae, viros ac mulieres, vinctos perduceret
1 K 9,1; 15,8 G 1,16 in Ierusalem. **3** Et cum iter faceret, contigit ut appropinqua-
ret Damasco, et subito circumfulsit eum lux de caelo, **4** et
cadens in terram audivit vocem dicentem sibi: «Saul Saul,
quid me persequeris?». **5** Qui dixit: «Quis es, Domine?».
Et ille: «Ego sum Iesus, quem tu persequeris! **6** Sed surge et
ingredere civitatem, et dicetur tibi quid te oporteat facere».
7 Viri autem illi, qui comitabantur cum eo, stabant stupe-
facti, audientes quidem vocem, neminem autem videntes.
8 Surrexit autem Saulus de terra apertisque oculis nihil vide-
bat; ad manus autem illum trahentes introduxerunt Damas-
cum. **9** Et erat tribus diebus non videns et non manducavit
neque bibit.

10 Erat autem quidam discipulus Damasci nomine Ana-

36 quid] quis V (- Si C) ● 37 Dixit autem Philippus: si credis ex toto corde, licet. Et respondens ait: credo Filium Dei esse Iesum Christum V ● 38 stare] sisti Wi ● 39 autem[2]] enim W S Co E Wi ● 40 in Azoto] Azoti Wi | pertransiens] peragrans Wi | cunctis] omnibus Wi

¶ 9.1 Paulus G | aspirans W; inspirans S | minas et caedem Wi ● 2 in Damascum] Damascum versus Wi | viae] vitae G ● 4 Saule Saule W S V ● 5 persequeris] *add.* durum est tibi contra stimulum calcitrare. (6) Et tremens ac stupens dixit: Domine, quid me vis facere? Et Dominus ad eum: Surge *etc.* V | et[1] *om.* Wi | et[2]] *add.* ibi V (- L P) ● 7 autem] aut Wi | cum eo] cum illo E; eum Wi ● 8 ad ... trahentes] ducentes autem eum manu Wi ● 9 erat] *add.* ibi V (- E L P)

nias, et dixit ad illum in visu Dominus: «Anania». At ille 10,17; 16,9
ait: «Ecce ego, Domine». **11** Et Dominus ad illum: «Sur-
gens vade in vicum, qui vocatur Rectus, et quaere in domo
Iudae Saulum nomine Tarsensem; ecce enim orat **12** et vidit 21,39
virum Ananiam nomine introeuntem et imponentem sibi
manus, ut visum recipiat». **13** Respondit autem Ananias:
«Domine, audivi a multis de viro hoc, quanta mala sanctis
tuis fecerit in Ierusalem; **14** et hic habet potestatem a princi-
pibus sacerdotum alligandi omnes, qui invocant nomen 1 K 1,2 2 T 2,22
tuum». **15** Dixit autem ad eum Dominus: «Vade, quoniam
vas electionis est mihi iste, ut portet nomen meum coram 22,15 R 1,5 G 2,9 1 K 1,17
gentibus et regibus et filiis Israel; **16** ego enim ostendam illi 2 K 4,7
quanta oporteat eum pro nomine meo pati». **17** Et abiit Ana- Mt 10,22 L 21,12s
nias et introivit in domum et imponens ei manus dixit: «Saul 2 K 11,23-29
frater, Dominus misit me, Iesus qui apparuit tibi in via, qua
veniebas, ut videas et implearis Spiritu Sancto». **18** Et con-
festim ceciderunt ab oculis eius tamquam squamae, et visum
recepit. Et surgens baptizatus est **19** et, cum accepisset ci-
bum, confortatus est.

Fuit autem cum discipulis, qui erant Damasci, per dies
aliquot **20** et continuo in synagogis praedicabat Iesum, Mt 14,33; 16,16; 27,54 Mc 15,39
quoniam hic est Filius Dei. **21** Stupebant autem omnes, qui L 1,32.35; 22,70
audiebant et dicebant: «Nonne hic est, qui expugnabat in J 1,49 11,27
Ierusalem eos, qui invocabant nomen istud, et huc ad hoc
venerat, ut vinctos illos duceret ad principes sacerdotum?».
22 Saulus autem magis convalescebat et confundebat Iu-

10 visu] visione Wi | at] et Wi | ego] *add.* sum St ● **11** illum] eum V | surgens] surge et (– W) W V ● **12** virum] in visione Wi | introire et imponere Wi ● **13** ~ fecerit sanctis tuis V ● **14** ~ potestatem habet E | alligandi] vinciendi Wi ● **15** vas electionis] electum instrumentum Wi ● **17** et abiit] abiit autem Wi | et[3] *om.* Wi | Saule W S V | ~ Iesus misit me E | Iesus *om.* Wi ● **20** continuo] *add.* ingressus V (– C) | synagogas V (– C) | Iesum] Christum Wi | hic] is Wi ● **21** qui[1]] *add.* eum G Co E Wi St | istud] illud Wi | venit W S V ● **22** magis] multo magis W V

18,28 daeos, qui habitabant Damasci, affirmans quoniam hic est
Christus.

Saulus de Damasco fugit: 9,23-31

23 Cum implerentur autem dies multi, consilium fecerunt
2K 11,32s Iudaei, ut eum interficerent; **24** notae autem factae sunt
Saulo insidiae eorum. Custodiebant autem et portas die ac
nocte, ut eum interficerent; **25** accipientes autem discipuli
eius nocte per murum dimiserunt eum submittentes in
sporta.
G 1,18 **26** Cum autem venisset in Ierusalem, tentabat iungere se
discipulis; et omnes timebant eum, non credentes quia esset
4,36 discipulus. **27** Barnabas autem apprehensum illum duxit ad
apostolos et narravit illis quomodo in via vidisset Domi-
num, et quia locutus est ei, et quomodo in Damasco fiducia-
liter egerit in nomine Iesu. **28** Et erat cum illis intrans et
exiens in Ierusalem, fiducialiter agens in nomine Domini.
29 Loquebatur quoque et disputabat cum Graecis; illi
autem quaerebant occidere eum. **30** Quod cum cognovissent,
11,25 G 1,21 fratres deduxerunt eum Caesaream et dimiserunt Tarsum.
31 Ecclesia quidem per totam Iudaeam et Galilaeam et
Samariam habebat pacem, aedificabatur et ambulabat in
timore Domini et consolatione Sancti Spiritus crescebat.

Gentes in ecclesiam recipiuntur: 9,32–12,25
Petrus Lyddam et Ioppen devenit: 9,32-43

32 Factum est autem Petrum, dum pertransiret universos,
devenire et ad sanctos, qui habitabant Lyddae. **33** Invenit
autem ibi hominem quendam nomine Aeneam ab annis

22 quoniam hic] quod ille Wi ● **23** ~ autem implerentur V (– Wi: autem completi essent) | concilium G Co | consilium fecerunt] inierunt inter se consilium Wi | fecerunt] *add.* in unum V (– Wi L P) ● **25** discipuli eius] eum discipuli (+ eius E St Si) V (– G) ● **26** Ierusalem] *add.* Saulus Wi | ~ se iungere V | quia] quod V ● **27** quia locutus est ei] quod locutus esset cum eo Wi | fiducialiter] libere Wi ● **28** fiducialiter] et fiducialiter S L P Si C; libere Wi | Domini] *add.* Iesu Wi ● **29** quoque] *add.* gentibus V (– Wi) ● **31** et aedificabatur ambulans W S V (– Wi: aedificabantur et ambulabant) | crescebat] replebatur W S V (– Wi: replebantur) ● **32** Petrum ... devenire et] ut Petrus, dum transiret (pertransiret W C) universos, deveniret W V (– G; – Wi: ut Petrus, dum per omnes peragraret, perveniret et) | et *om.* G

octo iacentem in grabato, qui erat paralyticus. **34** Et ait illi
Petrus: «Aenea, sanat te Iesus Christus; surge et sterne tibi».
Et continuo surrexit. **35** Et viderunt illum omnes, qui in-
habitabant Lyddam et Saron, qui conversi sunt ad Domi-
num.

36 In Ioppe autem erat quaedam discipula nomine Tabi-
tha, quae interpretata dicitur Dorcas; haec erat plena operi-
bus bonis et eleemosynis, quas faciebat. **37** Factum est au-
tem in diebus illis ut infirmata moreretur; quam cum lavis-
sent posuerunt in cenaculo. **38** Cum autem prope esset
Lydda ab Ioppe, discipuli audientes quia Petrus esset in ea,
miserunt duos viros ad eum rogantes: «Ne pigriteris venire
usque ad nos!». **39** Exsurgens autem Petrus venit cum illis;
et cum advenisset, duxerunt illum in cenaculum et circum-
steterunt illum omnes viduae flentes et ostendentes tunicas
et vestes, quas faciebat Dorcas, cum esset cum illis. **40** Eiec-
tis autem omnibus foras Petrus, et ponens genua oravit et Mc 5,40s
conversus ad corpus dixit: «Tabitha, surge!». At illa aperuit
oculos suos et, viso Petro, resedit. **41** Dans autem illi manum
erexit eam et, cum vocasset sanctos et viduas, exhibuit eam
vivam.

42 Notum autem factum est per universam Ioppen, et
crediderunt multi in Domino. **43** Factum est autem ut dies
multos moraretur in Ioppe apud quendam Simonem coria- 10,6
rium.

Cornelius centurio in Caesarea visionem videt: 10,1-8

10 Vir autem quidam in Caesarea nomine Cornelius,
centurio cohortis, quae dicitur Italica, **2** religiosus et
timens Deum cum omni domo sua, faciens eleemosynas

34 Aeneas W S | sanet V (– C) | te] *add.* Dominus V (– Wi) ● 35 illum] eum V (– G) | habitabant W S V (– Wi: habitant) | Lyddae et Saronae (Assarone Wi) W S V ● 36 erat[1]] fuit W S V | interpretata] per interpretationem Wi ● 37 infirmata] cum aegrotasset Wi | posuerunt] *add.* eam W S V ● 38 ab Ioppe] ad Ioppen Si C | quia] quod Wi | ~ duos viros miserunt G ● 39 ostendentes] *add.* ei V | faciebat] *add.* illis W S V (– Wi: *add.* apud eos) | cum esset cum illis *om.* W S V ● 40 et[1] *om.* W S V | at] et Co | suos *om.* G Co E Wi St ● 41 dans] porrigens Wi | exhibuit] assignavit W S V (– Wi: produxit) ● 42 Dominum Wi ● 43 ~ Simonem quendam V
¶ 10.1 quidam] *add.* erat W S V | cohortis] ex cohorte Wi ● 2 et[1]] ac V (– Co E Wi)

multas plebi et deprecans Deum semper, **3** vidit in visu ma-
nifeste quasi hora nona diei angelum Dei introeuntem ad se
et dicentem sibi: «Corneli». **4** At ille intuens eum et timore
correptus dixit: «Quid est, domine?». Dixit autem illi:
«Orationes tuae et eleemosynae tuae ascenderunt in memo-
riam in conspectu Dei. **5** Et nunc mitte viros in Ioppen et
accersi Simonem quendam, qui cognominatur Petrus; **6** hic
9,43 hospitatur apud Simonem quendam coriarium, cui est do-
mus iuxta mare». **7** Ut autem discessit angelus, qui loque-
batur illi, cum vocasset duos domesticos suos et militem
religiosum ex his, qui illi parebant, **8** et narrasset illis omnia,
misit illos in Ioppen.

Petrus in Ioppe visionem videt: 10,9-23 a

11,5-11 **9** Postera autem die iter illis facientibus et appropinquan-
tibus civitati, ascendit Petrus super tectum, ut oraret circa
horam sextam. **10** Et cum esuriret, voluit gustare; paranti-
bus autem eis, cecidit super eum mentis excessus, **11** et videt
caelum apertum et descendens vas quoddam velut linteum
magnum quattuor initiis submitti in terram, **12** in quo erant
omnia quadrupedia et serpentia terrae et volatilia caeli.
13 Et facta est vox ad eum: «Surge, Petre, occide et mandu-
ca!». **14** Ait autem Petrus: «Nequaquam, Domine, quia
Lv 11 Ez 4,14 numquam manducavi omne commune et immundum».
Mc 7,15.19 G 2,12 **15** Et vox iterum secundo ad eum: «Quae Deus purificavit,
ne tu commune dixeris». **16** Hoc autem factum est per ter,

2 plebi] populo Wi ● 3 is vidit V | in visione Wi | in hora G | ~ hora diei nona V (- G) ● 4 et[1] *om.* W S V | quid est] quis es V (- C) | Dei] Domini G ● 5 accerse Wi ● 6 cui] cuius W S V | mare] *add.* hic dicet tibi quid te oporteat facere V ● 7 ut autem discessit] et cum discessisset W S V | illi[1]] Cornelio Wi | cum vocasset] vocavit W S V | religiosum] metuentem Dominum W S V (- G: timentem Dominum) | illi parebant] apud eum adsidui erant Wi ● 8 et narrasset illis] quibus cum narrasset W S V ● 9 postero Wi | super tectum] in superiora W S V (- Wi: in fastigium aedium) ● 10 eis] illis V | super] in Wi ● 11 vidit W V | ~ quoddam vas E | submitti] *add.* de caelo W S V ● 13 et occide S | occide] macta Wi ● 14 nequaquam] absit W S V | omne] quidquam Wi | et] aut Co ● 15 quae] quod V (- G L P) | ~ tu commune ne V (- Wi); ~ tu ne commune W Wi ● 16 autem *om.* Co St | per ter] tertio Wi

et statim receptum est vas in caelum. **17** Et dum intra se
haesitaret Petrus quidnam esset visio, quam vidisset, ecce
viri, qui missi erant a Cornelio, inquirentes domum Simonis
astiterunt ad ianuam **18** et, cum vocassent, interrogabant si
Simon, qui cognominatur Petrus, illic haberet hospitium.
19 Petro autem cogitante de visione, dixit Spiritus ei: «Ecce 13,2; 15,28
viri tres quaerunt te; **20** surge itaque et descende et vade
cum eis nihil dubitans, quia ego misi illos». **21** Descendens
autem Petrus ad viros dixit: «Ecce ego sum, quem quaeritis;
quae causa est, propter quam venistis?». **22** Qui dixerunt:
«Cornelius centurio, vir iustus et timens Deum et testimo-
nium habens ab universa gente Iudaeorum, responsum ac-
cepit ab angelo sancto accersire te in domum suam et audire
verba abs te». **23** Invitans igitur eos recepit hospitio.

Cornelius baptizatur: 10,23b-48

Sequenti autem die surgens profectus est cum eis, et qui-
dam ex fratribus ab Ioppe comitati sunt eum. **24** Altera
autem die introivit Caesaream; Cornelius vero exspectabat
illos, convocatis cognatis suis et necessariis amicis. **25** Et
factum est cum introisset Petrus, obvius ei Cornelius proci-
dens ad pedes adoravit. **26** Petrus vero levavit eum dicens:
«Surge, et ego ipse homo sum». **27** Et loquens cum illo in- 14,15 Ap 19,10
travit et invenit multos, qui convenerant, **28** dixitque ad
illos: «Vos scitis quomodo illicitum sit viro Iudaeo coniungi 11,3 G 2,12

18 interrogant Wi | si] an Wi | cognominatus est Wi ● **20** et[1] *om.* Si C | quia] nam Wi ● **22** accersire] accersiri G Co E St; ut accersat Wi | audire] audiat Wi ● **23** invitans] introducens W S V | igitur] ergo V (– Wi: autem) | eis] illis V | eum] cum eo G ● **24** introivit] pervenit Wi ● **25** obvius] *add.* venit V | et procidens W S V | pedes] *add.* eius W V | adoravit] *add.* eum Co E Wi St ● **26** elevavit V (– Wi: sublevavit) ● **28** quomodo illicitum sit] quomodo abominatum sit W S V (– Wi: non esse fas)

aut accedere ad alienigenam. Et mihi ostendit Deus nemi-
nem communem aut immundum dicere hominem; **29** prop-
ter quod sine dubitatione veni accersitus. Interrogo ergo
quam ob causam accersistis me». **30** Et Cornelius ait: «A
nudius quarta die usque in hanc horam orans eram hora
nona in domo mea, et ecce vir stetit ante me in veste candida
31 et ait: "Corneli, exaudita est oratio tua, et eleemosynae
tuae commemoratae sunt in conspectu Dei. **32** Mitte ergo
in Ioppen et accersi Simonem, qui cognominatur Petrus; hic
hospitatur in domo Simonis coriarii iuxta mare". **33** Con-
festim igitur misi ad te, et tu bene fecisti veniendo. Nunc
ergo omnes nos in conspectu Dei adsumus audire omnia,
quaecumque tibi praecepta sunt a Domino».

Dt 10,17 **34** Aperiens autem Petrus os dixit: «In veritate comperio
R 2,11.14 | 1 P 1,17 | quoniam non est personarum acceptor Deus, **35** sed in
R 2,14 omni gente, qui timet eum et operatur iustitiam, acceptus
J 9,31; 10,16 | Is 52,7 est illi. **36** Verbum misit filiis Israel evangelizans pacem per
1 K 12,3 Ph 1,10s Iesum Christum; hic est omnium Dominus. **37** Vos scitis
L 4,44 quod factum est verbum per universam Iudaeam incipiens
a Galilaea post baptismum, quod praedicavit Ioannes:
Is 61,1 L 3,22; 4,18s **38** Iesum a Nazareth, quomodo unxit eum Deus Spiritu
Sancto et virtute, qui pertransivit benefaciendo et sanando
Is 7,14 Mt 1,23 omnes oppressos a Diabolo, quoniam Deus erat cum illo.
39 Et nos testes sumus omnium, quae fecit in regione Iu-

28 et] sed V | ~ ostendit mihi Wi | neminem ... hominem] ne quis homo communis aut immundus dicatur Wi • **29** ergo] ego Wi | accersisti G; accersitis E • **30** a nudius quarta die] die ab hinc quarto die Wi | quartana W S G St | in[1]] ad V | orans eram] ieiunans eram et Wi • **31** commemoratae ... Dei] in memoria habitae sunt coram Deo Wi • **32** accerse Wi • **33** igitur] ergo V | Dei] tuo W S V • **34** os] *add.* suum V | comperi W S V | quoniam] quia V (– E; – Wi: quod) • **35** qui] quisquis Wi | eum] Deum E • **36** misit] *add.* Deus V | evangelizans] annuntians W S V • **37** quod factum est verbum] verbum quod praedicatum est Wi | incipiens] *add.* enim W S V (– Wi); inceptum Wi | baptismum quem Wi • **38** Iesum ... eum] quod Iesum a Nazareth unxerit Wi | pertransivit] obambulavit Wi

daeorum et Ierusalem; quem et occiderunt suspendentes in Dt 21,22 G 3,13
ligno. 40 Hunc Deus suscitavit tertia die et dedit eum ma- 1,3 Mt 20,19 1 K 15,4-7
nifestum fieri 41 non omni populo, sed testibus praeordina-
tis a Deo, nobis, qui manducavimus et bibimus cum illo
postquam resurrexit a mortuis; 42 et praecepit nobis prae- L 24,41-43
dicare populo et testificari quia ipse est, qui constitutus est
a Deo iudex vivorum et mortuorum. 43 Huic omnes Pro- 17,31 R 14,9 2 T 4,1 1 P 4,5
phetae testimonium perhibent remissionem peccatorum ac-
cipere per nomen eius omnes, qui credunt in eum». Is 53,5 s Jr 31,34 Dn 9,24

44 Adhuc loquente Petro verba haec, cecidit Spiritus 2,4
Sanctus super omnes, qui audiebant verbum. 45 Et obstu-
puerunt, qui ex circumcisione fideles, qui venerant cum
Petro, quia et in nationes gratia Spiritus Sancti effusa est;
46 audiebant enim illos loquentes linguis et magnificantes
Deum. Tunc respondit Petrus: 47 «Numquid aquam quis
prohibere potest, ut non baptizentur hi, qui Spiritum Sanc-
tum acceperunt sicut et nos?». 48 Et iussit eos in nomine
Iesu Christi baptizari. Tunc rogaverunt eum, ut maneret
aliquot diebus.

Defensio Petri coram apostolis et fratribus in Ierusalem: 11,1-18

11 Audierunt autem apostoli et fratres, qui erant in Iu-
daea, quoniam et gentes receperunt verbum Dei.
2 Cum ascendisset autem Petrus in Ierusalem, disceptabant

39 quem occiderunt W V • 41 nobis *om.* Wi • 42 quia ipse est] quod ipse sit Wi • 43 perhibent] *add.* quod Wi | accipere] accipiant Wi • 45 qui[1] *om.* W S V | quia] quod Wi | nationes gratia] gentes donum Wi | effusum Wi • 47 numquid aquam quis] numquis Wi | hi] *add.* aqua Wi • 48 baptizari in nomine Domini (– E) Iesu Christi V (– Wi: baptizari in nomine Domini) | maneret] *add.* apud eos V
¶ 11.1 quoniam ... receperunt] quod ... recepissent Wi • 2 ~ autem ascendisset V | in Ierusalem] in (– V) Hierosolymam W S V

adversus illum, qui erant ex circumcisione, **3** dicentes: «In-
10,28 G 2,12 troisti ad viros praeputium habentes et manducasti cum
illis!».
4 Incipiens autem Petrus exponebat illis ex ordine dicens:
5 «Ego eram in civitate Ioppe orans et vidi in excessu mentis
visionem, descendens vas quoddam velut linteum magnum
quattuor initiis submitti de caelo et venit usque ad me; **6** in
quod intuens considerabam et vidi quadrupedia terrae et
bestias et reptilia et volatilia caeli. **7** Audivi autem et vocem
dicentem mihi: "Surgens, Petre, occide et manduca!".
8 Dixi autem: Nequaquam, Domine, quia commune aut
immundum numquam introivit in os meum. **9** Respondit
autem vox secundo de caelo: "Quae Deus mundavit, tu ne
commune dixeris". **10** Hoc autem factum est per ter, et re-
tracta sunt rursum omnia in caelum. **11** Et ecce confestim
tres viri astiterunt in domo, in qua eramus, missi a Caesarea
ad me. **12** Dixit autem Spiritus mihi, ut irem cum illis nihil
haesitans. Venerunt autem mecum et sex fratres isti, et in-
gressi sumus in domum viri. **13** Narravit autem nobis quo-
modo vidisset angelum ad domum suam stantem et dicen-
tem: "Mitte in Ioppen et accersi Simonem, qui cognomina-
tur Petrus, **14** qui loquetur tibi verba, in quibus salvus eris
tu et universa domus tua". **15** Cum autem coepissem loqui,
2,3 s decidit Spiritus Sanctus super eos sicut et super nos in initio.
16 Recordatus sum autem verbi Domini, sicut dicebat:
1,5 L 3,16 "Ioannes quidem baptizavit aqua, vos autem baptizabimini
in Spiritu Sancto". **17** Si ergo aequale donum dedit illis
Deus sicut et nobis, qui credidimus in Dominum Iesum
Christum, ego quis eram qui possem prohibere Deum?».

3 dicentes] *add.* quare W S V ● **4** ex ordine] ordinem W S V (– Co: per ordinem; – Wi: ordine) ● **5** excessu] extasi Wi | mentis] *add.* meae V (– L P C) | et venit *om.* Wi ● **7** et[1] *om.* Wi | surge W V | occide] macta Wi ● **8** quia] *add.* omne Co Wi ● **9** autem] *add.* mihi Co | secundo *om.* Co Wi | quae] quod Wi ● **10** factum est per ter] accidit tertio Wi | retracta] recepta W S V | ~ omnia rursum V ● **11** ~ viri tres confestim V | eramus] eram W S V ● **13** in domo sua W S V | dicentem] *add.* sibi W S V | Ioppen] *add.* viros Wi | accerse Wi ● **14** in quibus] per quae Wi ● **15** decidit] cecidit V | super[2]] in W S V ● **16** in *om.* W S V ● **17** aequale donum] eandem gratiam W S V | illis] illi G

18 His autem auditis acquieverunt et glorificaverunt
Deum dicentes: «Ergo et gentibus Deus paenitentiam ad 14,27
vitam dedit».

De origine ecclesiae Antiochenae: 11,19-26

19 Et illi quidem, qui dispersi fuerant a tribulatione, quae 8,1-4
facta fuerat sub Stephano, perambulaverunt usque Phoeni-
cen et Cyprum et Antiochiam, nemini loquentes verbum
nisi solis Iudaeis. **20** Erant autem quidam ex eis viri Cyprii
et Cyrenaei, qui, cum introissent Antiochiam, loquebantur
et ad Graecos evangelizantes Dominum Iesum. **21** Et
erat manus Domini cum eis; multusque numerus creden-
tium conversus est ad Dominum.
22 Auditus est autem sermo in auribus ecclesiae, quae
erat in Ierusalem, super istis, et miserunt Barnabam usque 4,36
Antiochiam; **23** qui cum pervenisset et vidisset gratiam
Dei, gavisus est et hortabatur omnes proposito cordis per-
manere in Domino, **24** quia erat vir bonus et plenus Spiritu
Sancto et fide. Et apposita est turba multa Domino. **25** Pro-
fectus est autem Tarsum, ut quaereret Saulum; **26** quem 9,30
cum invenisset, perduxit Antiochiam. Factum est autem eis
ut annum totum conversarentur in ecclesia et docerent tur- 11,30; 12,25; 13,2 G 2,1.13
bam multam, et cognominarentur primum Antiochiae 26,28
discipuli Christiani. 1 P 4,16

Ecclesia Antiochena pro fratribus collecta in Iudaeam mittit: 11,27-30

27 In his autem diebus supervenerunt ab Hierosolymis
prophetae Antiochiam; **28** et surgens unus ex eis nomine
Agabus, significavit per Spiritum famem magnam futuram 21,10s
in universo orbe terrarum; quae facta est sub Claudio.

18 autem *om.* W S V | acquieverunt] tacuerunt W S V | ~ paenitentiam dedit Deus ad vitam V • 19 a] in Wi | sub Stephano] propter Stephanum Wi | perambulaverunt usque] pervenerunt usque ad Wi | Fenicem G; Phoeniciam Wi • 20 Cyrenenses Wi | et² *om.* Co L P | evangelizantes] annuntiantes W S V • 22 auditus est] pervenit W S V | ad aures W S V | in Ierusalem] Hierosolymis W S V | super] de Wi | usque] *add.* ad V (– Wi: *om.*) • 23 in proposito V (– L P) • 24 quia erat] erat enim Wi | ~ multa (magna Wi) turba V • 25 autem] *add.* Barnabas Si C • 26 factum est ... conversarentur] et annum totum conversati sunt (+ ibi V) W S V | docuerunt W S V | et²] ita ut W S V • 27 a Hierosolymis G • 28 significabat W S V | facta est] fuit Wi

R 15,26 1K 16,1 2K 9,2.12 G 2,10 29 DisciPuli autem, prout quis habebat, proposuerunt singuli eorum in ministerium mittere habitantibus in Iudaea fratribus; 30 quod et fecerunt, mittentes ad presbyteros per manum Barnabae et Sauli.

Herodes Iacobo occiso Petrum in carcerem mittit: 12,1-5

12 Illo autem tempore misit Herodes rex manus, ut affligeret quosdam de ecclesia. 2 Occidit autem Iacobum fratrem Ioannis gladio. 3 Videns autem quia placeret Iudaeis, apposuit apprehendere et Petrum – erant autem dies Azymorum – 4 quem cum apprehendisset, misit in carcerem tradens quattuor quaternionibus militum custodire eum, volens post Pascha producere eum populo. 5 Et Petrus quidem servabatur in carcere; oratio autem fiebat sine inter-
Jc 5,16
missione ab ecclesia ad Deum pro eo.

Petrus ab angelo liberatur: 12,6-19

6 Cum autem producturus eum esset Herodes, in ipsa nocte erat Petrus dormiens inter duos milites vinctus catenis duabus, et custodes ante ostium custodiebant carcerem.
5,19 7 Et ecce angelus Domini astitit, et lumen refulsit in habitaculo; percusso autem latere Petri, suscitavit eum dicens: «Surge velociter!». Et ceciderunt catenae de manibus eius. 8 Dixit autem angelus ad eum: «Praecingere et calcea te sandalia tua!». Et fecit sic. Et dicit illi: «Circumda tibi vestimentum tuum et sequere me!». 9 Et exiens sequebatur et nesciebat quia verum est, quod fiebat per angelum; aestimabat autem se visum videre.

10 Transeuntes autem primam custodiam et secundam venerunt ad portam ferream, quae ducit ad civitatem, quae

29 quis habebat] quisque habebat Co E; cuique suppetebat Wi | singuli eorum] singuli L P Si C; *om.* W G E Wi St • 30 presbyteros] seniores W S V | manus W S V ¶ 12.1 illo] eodem W S V | misit] iniecit Wi • 3 quia placeret] quod placebat Wi | apposuit] perrexit Wi | apprehendere] ut apprehenderet Si C • 4 tradensque G E Wi St | custodire eum] ad (– L P C) custodiendum (+ eum Co St) V • 5 observabatur Wi • 6 ~ esset eum Wi • 7 percusso autem] percussoque W S V | excitavit V | eius *om.* Wi • 8 dixit autem] dixitque Wi | sandalia tua] galliculas tuas W; gallicas tuas S; caligas tuas V (– Wi: soleis tuis) | dicit] dixit W S V • 9 sequebatur] *add.* eum W V | quia] utrum Wi | verum esset E | fieret Wi | aestimabat] existimabat V | autem] enim Si • 10 ~ et secundam custodiam W S V

ultro aperta est eis, et exeuntes processerunt vicum unum,
et continuo discessit angelus ab eo. **11** Et Petrus ad se rever-
sus dixit: «Nunc scio vere quia misit Dominus angelum
suum et eripuit me de manu Herodis et de omni exspecta-
tione plebis Iudaeorum». **12** Consideransque venit ad do-
mum Mariae matris Ioannis, qui cognominatur Marcus, ubi 25; 13,5.13; 15,37
erant multi congregati et orantes. **13** Pulsante autem eo
ostium ianuae, processit puella ad audiendum, nomine
Rhode; **14** et ut cognovit vocem Petri prae gaudio non
aperuit ianuam, sed intro currens nuntiavit stare Petrum
ante ianuam. **15** At illi dixerunt ad eam: «Insanis!». Illa
autem affirmabat sic se habere. Illi autem dicebant: «Ange-
lus eius est». **16** Petrus autem perseverabat pulsans; cum
autem aperuissent, viderunt eum et obstupuerunt. **17** An-
nuens autem eis manu, ut tacerent, enarravit quomodo Do-
minus eduxisset eum de carcere dixitque: «Nuntiate Iacobo
et fratribus haec». Et egressus abiit in alium locum.

18 Facta autem die, erat non parva turbatio inter milites, 5,22s
quidnam de Petro factum esset. **19** Herodes autem, cum re-
quisisset eum et non invenisset, interrogatis custodibus
iussit eos abduci; descendensque a Iudaea in Caesaream ibi
commorabatur.

De fine Herodis Agrippae: 12,20-23

20 Erat autem iratus Tyriis et Sidoniis; at illi unanimes
venerunt ad eum et persuaso Blasto, qui erat super cubicu-
lum regis, postulabant pacem, eo quod aleretur regio
eorum ab annona regis. **21** Statuto autem die, Herodes,

11 quia] quod Wi | plebis] populi Wi ● **12** cognominatur] cognominatus est W S V ● **13** ad ostium G Co E Wi St | ianuae] vestibuli Wi | audiendum] videndum V (– C) ● **14** ut cognovit] agnovit Wi | ianuam[1+2]] vestibulum Wi ● **16** aperuissent] *add.* ostium G Co E St Si; aperuisset Co ● **17** innuens Wi | narravit W V ● **18** ~ factum esset de Petro V ● **19** interrogatis] inquisitione facta de W S V | duci W S V (– Wi) | commorabatur] commoratus est W S V ● **20** venerant Wi | erat super cubiculum] praeerat cubiculo Wi | alerentur regiones W S V (– Wi) | ab] a Wi | annona regis] illo W S V (– Wi: rege)

vestitus veste regia, sedens pro tribunali contionabatur ad
eos; 22 populus autem acclamabat: «Dei vox et non ho-
minis!». 23 Confestim autem percussit eum angelus Do-
mini, eo quod non dedisset gloriam Deo, et consumptus a
vermibus exspiravit.

Barnabas et Saulus Antiochiam revertuntur: 12,24-25

6,7 24 Verbum autem Dei crescebat et multiplicabatur.
25 Barnabas autem et Saulus reversi sunt in Ierusalem ex-
pleto ministerio, assumpto Ioanne, qui cognominatus est
Marcus.

ECCLESIA INTER GENTES DIFFUNDITUR: 13,1–28,31

Barnabas et Saulus mittuntur ad praedicandum: 13,1-3

13 Erant autem in ecclesia, quae erat Antiochiae, pro-
R 16,21 phetae et doctores: Barnabas et Simeon, qui vocaba-
tur Niger, et Lucius Cyrenensis, et Manaen, qui erat Hero-
dis tetrarchae collactaneus, et Saulus. 2 Ministrantibus au-
tem illis Domino et ieiunantibus, dixit Spiritus Sanctus:
1 K 9,6 «Separate mihi Barnabam et Saulum in opus, ad quod vo-
6,6; 14,23 1 T 4,14 cavi eos». 3 Tunc ieiunantes et orantes imponentesque eis
2 T 1,6 manus dimiserunt illos.

Pauli iter primum: 13,4–14,28

Ab Antiochia et Cypro usque ad Pergen: 13,4-12

4 Et ipsi quidem missi ab Spiritu Sancto devenerunt Se-
leuciam et inde navigaverunt Cyprum 5 et, cum venissent
Salamina, praedicabant verbum Dei in synagogis Iudaeo-
12,12.25 rum; habebant autem et Ioannem ministrum. 6 Et cum
perambulassent universam insulam usque Paphum, invene-
runt quendam virum magum pseudoprophetam Iudaeum,
cui nomen Bariesu, 7 qui erat cum proconsule Sergio Paulo,

21 sedit pro tribunali et W S V • **22** voces W S V • **23** gloriam] honorem W S V • **24** Dei] Domini W S V • **25** in Ierusalem] ab Hierosolymis W S V
¶ **13.1** doctores] *add.* in quibus W S V | Simon V | qui erat ... collactaneus] qui cum Herode tetrarcha una educatus fuerat Wi • **2** dixit] *add.* illis V (– L P) | separate] segregate V | ~ Saulum et Barnabam V | in opus] ad opus Wi | ad *om.* W S | vocavi] assumpsi W S V (– Wi) • **4** a Spiritu V | devenerunt] abierunt W S V | in Cyprum Wi • **5** Salaminam V (– Wi) | et² *om.* Wi | ministrum] in ministerio W S V • **6** usque] *add.* ad V (– G C) | virum *om.* Wi | magum] magnum C | nomen] *add.* erat W S V | Barie(h)u G Co E Wi Si; Bar-Ieu St; Bar-Iesu L P

viro prudente. Hic accitis Barnaba et Saulo, quaesivit
audire verbum Dei; **8** resistebat autem illis Elymas, magus,
sic enim interpretatur nomen eius, quaerens avertere pro-
consulem a fide. **9** Saulus autem, qui et Paulus, repletus
Spiritu Sancto, intuens in eum **10** dixit: «O plene omni dolo
et omni fallacia, fili Diaboli, inimice omnis iustitiae, non
desines subvertere vias Domini rectas? **11** Et nunc ecce ma-
nus Domini super te: et eris caecus, non videns solem usque
ad tempus». Et confestim cecidit in eum caligo et tenebrae,
et circumiens quaerebat, qui eum manum darent. **12** Tunc
proconsul, cum vidisset factum, credidit admirans super
doctrinam Domini.

Barnabas et Paulus Antiochiae Pisidiae praedicant: 13,13-52

13 Et cum a Papho navigassent, qui erant cum Paulo,
venerunt Pergen Pamphyliae; Ioannes autem discedens ab
eis reversus est Hierosolymam. **14** Illi vero pertranseuntes,
a Perge venerunt Antiochiam Pisidiae, et ingressi synago- 15,21 L 4,16s
gam die sabbatorum sederunt. **15** Post lectionem autem
Legis et Prophetarum, miserunt principes synagogae ad eos
dicentes: «Viri fratres, si quis est in vobis sermo exhorta-
tionis ad plebem, dicite!».

16 Surgens autem Paulus et manu silentium indicens ait:
«Viri Israelitae et qui timetis Deum, audite. **17** Deus plebis
huius Israel elegit patres nostros et plebem exaltavit, cum
essent incolae in terra Aegypti, et in brachio excelso eduxit Ex 6,1.6
eos ex ea **18** et per quadraginta fere annorum tempus mores Ex 16,35 Nu 14,34 Dt 1,31

7 accitis] accersitis W V | Saulo] Paulo W G Wi | quaesivit] desiderabat W S V • 10 desinis W S V | invertere Wi • 11 eum²] ei W S V | daret W S V • 12 super *om.* Wi | super doctrina V (– Wi) • 13 navigasset Co E Wi | qui erant cum Paulo] Paulus et qui cum eo (+ erant V) W S V • 14 pertranseuntes] peragratis regionibus Wi | a Perge] Pergen W S V (– Wi: *om.*) | Antiochiam] *add.* et G • 15 in vobis] apud vos Wi • 17 plebis] populi Wi | huius *om.* W S V (– Wi) | Israel *om.* Wi | plebem] populum Wi | incolae] advenae Wi • 18 fere *om.* W S V

Dt 7,1 eorum sustinuit in deserto **19** et destruens gentes septem in
terra Chanaan sorte distribuit terram eorum, **20** quasi
quadringentos et quinquaginta annos. Et post haec dedit
iudices usque ad Samuel prophetam. **21** Et exinde postula-
1 Sm 8,5; 10,21.24 verunt regem, et dedit illis Deus Saul filium Cis, virum de
tribu Beniamin, annis quadraginta. **22** Et amoto illo, susci-
tavit illis David in regem, cui et testimonium perhibens
Ps 89,21 1 Sm 13,14 Is 44,28 dixit: "*Inveni David* filium Iesse, *virum secundum cor meum*,
qui faciet omnes voluntates meas".
2 Sm 7,12 Is 11,1 **23** Huius Deus ex semine secundum promissionem eduxit
L 3,3 Israel salvatorem Iesum, **24** praedicante Ioanne ante adven-
tum eius baptismum paenitentiae omni populo Israel.
25 Cum impleret autem Ioannes cursum suum, dicebat:
"Quid me arbitramini esse? Non sum ego; sed ecce venit
L 3,16 post me, cuius non sum dignus calceamenta pedum solvere".

26 Viri fratres, filii generis Abraham et qui in vobis ti-
ment Deum, nobis verbum salutis huius missum est. **27** Qui
3,17 L 23,34 J 16,3 1 T 1,13 enim habitabant Ierusalem et principes eorum, hunc igno-
rantes et voces Prophetarum, quae per omne sabbatum le-
L 23,4.15-25 guntur, iudicantes impleverunt, **28** et nullam causam mortis
invenientes petierunt a Pilato, ut interficeretur; **29** cumque
consummassent omnia, quae de eo scripta erant, deponen-
tes eum de ligno posuerunt in monumento. **30** Deus vero

18 mores eorum sustinuit] pertulit eorum morositatem Wi ● 19 ~ septem gentes Wi | distribuit] *add.* eis W S V ● 20 quasi] *add.* post W S V (– Wi: et post haec quasi) | et post haec *om.* Wi ● 21 Deus *om.* V (– Si C) ● 22 David regem W S V | et[2] *om.* V (– E Wi) ● 23 ~ ex huius semine Deus Wi | Israeli Wi ● 24 praedicante Ioanne] cum ante praedicasset Ioannes Wi | adventum] faciem adventus W S V (– Wi: introitum) | omni populo *om.* Wi ● 25 implesset Wi | Ioannes *om.* G Co St | quid] quem W S V ● 26 nobis] vobis W S V ● 27 eorum] eius W S V | ignorantes] non noscentes Wi | iudicantes] condemnato eo Wi ● 28 invenientes] *add.* in eo V; *add.* in eum W S | petierunt] postulaverunt Wi | interficeretur] interficerent (interficeret Wi) eum W S V ● 29 posuerunt] *add.* eum V (– L P) ● 30 vero] autem G Co Wi St

suscitavit eum a mortuis; 31 qui visus est per dies multos
his, qui simul ascenderant cum eo de Galilaea in Ierusalem,
qui nunc sunt testes eius ad plebem.
32 Et nos vobis evangelizamus eam, quae ad patres pro-
missio facta est, 33 quoniam hanc Deus adimplevit filiis R 1,4
eorum, nobis resuscitans Iesum, sicut et in Psalmo secundo
scriptum est:
"*Filius meus es tu; ego hodie genui te*". Ps 2,7
34 Quod autem suscitaverit eum a mortuis, amplius iam
non reversurum in corruptionem, ita dixit:
"Dabo *vobis sancta David fidelia*". Is 55,3 Ⓖ
35 Ideoque et in alio dicit:
"*Non dabis Sanctum tuum videre corruptionem*". Ps 16,10 2,27.31
36 David enim sua generatione cum administrasset vo-
luntati Dei, dormivit et appositus est ad patres suos et vidit
corruptionem; 37 quem vero Deus suscitavit, non vidit
corruptionem. 38 Notum igitur sit vobis, viri fratres, quia
per hunc vobis remissio peccatorum annuntiatur; ab omni- 10,43 H 9,9; 10,1-4
bus, quibus non potuistis in lege Moysi iustificari, 39 in hoc
omnis, qui credit, iustificatur. 40 Videte ergo, ne super- R 10,4
veniat, quod dictum est in Prophetis:
41 "*Videte, contemptores,* Hab 1,5
et admiramini et disperdimini,
quia opus operor ego in diebus vestris,
opus, quod non credetis, si quis enarraverit vobis!"».

30 mortuis] *add.* tertia die W V (– Wi) • 31 qui usque nunc W S V | plebem] populum Wi • 32 evangelizamus] annuntiamus W S V | eam] ea W S; *om.* Wi | quae ad patres promissio] quae ad patres nostros repromissio W S V (– Wi: promissionem quae ad patres nostros) • 33 quoniam] quod Wi | filiis eorum nobis] filiis nostris W S L P C; filiis vestris G Co E St Si; nobis filiis illorum Wi • 34 suscitavit V | dixit] *add.* quia W S V (– Wi: *add.* quod) | fideliter Wi • 35 in alio] alias W S V (– E Wi: alibi) • 36 in sua generatione V (– Wi) | sua generatione ... Dei] cum sua aetate defunctus esset consilio Dei Wi • 37 suscitavit] *add.* a mortuis Co St Si C; *add.* is Wi • 38 ~ sit igitur Co | quia] quod Wi | ab] et ab Co Si C | quibus] a quibus Wi | in lege] per legem Wi • 39 in hoc] per hunc Wi • 40 superveniat] *add.* vobis W V (– Wi: veniat super vos) • 41 dispergimini E | creditis G E Wi St

42 Exeuntibus autem illis, rogabant, ut sequenti sabbato
loquerentur sibi verba haec. **43** Cumque dimissa esset syn-
agoga, secuti sunt multi Iudaeorum et colentium proselyto-
rum Paulum et Barnabam, qui loquentes suadebant eis, ut
permanerent in gratia Dei.

44 Sequenti vero sabbato paene universa civitas convenit
audire verbum Domini. **45** Videntes autem turbas Iudaei
repleti sunt zelo et contradicebant his, quae a Paulo dice-
bantur, blasphemantes. **46** Tunc audenter Paulus et Barna-
3,26 Mt 10,6 R 1,16 bas dixerunt: «Vobis oportebat primum loqui verbum Dei;
18,6 sed quoniam repellitis illud et indignos vos iudicatis aeternae
vitae, ecce convertimur ad gentes. **47** Sic enim praecepit
nobis Dominus:
Is 42,6; 49,6 *"Posui te in lumen gentium,*
ut sis in salutem usque ad extremum terrae"».

48 Audientes autem gentes gaudebant et glorificabant
verbum Domini, et crediderunt, quotquot erant praeordi-
Th 3,12 nati ad vitam aeternam; **49** ferebatur autem verbum Do-
14,5.19 1Th 2,15s mini per universam regionem. **50** Iudaei autem concitave-
2T 3,11 runt honestas inter colentes mulieres et primos civitatis et
excitaverunt persecutionem in Paulum et Barnabam et

42 illis] Iudaeis ex synagoga Wi | sibi] ad eos Wi ● **43** secuti sunt *om.* Wi | colentium proselytorum] colentium Deum (– W S L P C) advenarum W S V (– Wi: proselytorum colentium Deum secuti sunt) | suadebant eis] persuadebant eos Wi ● **44** Domini] Dei V ● **46** audenter] constanter W S V (– Wi: cum fiducia) | iudicastis W S G St | iudicatis aeternae vitae] aeterna vita iudicatis Wi ● **47** ~ nobis praecepit G Co | lumen] lucem V (– E) | gentibus W S E Wi | in[2]] ad Wi ● **48** gaudebant] gavisae (gavisi St) sunt W S V ● **49** ferebatur] disseminabatur W S V ● **50** honestas inter colentes mulieres] religiosas mulieres (mulieres religiosas V) et honestas W S V | in] adversus Wi

eiecerunt eos de finibus suis. **51** At illi, excusso pulvere pe- Mt 10,14 L 9,5
dum in eos, venerunt Iconium; **52** discipuli quoque reple-
bantur gaudio et Spiritu Sancto.

Iconii, Lystris et Derbe: 14,1-20

14 Factum est autem Iconii, ut eodem modo introirent
synagogam Iudaeorum et ita loquerentur, ut crederet
Iudaeorum et Graecorum copiosa multitudo. **2** Qui vero
increduli fuerunt Iudaei, suscitaverunt et exacerbaverunt 13,45
animas gentium adversus fratres. **3** Multo igitur tempore
demorati sunt, fiducialiter agentes in Domino, testimonium
perhibente verbo gratiae suae, dante signa et prodigia fieri
per manus eorum. **4** Divisa est autem multitudo civitatis: et
quidam quidem erant cum Iudaeis, quidam vero cum apos-
tolis. **5** Cum autem factus esset impetus gentilium et Iu-
daeorum cum principibus suis, ut contumeliis afficerent et 13,50 2T 3,11
lapidarent eos, **6** intellegentes confugerunt ad civitates Ly- Mt 10,23
caoniae, Lystram et Derben et ad regionem in circuitu, **7** et
ibi evangelizantes erant.

8 Et quidam vir in Lystris infirmus pedibus sedebat, clau- *8–10:* 3,1-10
dus ex utero matris suae, qui numquam ambulaverat. **9** Hic
audivit Paulum loquentem; qui intuitus eum et videns quia
haberet fidem, ut salvus fieret, **10** dixit magna voce: «Surge

51 ~ in eos pulvere pedum Wi
¶ **14.1** Iconii] in Iconio W G Co E Wi St | ut eodem modo introirent] ut simul introirent W S V (– Wi: simul ac introierunt) | in synagogam Si C | ~ loquerentur ita W S V (– Wi: sic locuti sunt) ● **2** ~ Iudaei vero qui increduli fuerunt Wi | suscitaverunt] concitaverunt Wi | exacerbaverunt] ad iracundiam concitaverunt W S V (– Wi: corruperunt) ● **3** commorati Wi | in Domino] per Dominum Wi | testimonium perhibente ... dante] qui testimonium perhibebat ... et dabat Wi ● **4** quidem *om.* Wi ● **5** eos] illos Wi ● **6** intellegentes] ipsi intellegentes Wi | ad regionem in circuitu] universam in circuitu regionem W S V ● **7** evangelizantes erant] evangelizabant Wi; *add.* et commota est omnis multitudo in doctrina eorum. Paulus autem et Barnabas morabantur Lystris Co E St Si ● **8** in *om.* V ● **9** intuitus] *add.* est Wi | quia] quod Wi | ~ fidem haberet V

super pedes tuos rectus!». Et exsilivit et ambulabat. **11** Tur-
bae autem cum vidissent, quod fecerat Paulus, levaverunt
vocem suam Lycaonice dicentes: «Dii similes facti homini-
bus descenderunt ad nos!»; **12** et vocabant Barnabam
Iovem, Paulum vero Mercurium, quoniam ipse erat dux
verbi.

13 Sacerdos quoque templi Iovis, quod erat ante civita-
tem, tauros et coronas ad ianuas afferens cum populis, vole-
bat sacrificare. **14** Quod ubi audierunt apostoli Barnabas et
Paulus, conscissis tunicis suis, exsilierunt in turbam claman-
10,26 tes **15** et dicentes: «Viri, quid haec facitis? Et nos mortales
Jc 5,17 sumus similes vobis homines, evangelizantes vobis ab his
Ex 20,11 Ps 146,6 vanis converti ad Deum vivum, *qui fecit caelum et terram et*
Is 37,16 Jr 32,17 *mare et omnia, quae in eis sunt*. **16** Qui in praeteritis genera-
tionibus permisit omnes gentes ambulare in viis suis; **17** et
17,24-28 R 1,19s quidem non sine testimonio semetipsum reliquit benefa-
ciens, de caelo dans vobis pluvias et tempora fructifera, im-
plens cibo et laetitia corda vestra». **18** Et haec dicentes vix
sedaverunt turbas, ne sibi immolarent. **19** Supervenerunt
autem ab Antiochia et Iconio Iudaei et persuasis turbis
2K 11,25 2T 3,11 lapidantesque Paulum trahebant extra civitatem aestiman-
tes eum mortuum esse. **20** Circumdantibus autem eum disci-
pulis, surgens intravit civitatem. Et postera die profectus est

11 turbae autem cum vidissent] cumque turbae vidissent Wi • **13** templi *om.* W S V | quod] qui W S V | ad] ante W S V | cum populis] cum turba Wi • **14** in turbas W S V • **15** evangelizantes] annuntiantes W S V | terram mare E Wi • **16** praeteritis generationibus] superioribus saeculis Wi | dimisit W S V | ambulare in viis suis] ingredi (+ in S) vias suas W S V • **17** vobis *om.* W S V | vestra] nostra Co L P C; eorum G E Wi St Si • **18** haec] hoc G E Wi • **19** autem] *add.* quidam W S V | lapidantesque] lapidantes G Co St; lapidaverunt Wi | trahebant] (+ et Wi) traxerunt W S V | aestimantes] existimantes L P Si C • **20** intravit] *add.* in G

cum Barnaba in Derben.

Paulus et Barnabas Antiochiam Syriae revertuntur: 14,21-28

21 Cumque evangelizassent civitati illi et docuissent mul-
tos, reversi sunt Lystram et Iconium et Antiochiam **22** con-
firmantes animas discipulorum, exhortantes, ut permane- 11,23 1 Th 3,2s
rent in fide, et quoniam per multas tribulationes oportet nos
intrare in regnum Dei. **23** Et cum ordinassent illis per singu- 20,28
las ecclesias presbyteros et orassent cum ieiunationibus,
commendaverunt eos Domino, in quem crediderant.
24 Transeuntesque Pisidiam venerunt Pamphyliam, **25** et
loquentes in Perge verbum descenderunt in Attaliam. **26** Et 8,4; 10,36.44; 11,19; 16,6
inde navigaverunt Antiochiam, unde erant traditi gratiae 13,1 s
Dei in opus, quod compleverunt.

27 Cum autem venissent et congregassent ecclesiam, ret-
tulerunt quanta fecisset Deus cum illis et quia aperuisset 1 K 16,9
gentibus ostium fidei. **28** Morati sunt autem tempus non
modicum cum discipulis.

Concilium Hierosolymitanum: 15,1-35
Quaestio de circumcisione: 15,1-5

15 Et quidam descendentes de Iudaea docebant fratres: 15,24 G 1,7; 5,10
«Nisi circumcidamini secundum morem Moysis, non
potestis salvi fieri».

2 Facta autem seditione et conquisitione non minima
Paulo et Barnabae adversum illos, statuerunt, ut ascende- G 2,1
rent Paulus et Barnabas et quidam alii ex illis ad apostolos
et presbyteros in Ierusalem super hac quaestione. **3** Illi igitur
deducti ab ecclesia pertransiebant Phoenicen et Samariam

22 exhortantesque W V | quoniam] quod Wi • 23 ordinassent] constituissent W S V | ieiunationibus] ieiuniis Wi | crediderunt W S V • 24 transeuntesque] et cum peragrassent Wi | in Pamphyliam W V • 25 in Perge verbum] verbum Domini in Pergen (Perge Wi Si) V; in Pergen verbum Domini W S | Italiam G St; Nataliam Co • 26 in] ad Wi • 27 illis] eis Wi | et[2] *om.* W S | quia] quod Wi • 28 commorati Wi | autem] *add.* ibi Wi

¶ 15.1 fratres] *add.* quia (quod Wi) W S V | salvi fieri] salvari W V • 2 autem] ergo W S V | et conquisitione *om.* W S V (– Wi: et disceptatione) | minima] parva Wi | ~ adversum illos Paulo et Barnabae Wi | adversus W V | ex illis] ex aliis V (– Co; – Wi: ex ipsis) • 3 igitur] ergo V | pertransibant V (– Wi: peragrabant) | Phoeniciam Wi

narrantes conversionem gentium et faciebant gaudium mag-
num omnibus fratribus. **4** Cum autem venissent Hierosoly-
mam, suscepti sunt ab ecclesia et apostolis et presbyteris et
annuntiaverunt quanta Deus fecisset cum illis. **5** Surrexe-
runt autem quidam de haeresi pharisaeorum, qui credide-
rant, dicentes: «Oportet circumcidere eos, praecipere quo-
que servare legem Moysis!».

Conveniunt apostoli et seniores cum fratribus: 15,6-21

6 Conveneruntque apostoli et presbyteri videre de verbo
hoc. **7** Cum autem magna conquisitio fieret, surgens Petrus
dixit ad eos: «Viri fratres, vos scitis quoniam ab antiquis
diebus in vobis elegit Deus per os meum audire gentes ver-
bum evangelii et credere; **8** et qui novit corda, Deus testimo-
10,44; 11,15 nium perhibuit illis dans Spiritum Sanctum sicut et nobis
10,34s **9** et nihil discrevit inter nos et illos fide purificans corda
Mt 23,4 G 3,10; 5,1 eorum. **10** Nunc ergo quid tentatis Deum imponere iugum
super cervicem discipulorum, quod neque patres nostri
G 2,16 E 2,4-10 neque nos portare potuimus? **11** Sed per gratiam Domini
Iesu credimus salvari quemadmodum et illi».

12 Tacuit autem omnis multitudo, et audiebant Barna-
bam et Paulum narrantes quanta fecisset Deus signa et pro-
21,18 G 2,9 digia in gentibus per eos. **13** Et postquam tacuerunt, respon-

3 conversionem] conversationem G | faciebant] adferebant Wi ● 4 et ab apostolis W S V (– Wi) | presbyteris] (+ a W) senioribus W S V | et annuntiaverunt] annuntiantes W S V | illis] ipsis Wi ● 5 crediderunt V (– Wi) | dicentes] *add.* quia (quod Wi) W S V | circumcidi W S V (– Wi) | praecipere quoque] et praecipere Wi ● 6 presbyteri] seniores W S V | ~ hoc verbo Wi ● 7 conquisitio] disceptatio Wi | quoniam] quod Wi | in vobis elegit Deus] Deus in nobis elegit V (– G Wi); in nobis elegit Deus W S G; Deus inter nos elegit Wi ● 8 et[1]] Deus Wi | Deus *om.* Wi | perhibuit] *add.* eis Wi | ~ dans illis (eis Wi) W S V ● 10 imponere] ut imponatur Wi | cervices V | ~ nos neque patres nostri G E Wi ● 11 Iesu] *add.* Christi V (– G; – E Wi: nostri Iesu Christi) ● 12 ~ Deus fecisset V

dit Iacobus dicens: «Viri fratres, audite me. **14** Simeon
narravit quemadmodum primum Deus visitavit sumere ex
gentibus populum nomini suo, **15** et huic concordant verba
Prophetarum, sicut scriptum est:

16 "*Post haec revertar* Jr 12,15
et reaedificabo tabernaculum David, quod decidit, Am 9,11s Ⓖ
et diruta eius reaedificabo et erigam illud,
17 *ut requirant reliqui hominum Dominum*
et omnes gentes, super quas invocatum est nomen meum,
dicit Dominus faciens haec **18** nota a saeculo". Is 45,21

19 Propter quod ego iudico non inquietari eos, qui ex
gentibus convertuntur ad Deum, **20** sed scribere ad eos, ut
abstineant se a contaminationibus simulacrorum et forni- 29; 21,25 Lv 18,6-18
catione et suffocato et sanguine. **21** Moyses enim a genera-
tionibus antiquis habet in singulis civitatibus, qui eum prae-
dicent in synagogis, ubi per omne sabbatum legitur».

Epistula concilii: 15,22-29

22 Tunc placuit apostolis et presbyteris cum omni eccle-
sia electos viros ex eis mittere Antiochiam cum Paulo et
Barnaba: Iudam, qui cognominatur Barsabbas, et Silam,
viros primos in fratribus, **23** scribentes per manum eorum:

14 Simon V ● **16** reaedificabo[1]] aedificabo W S | decidit] collapsum est Wi ● **17** reliqui hominum Dominum] ceteri hominum dominum W S V (– Wi: dominum reliquiae hominum) | faciens haec] qui facit haec omnia Wi ● **18** nota a saeculo] notum a saeculo est Domino opus suum W S V (– Wi: nota sunt a saeculo Domino omnia opera sua) ● **19** propter quod ... eos] quare ego decerno non esse turbandos eos Wi | Deum] Dominum W ● **20** scribere] scribendum Wi | se *om.* Wi | suffocatis W S V (– Wi) ● **21** generationibus] temporibus W S V ● **22** presbyteris] senioribus W S V | electos] eligere W S V | et mittere W S V | cognominabatur V | in fratribus] inter fratres Wi ● **23** scribentes] et scripserunt Wi | manus W S V

«Apostoli et presbyteri fratres his, qui sunt Antiochiae et
Syriae et Ciliciae fratribus ex gentibus, salutem! **24** Quon-
iam audivimus quia quidam ex nobis quibus non mandavi-
G 1,7; 5,10 mus, exeuntes turbaverunt vos verbis evertentes animas ves-
tras, **25** placuit nobis collectis in unum eligere viros et mit-
tere ad vos cum carissimis nobis Barnaba et Paulo, **26** ho-
minibus, qui tradiderunt animas suas pro nomine Domini
nostri Iesu Christi. **27** Misimus ergo Iudam et Silam, qui et
ipsi verbis referent eadem. **28** Visum est enim Spiritui Sancto
Mt 23,4 et nobis nihil ultra imponere vobis oneris quam haec neces-
1 K 8,1 sario: **29** abstinere ab idolothytis et sanguine et suffocatis
et fornicatione; a quibus custodientes vos bene agetis. Va-
lete».

Epistula traditur ecclesiae Antiochiae: 15,30-35

30 Illi igitur dimissi descenderunt Antiochiam et, congre-
gata multitudine, tradiderunt epistulam; **31** quam cum le-
11,27; 13,1 gissent, gavisi sunt super consolatione. **32** Iudas quoque et
Silas, cum et ipsi essent prophetae, verbo plurimo consolati
sunt fratres et confirmaverunt. **33** Facto autem tempore, di-
missi sunt cum pace a fratribus ad eos, qui miserant illos.
(**34**) **35** Paulus autem et Barnabas demorabantur Antiochiae
docentes et evangelizantes cum aliis pluribus verbum Do-
mini.

23 presbyteri] seniores W S V | his qui sunt] fratribus qui sunt ex gentibus Wi | Syriae et Ciliciae] in Syria et Cilicia Wi | fratribus ex gentibus *om.* Wi ● 24 quibus non mandavimus exeuntes turbaverunt vos verbis evertentes animas vestras] ~ 4-10 1-3 W S V (– Wi: 4-7 labefactantes 9-10 iubentes circumcidi et servare legem 1-3) ● 25 in unum] unanimiter Wi | nobis[2]] nostris W S V ● 27 ipsi] *add.* vobis W S V | ~ eadem referent verbis Wi ● 28 necessaria V ● 29 abstinere ab idolothytis] ut abstineatis vos ab immolatis simulacrorum W S V (– Wi: ut abstineatis ab idolothytis) | et suffocatis] et (– W S) suffocato W S V ● 30 igitur] ergo V | tradiderunt] reddiderunt Wi ● 32 quoque] autem W S V | ~ et ipsi cum essent W S V (– Wi: cum essent et ipsi) | plurimo] ubertim Wi ● 33 facto] commorati Wi | autem] *add.* ibi W S; *add.* ibi (– Wi) aliquanto V | eos] apostolos Wi ● 34 Visum est autem Silae ibi remanere: Iudas autem solus abiit Ierusalem V (– L P; – Wi: visum est autem Silae ibi permanere) ● 35 commorabantur Wi

Pauli iter secundum: 15,36–18,22

Paulus et Barnabas discedunt ab invicem: 15,36-41

36 Post aliquot autem dies dixit ad Barnabam Paulus:
«Revertentes visitemus fratres per universas civitates, in
quibus praedicavimus verbum Domini, quomodo se ha-
beant». **37** Barnabas autem volebat secum assumere et
Ioannem, qui cognominatur Marcus; **38** Paulus autem iudi- 12,12.25
cabat eum, qui discessisset ab eis a Pamphylia et non isset 13,13 Kol 4,10
cum eis in opus, non debere recipi eum. **39** Facta est autem
exacerbatio, ita ut discederent ab invicem, et Barnabas, as-
sumpto Marco, navigaret Cyprum. **40** Paulus vero, electo
Sila, profectus est, traditus gratiae Domini a fratribus;
41 perambulabat autem Syriam et Ciliciam confirmans ec- 9,30; 11,25 G 1,21
clesias.

Paulus in Lycaonia: 16,1-5

16 Pervenit autem in Derben et Lystram. Et ecce disci-
pulus quidam erat ibi nomine Timotheus, filius mu- 17,14 R 16,21 Ph 2,19
lieris Iudaeae fidelis, patre autem Graeco; **2** huic testimo- 1 K 4,17 2 T 1,5
nium reddebant, qui in Lystris erant et Iconii fratres. **3** Hunc
voluit Paulus secum proficisci et assumens circumcidit eum
propter Iudaeos, qui erant in illis locis; sciebant enim omnes
quod pater eius Graecus esset. **4** Cum autem pertransirent 15,23-29
civitates, tradebant eis custodire dogmata, quae erant de-
creta ab apostolis et presbyteris, qui essent Hierosolymis.
5 Ecclesiae quidem confirmabantur fide et abundabant nu-
mero cotidie.

36 universas] omnes Wi • **37** cognominabatur V • **38** iudicabat] rogabat W S V (- Wi) | iudicabat ... Pamphylia] nolebat eum adiungi quoniam in Pamphylia deserverat eos Wi | eum[1]] *add.* ut V (- Wi) | a] de W V (- Wi) | isset] venisset Co; ierat Wi | non debere recipi eum *om.* Wi | eum[2] *om.* V • **39** exacerbatio] dissensio W S V (- Wi: acris concertatio) | et Barnabas] *add.* quidem V | navigaret] navigavit in Wi • **40** vero] autem G | Domini] Dei V • **41** perambulabat] peragrabat Wi | ecclesias] *add.* praecipiens custodire praecepta apostolorum et seniorum V (- Wi); ecclesiam G
¶ **16.1** in *om.* C | Iudaeae] viduae V (- Co Si C) | autem Graeco] gentili W S V • **2** testimonium] *add.* bonum V | *pon.* fratres *post* reddebant Wi | in *om.* Wi | Iconio W V (- Wi) • **3** Graecus esset] erat gentilis V; gentilis esset W S • **4** pertransirent] peragrarent Wi | presbyteris] senioribus W S V | essent] erant V • **5** et ecclesiae quidem W S V | abundabant] crescebant Wi

Iter per Asiam ad Troadem: 16,6-10

18,23 **6** Transierunt autem Phrygiam et Galatiae regionem,
vetati a Sancto Spiritu loqui verbum in Asia; **7** cum venis-
sent autem circa Mysiam, tentabant ire Bithyniam, et non
permisit eos Spiritus Iesu; **8** cum autem praeterissent My-
siam, descenderunt Troadem. **9** Et visio per noctem Paulo
ostensa est: vir Macedo quidam erat stans et deprecans
eum et dicens: «Transiens in Macedoniam, adiuva nos!».
10 Ut autem visum vidit, statim quaesivimus proficisci in
Macedoniam, certi facti quia vocasset nos Deus evangeli-
zare eis.

Paulus in Philippis: 16,11-40

11 Navigantes autem a Troade recto cursu venimus Sa-
mothraciam et sequenti die Neapolim **12** et inde Philippos,
quae est prima partis Macedoniae civitas, colonia. Eramus
autem in hac urbe diebus aliquot commorantes. **13** Die
autem sabbatorum egressi sumus foras portam iuxta flumen,
ubi putabamus orationem esse, et sedentes loquebamur
mulieribus, quae convenerant. **14** Et quaedam mulier no-
mine Lydia, purpuraria civitatis Thyatirenorum colens
Deum, audiebat, cuius Dominus aperuit cor intendere his,
quae dicebantur a Paulo. **15** Cum autem baptizata esset et
domus eius, deprecata est dicens: «Si iudicastis me fidelem
Domino esse, introite in domum meam et manete»; et
coegit nos.

6 transeuntes W S V (– Wi: peragrantes) | vetati] *add.* sunt W S V | ~ Spiritu Sancto V | verbum] *add.* Dei V (– L P) ● **7** circa] in W S V | in Bithyniam V | Iesu *om.* Wi ● **8** praeterissent] pertransissent W S V | in Troadem Wi ● **10** visum] visionem Wi | quia] quod V | Deus] Dominus Wi ● **11** in Samothraciam Wi ● **12** Philippis W S G E | civitatis St | commorantes] conferentes W S G St C; consistentes V (– G St C) ● **13** foras] extra Wi | putabamus orationem esse] videbatur oratio esse W S V (– Wi: solebat praecatio fieri) ● **14** Lydda Wi | audivit W S V (– Wi: auscultabat) | ~ cor aperuit Dominus Wi

16 Factum est autem euntibus nobis ad orationem, pu-
ellam quandam habentem spiritum pythonem obviare nobis,
quae quaestum magnum praestabat dominis suis divinando.
17 Haec subsecuta Paulum et nos clamabat dicens: «Isti
homines servi Dei Altissimi sunt, qui annuntiant vobis viam Mc 1,24-26.34
salutis». **18** Hoc autem faciebat multis diebus. Dolens autem
Paulus et conversus spiritui dixit: «Praecipio tibi in nomine
Iesu Christi exire ab ea»; et exiit eadem hora. **19** Videntes
autem domini eius quia exivit spes quaestus eorum, appre-
hendentes Paulum et Silam traxerunt in forum ad principes
20 et producentes eos magistratibus dixerunt: «Hi homines
conturbant civitatem nostram, cum sint Iudaei, **21** et annun-
tiant mores, quos non licet nobis suscipere neque facere,
cum simus Romani». **22** Et concurrit plebs adversus eos, et
magistratus scissis tunicis eorum iusserunt virgis caedi **23** et, 2 K 11,25 1 Th 2,2
cum multas plagas eis imposuissent, miserunt eos in car-
cerem, praecipientes custodi, ut caute custodiret eos; **24** qui
cum tale praeceptum accepisset, misit eos in interiorem
carcerem et pedes eorum strinxit in ligno.

25 Media autem nocte Paulus et Silas orantes laudabant
Deum, et audiebant eos, qui in custodia erant; **26** subito
vero terraemotus factus est magnus, ita ut moverentur fun-
damenta carceris, et aperta sunt statim ostia omnia, et

16 puella quaedam habens Wi | obviaret Wi ● **17** subsecuta] *add.* est Co | Altissimi] excelsi W S V (~ excelsi Dei Co) ● **19** quia] quod Wi | traxerunt] perduxerunt W S V | principes] magistratus Wi ● **20** producentes] offerentes W S V ● **21** morem quem W S V ● **22** cucurrit V | iusserunt] *add.* eos V ● **23** imposuissent] inflixissent Wi | caute] diligenter W S V ● **24** in² *om.* V ● **25** adorantes W S G Co E Wi | et audiebant ... erant] et reliqui vincti audiebant eos Wi ● **26** ~ et statim aperta sunt omnia ostia V

universorum vincula soluta sunt. **27** Expergefactus autem
custos carceris et videns apertas ianuas carceris, evaginato
gladio volebat se interficere, aestimans fugisse vinctos.
28 Clamavit autem Paulus magna voce dicens: «Nihil fe-
ceris tibi mali; universi enim hic sumus». **29** Petitoque lu-
mine intro cucurrit et tremefactus procidit Paulo et Silae
2,37 J 6,28 **30** et producens eos foras ait: «Domini, quid me oportet
11,14 J 6,29 facere, ut salvus fiam?». **31** At illi dixerunt: «Crede in Do-
mino Iesu et salvus eris tu et domus tua». **32** Et locuti sunt
ei verbum Domini cum omnibus, qui erant in domo eius.
33 Et tollens eos in illa hora noctis lavit eos a plagis, et
baptizatus est ipse et omnes eius continuo; **34** cumque per-
duxisset eos in domum, apposuit mensam et laetatus est
cum omni domo sua credens Deo.

35 Et cum dies factus esset, miserunt magistratus lictores
dicentes: «Dimitte homines illos!». **36** Nuntiavit autem
custos carceris verba haec Paulo: «Miserunt magistratus,
ut dimittamini; nunc igitur exeuntes ite in pace». **37** Paulus
22,25.29 autem dixit eis: «Caesos nos publice indemnatos, cum ho-
mines Romani essemus, miserunt in carcerem; et nunc
occulte nos eiciunt? Non ita, sed veniant et ipsi nos edu-
cant». **38** Nuntiaverunt autem magistratibus lictores verba

26 universorum] omnium Wi ● 27 ~ ianuas apertas V | aestimans] existimans Wi ● 28 ~ voce magna V | ~ tibi mali feceris V (– G) ● 29 intro cucurrit] introgressus (ingressus Wi) est W S V | Silae] *add.* ad pedes V ● 31 in Dominum Iesum V ● 32 cum] et Wi ● 33 tollens] adducens Wi | eos a plagis] plagas eorum W S V | omnes] omnis domus V ● 34 domum] *add.* suam W S V | apposuit] *add.* eis W S V ● 35 dimittite W ● 36 Paulo] *add.* quia (quod Wi) W S V | ite cum pace Wi ● 37 indemnatos] indicta causa Wi | cum homines Romani essemus] homines Romanos W S V (– Wi: cum Romani simus) | miserunt] coniecerunt Wi | et nunc occulte ... nos educant] nunc clam liceat nos urbe pellere? nequaquam sed veniant ipsi Wi | educant] eiciant W S V (– Wi)

haec. Timueruntque audito quod Romani essent, 39 et
venientes deprecati sunt eos et educentes rogabant, ut
egrederentur urbem. 40 Exeuntes autem de carcere intro-
ierunt ad Lydiam et, visis fratribus, consolati sunt eos et
profecti sunt.

Thessalonicae et Beroeae: 17,1-15

17 Cum autem perambulassent Amphipolim et Apollo-
niam, venerunt Thessalonicam, ubi erat synagoga 1 Th 2,2
Iudaeorum. 2 Secundum consuetudinem autem suam Paulus
introivit ad eos et per sabbata tria disserebat eis de Scriptu-
ris 3 adaperiens et comprobans quia Christum oportebat L 24,26s.45s
pati et resurgere a mortuis, et: «Hic est Christus, Iesus,
quem ego annuntio vobis». 4 Et quidam ex eis crediderunt
et adiuncti sunt Paulo et Silae et de colentibus Graecis mul-
titudo magna et mulieres nobiles non paucae. 5 Zelantes
autem Iudaei assumentesque de foro viros quosdam malos
et turba facta concitaverunt civitatem, et assistentes domui
Iasonis quaerebant eos producere in populum. 6 Et cum non R 16,21
invenissent eos, trahebant Iasonem et quosdam fratres ad
politarchas clamantes: «Qui orbem concitaverunt, isti et
huc venerunt, 7 quos suscepit Iason; et hi omnes contra de- L 23,2 J 19,12
creta Caesaris faciunt, regem alium dicentes esse, Iesum».
8 Concitaverunt autem plebem et politarchas audientes

38 audito] cum audissent Wi • 39 urbem] de urbe W V (– Wi: ex urbe) • 40 ex carcere Wi

¶ 17.2 suam *om.* W S V • 3 aperiens Wi | comprobans] insinuans W S V (– Wi: proponens) | quia] quod Wi | oportuit W S V | et[3]] *add.* quia (quod Wi) W S V | ~ Iesus Christus V • 4 de colentibus ... magna] multitudo magna religiosorum gentilium Wi | Graecis] gentilibusque W S Co E Si C; gentilibus G St L P • 5 autem] *add.* increduli Wi | foro] vulgo W S V | assistentes domui] invadentes domum Wi | ad populum Wi • 6 politarchas] principes civitatis W S V | clamantes] *add.* quoniam hi W S V (– Wi: *add.* quod hi sint) | orbem] urbem G E St Si C | concitant W S V (– Wi: conturbarunt) | isti *om.* W S V • 8 politarchas] principes civitatis W S V

haec; **9** et accepto satis ab Iasone et a ceteris, dimiserunt
eos.

10 Fratres vero confestim per noctem dimiserunt Paulum
et Silam in Beroeam; qui cum advenissent, in synagogam
Iudaeorum introierunt. **11** Hi autem erant nobiliores eorum,
qui sunt Thessalonicae, qui susceperunt verbum cum omni
J 5,39 aviditate, cotidie scrutantes Scripturas si haec ita se habe-
rent. **12** Et multi quidem crediderunt ex eis et Graecarum
mulierum honestarum et virorum non pauci. **13** Cum autem
1 Th 2,14-16 cognovissent in Thessalonica Iudaei quia et Beroeae annun-
tiatum est a Paulo verbum Dei, venerunt et illuc commoven-
tes et turbantes multitudinem. **14** Statimque tunc Paulum
dimiserunt fratres, ut iret usque ad mare; Silas autem et
Timotheus remanserunt ibi. **15** Qui autem deducebant Pau-
1 Th 3,1 lum, perduxerunt usque Athenas, at accepto mandato ad
Silam et Timotheum, ut quam celerrime venirent ad illum,
profecti sunt.

Athenis: 17,16-34

16 Paulus autem cum Athenis eos exspectaret, irritabatur
spiritus eius in ipso videns idololatriae deditam civitatem.
17 Disputabat igitur in synagoga cum Iudaeis et colentibus
et in foro per omnes dies ad eos, qui aderant. **18** Quidam
1 K 1,22 autem ex Epicureis et Stoicis philosophi disserebant cum
eo. Et quidam dicebant: «Quid vult seminiverbius hic di-
cere?»; alii vero: «Novorum daemoniorum videtur annun-

9 accepto satis] accepta satisfactione V | a Iasone V | a *om.* E ● 10 qui] quo Wi | venissent V ● 11 eorum] his Wi | aviditate] promptitudine Wi | si] an Wi ● 12 Graecarum mulierum honestarum] mulierum gentilium (~ gentilium mulierum W S) honestarum W S V (– Wi: honestae mulieres gentiles) | viri W S V ● 13 cognovissent] comperissent Wi | quia] quod Wi | annuntiatum] praedicatum W S V | et turbantes *om.* Wi ● 15 perduxerunt] *add.* eum V | usque] *add.* ad G Co St L P; *om.* Wi | Athenis E | at] et W S V | mandato] *add.* ab eo W S V | celeriter W S V (– Wi) | illum] Paulum Wi ● 16 ~ cum autem Paulus Wi | irritabatur] incitabatur W S V (– Wi: incandescebat) | videns] ubi vidit Wi | idolatriae W S Co; idolatrio G ● 17 colentibus] religiosis Wi | per omnes ... aderant] cotidie apud eos qui forte aderant Wi | aderant] audierant G E St ● 18 ex Epicureis et Stoicis] Epicurei et Stoici W S V | seminiverbius hic] hic scurra Wi; seminator verborum L P

tiator esse», quia Iesum et resurrectionem evangelizabat.
19 Et apprehensum eum ad Areopagum duxerunt dicentes:
«Possumus scire quae est haec nova, quae a te dicitur doctrina? **20** Mira enim quaedam infers auribus nostris; volumus ergo scire quidnam velint haec esse». **21** Athenienses
autem omnes et advenae hospites ad nihil aliud vacabant nisi aut dicere aut audire aliquid novi.

22 Stans autem Paulus in medio Areopagi ait: «Viri Athenienses, per omnia quasi superstitiosiores vos video;
23 praeteriens enim et videns simulacra vestra inveni et aram, in qua scriptum erat: "Ignoto deo". Quod ergo ignorantes colitis, hoc ego annuntio vobis. **24** Deus, qui fecit *24–28: R 1,19s*
mundum et omnia, quae in eo sunt, hic, caeli et terrae cum sit Dominus, non in manufactis templis inhabitat, **25** nec
manibus humanis colitur indigens aliquo, cum ipse det Ps 50,10-13
omnibus vitam et inspirationem et omnia; **26** fecitque ex
uno omne genus hominum inhabitare super universam faciem terrae, definiens statuta tempora et terminos habitationis eorum, **27** quaerere Deum si forte attrectent eum et Dt 32,8 Job 12,23
inveniant, quamvis non longe sit ab unoquoque nostrum. Is 55,6 Jr 29,12-14 Sap 13,6 Ps 145,18

18 evangelizabat] annuntiabat eis W S V • 19 ~ doctrina quae a te dicitur Wi • 20 mira] nova W S V | adfers Wi • 21 advenae hospites] hospites qui ibi versabantur Wi | aut[1] *om.* Wi | aut[2]] et Wi • 22 superstitiosos V (– Wi Si C) • 23 quod ... hoc] quem ... hunc Wi • 24 ~ cum sit Dominus caeli et terrae Wi | Dominus] Deus G St | non manufactis G | habitat V (– G) • 25 inspirationem et omnia] spiritum per omnia Wi • 26 ex uno] ex unius sanguine Wi | inhabitare] ut habitet Wi | definiens] ac definivit Wi | statuta] certa Wi • 27 quaerere] ut quaererent Wi | attractent G; palpent Wi | et] aut W S V (– Co)

Jr 23,24 Ps 139 **28** In ipso enim vivimus et movemur et sumus, sicut et qui-
R 11,36 1K 8,6 dam vestrum poetarum dixerunt:
Kol 1,16s "Ipsius enim et genus sumus".
29 Genus ergo cum simus Dei, non debemus aestimare
auro aut argento aut lapidi, sculpturae artis et cogitationis
hominis, divinum esse simile. **30** Et tempora quidem igno-
rantiae despiciens Deus, nunc annuntiat hominibus, ut
omnes ubique paenitentiam agant, **31** eo quod statuit diem,
Ps 96,13; 98,9 in qua iudicaturus est orbem in iustitia in viro, quem con-
stituit, fidem praebens omnibus suscitans eum a mortuis».
1K 1,23 **32** Cum audissent autem resurrectionem mortuorum, qui-
dam quidem irridebant, quidam vero dixerunt: «Audiemus
te de hoc iterum». **33** Sic Paulus exivit de medio eorum.
34 Quidam vero viri adhaerentes ei crediderunt, in quibus
et Dionysius Areopagita et mulier nomine Damaris et alii
cum eis.

Corinthi: 18,1-17

18 Post haec discedens ab Athenis venit Corinthum. **2** Et
18.26 R 16,3 inveniens quendam Iudaeum nomine Aquilam, Ponti-
1K 16,19 2T 4,19 cum genere, qui nuper venerat ab Italia, et Priscillam uxo-
rem eius, eo quod praecepisset Claudius discedere omnes
Iudaeos a Roma, accessit ad eos **3** et, quia eiusdem erat
1K 4,12; 9,12 artis, manebat apud eos et operabatur; erant autem sceno-
factoriae artis. **4** Disputabat autem in synagoga per omne
sabbatum suadebatque Iudaeis et Graecis.
5 Cum venissent autem de Macedonia Silas et Timotheus,

28 vestrorum V • 29 auro et argento G E Wi St | sculpturae artis et cogitationis] arte sculpto et invento Wi • 30 et] *add.* cum Wi | quidem] *add.* huius W S V (- Wi: huius) | despiciens] dissimularit Wi • 31 in qua] in quo V | iustitia] aequitate W S V (- Wi) | in viro ... praebens] per virum, per quem decrevit fidem exhibere Wi | quem constituit] in quo statuit W S V (- Wi) • 32 quidem *om.* Wi | audiamus Co E Wi • 34 quibus] *add.* fuit Wi

¶ 18.1 discedens] egressus W S V • 2 ex Italia Wi | discedere ... Roma] ut omnes Iudaei Roma discederent Wi • 3 erant] erat W S Wi | scenofactoriae artis] ars texere aulaea Wi • 4 *vs. om.* W S | disputabat autem] et disputabat V | sabbatum] *add.* interponens nomen Domini Iesu V (- Wi)

instabat verbo Paulus testificans Iudaeis esse Christum
Iesum. **6** Contradicentibus autem eis et blasphemantibus,
excutiens vestimenta dixit ad eos: «Sanguis vester super Mt 27,24s
caput vestrum! Mundus ego. Ex hoc nunc ad gentes vadam».
7 Et migrans inde intravit in domum cuiusdam nomine Titi
Iusti, colentis Deum, cuius domus erat coniuncta synago-
gae. **8** Crispus autem archisynagogus credidit Domino cum 1 K 1,14
omni domo sua, et multi Corinthiorum audientes credebant
et baptizabantur.

9 Dixit autem Dominus nocte per visionem Paulo: «Noli
timere, sed loquere et ne taceas, **10** quia ego sum tecum, et 1 K 2,3 2 K 10,10
nemo apponetur tibi, ut noceat te, quoniam populus est
mihi multus in hac civitate». **11** Sedit autem annum et sex
menses docens apud eos verbum Dei.

12 Gallione autem proconsule Achaiae, insurrexerunt
uno animo Iudaei in Paulum et adduxerunt eum ad tribunal
13 dicentes: «Contra legem hic persuadet hominibus colere
Deum». **14** Incipiente autem Paulo aperire os, dixit Gallio
ad Iudaeos: «Si quidem esset iniquum aliquid aut facinus 25,18-20 J 18,31
pessimum, o Iudaei, merito vos sustinerem; **15** si vero
quaestiones sunt de verbo et nominibus et lege vestra, vos
ipsi videritis; iudex ego horum nolo esse». **16** Et minavit

5 instabat ... testificans] urgebat spiritus Paulum testificari Wi | ~ Iesum esse Christum Wi • 6 vestimenta] *add.* sua V | mundus ego sum Wi | ex hoc] post hac Wi | nunc *om.* W S V • 7 Titi *om.* Wi St • 10 quia] propter quod W S V (– Wi: nam) | apponetur tibi ut noceat te] invadet te ut laedat te Wi • 11 autem] *add.* ibi V (– L P) | apud *om.* Wi • 13 dicentes] *add.* quia (quod Wi) W S V • 14 quidem ... aliquid] qua iniuria esset Wi | pessimum] malum Wi | o viri Iudaei W S V (– Wi) | merito] recte W S V (– Wi) • 15 quaestio est Wi | verbo] sermore Wi | et[2] *om.* G Co E St Si | legis vestrae W S V (– Wi C) • 16 eminavit G; abegit Wi

1K 1,1 eos a tribunali. **17** Apprehendentes autem omnes Sosthenen,
principem synagogae, percutiebant ante tribunal; et nihil
horum Gallioni curae erat.

Paulus per Ephesum Antiochiam repetit: 18,18-22

18 Paulus vero, cum adhuc sustinuisset dies multos, fra-
tribus valefaciens navigabat Syriam, et cum eo Priscilla et
R 16,1 Aquila, qui sibi totonderat in Cenchreis caput; habebat
enim votum. **19** Deveneruntque Ephesum, et illos ibi reli-
quit, ipse vero ingressus synagogam disputabat cum Iudaeis.
20 Rogantibus autem eis, ut ampliore tempore maneret, non
R 1,10 1K 4,19 consensit, **21** sed valefaciens et dicens: «Iterum revertar ad
Jc 4,15 vos Deo volente», navigavit ab Epheso; **22** et descendens
Caesaream ascendit et salutavit ecclesiam et descendit
Antiochiam.

Pauli iter tertium: 18,23–21,17

23 Et facto ibi aliquanto tempore, profectus est peram-
bulans ex ordine Galaticam regionem et Phrygiam, confir-
mans omnes discipulos.

Apollo Alexandrinus Ephesi docet: 18,24-28

1K 1,12; 3,4-6 **24** Iudaeus autem quidam Apollo nomine, Alexandrinus
natione, vir eloquens, devenit Ephesum, potens in Scriptu-
ris. **25** Hic erat catechizatus viam Domini et fervens spiritu
loquebatur et docebat diligenter ea, quae sunt de Iesu, sciens
19,3s tantum baptisma Ioannis. **26** Hic ergo coepit fiducialiter
agere in synagoga; quem cum audissent Priscilla et Aquila,
assumpserunt eum et diligentius exposuerunt ei viam Dei.

17 omnes] *add.* Graeci Wi | percutiebant] *add.* eum W V | horum] eorum W S V • **18** adhuc ... multos] postea dies multos ibi commoratus esset Wi | valefaciens] valedicens Wi | navigavit W S V | in Syriam Co E Wi Si C | qui sibi ... caput] cum in Cenchreis caput rasisset Wi | totonderant W | habebant W • **19** devenitque W S V | disputavit S • **20** ampliori W S V | maneret] *add.* apud eos Co • **21** valefaciens et dicens] valedicens inquit Wi | iterum ... volente] omnino me oportet Ierosolymis agere id festum quod instat, iterum autem revertar ad vos Deo volente Wi | navigavit] profectus est W S V (– Wi: et solvit) • **22** descendens] venit Wi | in Antiochiam E Wi • **23** perambulans] peragrans Wi | Galatiam G Co E St Si • **24** natione] genere V (– G St) | venit Wi • **25** catechizatus] edoctus W S V | de *om.* W S V | Iesu] Domini Wi | tantum] solum Wi • **26** Dei] Domini V (– Co Wi)

27 Cum autem vellet transire in Achaiam, exhortati fratres
scripserunt discipulis, ut susciperent eum; qui cum venisset,
contulit multum his, qui crediderant per gratiam; **28** vehe-
menter enim Iudaeos revincebat publice ostendens per 5; 9,22; 17,3
Scripturas esse Christum Iesum.

Paulus discipulos Ioannis convenit: 19,1-7

19 Factum est autem cum Apollo esset Corinthi, ut Pau-
lus, peragratis superioribus partibus, veniret Ephe- 1 K 16,8
sum et inveniret quosdam discipulos, **2** dixitque ad eos: «Si
Spiritum Sanctum accepistis credentes?». At illi ad eum:
«Sed neque si Spiritus Sanctus est audivimus». **3** Ille vero
ait: «In quo ergo baptizati estis?». Qui dixerunt: «In Ioan-
nis baptismate». **4** Dixit autem Paulus: «Ioannes baptizavit Mt 3,11 L 3,16
baptisma paenitentiae, populo dicens in eum, qui venturus
esset post ipsum ut crederent, hoc est in Iesum». **5** His audi-
tis, baptizati sunt in nomine Domini Iesu; **6** et cum impo- 8,17
suisset illis manus Paulus, venit Spiritus Sanctus super eos,
et loquebantur linguis et prophetabant. **7** Erant autem
omnes viri fere duodecim.

Pauli ministerium Ephesi expletum: 19,8-10

8 Introgressus autem synagogam cum fiducia loquebatur

27 transire in] ire (+ in Wi) W S V | ~ fratres scripserunt discipulis exhortati Wi | crediderunt G Co E Wi St | per gratiam *om.* W S V ● 28 ~ Iesum esse Christum Wi ¶ 19,1 discipulos] de discipulis E Si ● 2 si^{1+2}] an Wi | illi] *add.* dixerunt V | est] sit Wi ● 4 baptismo V (– Co: baptismate) | populum W S V | eum] eo G | *pon.* ut crederent *post* dicens Wi ● 6 manum S ● 7 ~ fere viri G ● 8 ingressus E Wi | in synagogam Wi

per tres menses disputans et suadens de regno Dei. **9** Cum
autem quidam indurarentur et non crederent maledicentes
18,6 Tt 3,10s viam coram multitudine, discedens ab eis segregavit disci-
2J 10 pulos, cotidie disputans in schola Tyranni. **10** Hoc autem
factum est per biennium, ita ut omnes, qui habitabant in
Asia, audirent verbum Domini, Iudaei atque Graeci.

Virtutes Ephesi factae: 19,11-20

5,15 **11** Virtutesque non quaslibet Deus faciebat per manus
Pauli, **12** ita ut etiam super languidos deferrentur a corpore
eius sudaria vel semicinctia, et recederent ab eis languores,
et spiritus nequam egrederentur.
13 Tentaverunt autem quidam et de circumeuntibus
Iudaeis exorcistis invocare super eos, qui habebant spiritus
L 9,49 malos, nomen Domini Iesu dicentes: «Adiuro vos per Iesum,
quem Paulus praedicat». **14** Erant autem cuiusdam Scevae
Iudaei principis sacerdotum septem filii, qui hoc faciebant.
Mc 1,34 **15** Respondens autem spiritus nequam dixit eis: «Iesum
L 4,41 novi et Paulum scio, vos autem qui estis?». **16** Et insiliens
homo in eos, in quo erat spiritus malus, dominatus ambo-
rum invaluit contra eos, ita ut nudi et vulnerati effugerent
de domo illa. **17** Hoc autem notum factum est omnibus

9 viam] *add.* Domini V (– Wi: viae) | Tyranni] *add.* cuiusdam V ● **10** omnes *om.* G | Domini] *add.* Iesu Wi | Graeci] gentiles W S V ● **11** non] *add.* modicas Co E St Si | quaslibet] vulgares Wi | ~ faciebat Deus V | manum V ● **12** vel] et V (– L P) | recedebant W S V | nequam] mali Wi | egrediebantur W S V ● **13** Iesu] *add.* Christi G | adiuramus Wi ● **14** cuiusdam] quidam W S L P C | Scevae Iudaei] Iudaei nomine (– C) Scevae Co E Wi Si C ● **16** ~ in eos homo Si C | spiritus malus] daemonium pessimum et W S V (– Wi: malum daemonium) | dominatus ... contra eos] et praevaluit ambobus et superavit eos Wi

Iudaeis atque Graecis, qui habitabant Ephesi, et cecidit ti- 27s: 5,5.11
mor super omnes illos, et magnificabatur nomen Domini
Iesu. **18** Multique credentium veniebant confitentes et an-
nuntiantes actus suos. **19** Multi autem ex his, qui fuerant
curiosa sectati, conferentes libros combusserunt coram
omnibus; et computaverunt pretia illorum et invenerunt
argenti quinquaginta milia. **20** Ita fortiter verbum Domini 6,7; 12,24
crescebat et convalescebat.

De tumultu argentariorum: 19,21-40

21 His autem expletis, proposuit Paulus in Spiritu, transi-
ta Macedonia et Achaia, ire Hierosolymam, dicens: «Post-
quam fuero ibi, oportet me et Romam videre». **22** Mittens 23,11 R 1,10.13; 15,23-25 1 K 16,6
autem in Macedoniam duos ex ministrantibus sibi, Timo- R 16,21-23
theum et Erastum, ipse remansit ad tempus in Asia.

23 Facta est autem in illo tempore turbatio non minima 2 K 1,8
de via. **24** Demetrius enim quidam nomine, argentarius,
faciens aedes argenteas Dianae praestabat artificibus non
modicum quaestum; **25** quos congregans et eos, qui eius-
modi erant opifices, dixit: «Viri, scitis quia de hoc artificio
acquisitio est nobis **26** et videtis et auditis quia non solum
Ephesi, sed paene totius Asiae Paulus hic suadens avertit
multam turbam dicens quoniam non sunt dii, qui manibus 17,29
fiunt. **27** Non solum autem haec periclitatur nobis pars in
redargutionem venire, sed et magnae deae Dianae templum
in nihilum reputari, et destrui incipiet maiestas eius, quam
tota Asia et orbis colit».

28 His auditis, repleti sunt ira et clamabant dicentes:

17 Graecis] gentilibus W S V ● **18** actus suos] facta sua Wi ● **19** his] eis V | conferentes libros] contulerunt libros et W S V | combusserunt] *add.* eos Co E Wi St Si; *add.* omnes G | et computaverunt ... milia] et computatis pretiis (computato pretio Wi) illorum invenerunt pecuniam denariorum quinquaginta milium W S V ● **20** verbum Domini crescebat] verbum Dei crescebat W S; crescebat verbum Dei V (– Co: crescebat verbum Domini) | convalescebat] confirmabatur W S V (– Wi: praevalebat) ● **21** posuit S | dicens] *add.* quoniam W S G Co E Si C; *add.* quod Wi ● **23** in *om.* V | via] *add.* Domini V (– Wi: ista via) ● **25** congregans] convocans W S V | eos ... erant] reliquos talium rerum Wi | huiusmodi W St L P C | quia] quod Wi | de] ex Wi | ~ est nobis acquisitio (quaestus Wi) V ● **26** quia] quod Wi | totius Asiae] in tota Asia Wi | quoniam] quod Wi ● **27** periclitatur nobis pars] periclitabitur nobis pars W S V (– Wi: pars periclitabitur nobis) | in redargutionem venire] ne probetur Wi | deae *om.* W V | in nihilum] nihili Wi | reputabitur sed (– G Co St) et destrui W S V (– Wi: fiet et destrui) | incipiat Co | et orbis Asiae G ● **28** exclamaverunt W S V

1K 15,32 2K 1,8 «Magna Diana Ephesiorum!», **29** et impleta est civitas con-
fusione, et impetum fecerunt uno animo in theatrum, rapto
20,4; 27,2 Gaio et Aristarcho Macedonibus, comitibus Pauli. **30** Paulo
autem volente intrare in populum, non permiserunt disci-
puli; **31** quidam autem de Asiarchis, qui erant amici eius,
miserunt ad eum rogantes, ne se daret in theatrum. **32** Alii
autem aliud clamabant; erat enim ecclesia confusa, et plu-
res nesciebant qua ex causa convenissent.

33 De turba autem instruxerunt Alexandrum, propellen-
tibus eum Iudaeis; Alexander ergo, manu silentio postulato,
volebat rationem reddere populo. **34** Quem ut cognoverunt
Iudaeum esse, vox facta est una omnium quasi per horas
duas clamantium: «Magna Diana Ephesiorum!». **35** Et cum
sedasset scriba turbam, dixit: «Viri Ephesii, quis enim est
hominum, qui nesciat Ephesiorum civitatem cultricem esse
magnae Dianae et simulacri a Iove delapsi? **36** Cum ergo
his contradici non possit, oportet vos sedatos esse et nihil
temere agere. **37** Adduxistis enim homines istos neque sacri-
legos neque blasphemantes deam nostram. **38** Quod si De-
metrius et, qui cum eo sunt, artifices habent adversus ali-
quem causam, conventus forenses aguntur, et proconsules
sunt: accusent invicem. **39** Si quid autem ulterius quaeritis,
in legitima ecclesia poterit absolvi. **40** Nam et periclitamur
argui seditionis hodiernae, cum nullus obnoxius sit, de quo

29 civitas] *add.* tota V (– G Si C) • **30** intrare in] prodire ad Wi • **31** de Asiarchis] et de Asiae principibus W S V | se daret] prodiret Wi • **32** ecclesia] contio Wi • **33** ex turba Wi | instruxerunt] detraxerunt W S V (– Wi: produxerunt) | ergo] autem V | ~ reddere rationem V (– G Wi) • **34** ~ una est St L P Si C • **35** turbas W S V | enim *om.* Wi | et simulacri a Iove delapsi] Iovisque prolis W S V (– Wi: et simulacri caelitus delapsi) • **36** contradici non possit] nemo contradicat Wi • **37** nostram] vestram W S V • **38** proconsules] pro consulibus W S • **39** ulterius] alterius rei W S V (– Wi: de aliis rebus) | quaeritis] postulatis Wi | ecclesia] contione Wi • **40** periclitamur argui] periculum est ne accusemur Wi | nullus obnoxius sit de quo] nulla causa sit unde Wi

non possimus reddere rationem concursus istius». Et cum
haec dixisset, dimisit ecclesiam.

In Macedonia et Graecia: 20,1-6

20 Postquam autem cessavit tumultus, accersitis Paulus
discipulis et exhortatus eos, valedixit et profectus est, 2K 2,13
ut iret in Macedoniam. 2 Cum autem perambulasset partes
illas et exhortatus eos fuisset multo sermone, venit ad Grae-
ciam; 3 cumque fecisset menses tres, factae sunt illi insidiae
a Iudaeis navigaturo in Syriam, habuitque consilium, ut
reverteretur per Macedoniam. 4 Comitabatur autem eum
Sopater Pyrrhi Beroeensis, Thessalonicensium vero Aristar-
chus et Secundus et Gaius Derbeus et Timotheus, Asiani
vero Tychicus et Trophimus. 5 Hi cum praecessissent, susti-
nebant nos Troade; 6 nos vero navigavimus post dies Azy- 16,9
morum a Philippis et venimus ad eos Troadem in diebus 2K 2,12
quinque, ubi demorati sumus diebus septem.

Paulus Troade profecturus usque in mediam noctem disputat: 20,7-12

7 In una autem sabbatorum cum convenissemus ad fran- 1K 16,2 Ap 1,10
gendum panem, Paulus disputabat eis, profecturus in cras-
tinum, protraxitque sermonem usque in mediam noctem.
8 Erant autem lampades copiosae in cenaculo, ubi eramus
congregati; 9 sedens autem quidam adulescens nomine
Eutychus super fenestram, cum mergeretur somno gravi
disputante diutius Paulo, eductus somno cecidit de tertio
cenaculo deorsum et sublatus est mortuus. 10 Cum descen-
disset autem Paulus incubuit super eum et complexus dixit: 1Rg 17,21

40 non *om.* W V | dimisit ecclesiam] missam fecit contionem Wi
¶ 20.1 accersitis] vocatis W S V ● 2 perambulasset] peragrasset Wi | ~ eos exhortatus Wi | in Graeciam Wi ● 3 cumque] ubi cum W S V | fecisset] fuisset W E | habuitque consilium] decrevitque Wi | ut reverteretur] reverti Wi ● 4 comitabatur] comitatus est W S V | Sosipater V (– C) | Pyrrhi *om.* Wi | Gaius Derbensis Wi ● 5 sustinuerunt V (– Wi: exspectaverunt) ● 6 commorati sumus Wi ● 7 in¹ *om.* V | sabbati W S V | venissemus G St | disputabat] *add.* cum V (– L P) | in³] ad Wi ● 9 mergeretur ... Paulo] disputante diutius Paulo profundo somno gravaretur Wi | diutius] diu W S V (– Wi) | ductus V (– Wi: depressus) ● 10 cum descendisset autem] ad quem cum descendisset W S V

«Nolite turbari, anima enim ipsius in eo est!». **11** Ascendens
autem frangensque panem et gustans satisque allocutus
usque in lucem, sic profectus est. **12** Adduxerunt autem
puerum viventem et consolati sunt non minime.

A Troade Miletum devenit: 20,13-16

13 Nos autem praecedentes navi enavigavimus in Asson,
inde suscepturi Paulum, sic enim disposuerat volens ipse
per terram iter facere. **14** Cum autem convenisset nos in
Asson, assumpto eo, venimus Mitylenen **15** et inde navi-
gantes sequenti die pervenimus contra Chium et alia appli-
cuimus Samum et sequenti venimus Miletum. **16** Propo-
suerat enim Paulus transnavigare Ephesum, ne qua mora
illi fieret in Asia; festinabat enim, si possibile sibi esset, ut
diem Pentecosten faceret Hierosolymis.

Valedicit Ephesiis Miletum vocatis: 20,17-38

17 A Mileto autem mittens Ephesum convocavit presby-
teros ecclesiae. **18** Qui cum venissent ad eum, dixit eis: «Vos
scitis a prima die, qua ingressus sum in Asiam, qualiter
vobiscum per omne tempus fuerim, **19** serviens Domino
cum omni humilitate et lacrimis et tentationibus, quae mihi
acciderunt in insidiis Iudaeorum; **20** quomodo nihil sub-
traxerim utilium, quominus annuntiarem vobis et docerem
13,6-40; 14,15; vos publice et per domos, **21** testificans Iudaeis atque Grae-
17,1-4.10-13.16-34; 18,5-11; 19,8-10 cis in Deum paenitentiam et fidem in Dominum nostrum

10 eo] ipso V • **11** satisque] diu Wi | allocutus] *add.* est G Co E St Si; collocutus est cum eis Wi | in] ad W Wi | sic] et sic V (– L P C) • **12** consolati sunt non minime] non mediocrem consolationem ceperunt Wi • **13** praecedentes] ascendentes W S V | navem W S V (– G: *om.*) | navigavimus V | volens *om.* W S V | facturus W S V • **14** convenisset nos] convenissemus V (– L P: invenisset nos; – C) • **15** pervenimus] venimus W S V | alia] *add.* die W V (– L P C) | Samum] *add.* et mansimus in Trogyllio Wi | sequenti²] *add.* die W V (– Wi: proxima deinde die) • **16** transnavigare Ephesum] praeter Ephesum navigare Wi | Pentecostes Co Si C | faceret] ageret Wi • **17** vocavit W S V | presbyteros] maiores natu W S V (– Wi: seniores) • **18** eum] *add.* et simul essent W S V (– Wi) • **19** multis lacrimis Wi | in] ex W S V • **20** quomodo] et quod Wi | subtraxerim] *add.* vobis G Co E St Si; omiserim Wi | utilium] eorum, quae in rem vestram erant Wi • **21** Graecis] gentilibus W S V (– Wi: gentibus) | in] ad Wi

Iesum. 22 Et nunc ecce alligatus ego Spiritu vado in Ierusa-
lem, quae in ea eventura sint mihi ignorans, 23 nisi quod
Spiritus Sanctus per omnes civitates protestatur mihi dicens 9,16; 21,4.11
quoniam vincula et tribulationes me manent. 24 Sed nihili
facio animam meam pretiosam mihi, dummodo consum- 21,13 2T 4,7
mem cursum meum et ministerium, quod accepi a Domino
Iesu, testificari evangelium gratiae Dei. L 4,18-21

25 Et nunc ecce ego scio quia amplius non videbitis fa-
ciem meam vos omnes, per quos transivi praedicans reg- L 9,2; 10,9
num; 26 quapropter contestor vos hodierna die quia mun- 18,6
dus sum a sanguine omnium, 27 non enim subterfugi, quo-
minus annuntiarem omne consilium Dei vobis. 28 Attendite 14,23 1K 12,28
vobis et universo gregi, in quo vos Spiritus Sanctus posuit E 4,11 Tt 1,5 2T 1,6
episcopos, pascere ecclesiam Dei, quam acquisivit sanguine 1T 4,14-16 1P 5,2
suo. 29 Ego scio quoniam intrabunt post discessionem Mt 7,15
meam lupi graves in vos non parcentes gregi, 30 et ex vobis L 10,3 J 10,12
ipsis exsurgent viri loquentes perversa, ut abstrahant disci- G 4,17
pulos post se. 31 Propter quod vigilate memoria retinentes Mc 13,35.37 2K 2,4; 11,28
quoniam per triennium nocte et die non cessavi cum lacri- 1Th 2,11s
mis monens unumquemque vestrum.

32 Et nunc commendo vos Deo et verbo gratiae ipsius,

21 Iesum] *add.* Christum W S V (– Wi) • 22 ~ ego alligatus Co E Wi | ventura W V (– Wi) | sunt W Co E Wi • 23 ~ mihi protestatur (testatur Wi) V | quoniam] quod Wi | tribulationes] *add.* Hierosolymis V (– Wi) • 24 nihili] nihil horum vereor nec W S V (– Wi: nihil eorum moror nec) | facio animam] duco vitam Wi | pretiosam mihi] pretiosiorem quam me W S V | dummodo] *add.* ego E Wi | meum] *add.* cum gaudio Wi | ministerium] *add.* verbi V (– Wi L P) • 25 quia] quod Wi | regnum] *add.* Dei W S V • 26 testor Wi | quia mundus sum] quod mundus sim Wi • 28 attendite] cavete Wi | pascere] regere W S V | Dei] Domini et Dei Co • 29 quoniam] quod Wi | intrabunt *om.* Wi | graves] rapaces V | vos] *add.* irruent Wi • 30 surgent Wi | abstrahant] abducant W S V (– E: adducant) • 31 quoniam] quod Wi | monens] monere Wi • 32 vos] *add.* fratres Wi

1 Th 2,13 qui potens est aedificare et dare hereditatem in sanctificatis
Mt 10,8 1 K 9,12 omnibus. 33 Argentum aut aurum aut vestem nullius con-
1 Sm 12,3 cupivi; 34 ipsi scitis quoniam ad ea, quae mihi opus erant
et his, qui mecum sunt, ministraverunt manus istae. 35 Om-
18,3 1 K 4,12; 9,12 1 Th 2,9 nia ostendi vobis quoniam sic laborantes oportet suscipere
2 Th 3,7-9 Ph 4,9 infirmos, ac meminisse verborum Domini Iesu, quoniam
ipse dixit: "Beatius est magis dare quam accipere!"».

21,5 36 Et cum haec dixisset, positis genibus suis, cum omni-
bus illis oravit. 37 Magnus autem fletus factus est omnium,
R 16,16 1 K 16,20 et procumbentes super collum Pauli osculabantur eum
1 P 5,14 38 dolentes maxime in verbo, quod dixerat, quoniam am-
plius faciem eius non essent visuri. Et deducebant eum ad
navem.

A Mileto et Caesarea Hierosolymam pergit: 21,1-16

21 Cum autem factum esset ut navigaremus abstracti ab
eis, recto cursu venimus Cho et sequenti die Rhodum
et inde Patara; 2 et cum invenissemus navem transfretan-
tem in Phoenicen, ascendentes navigavimus. 3 Cum paruis-
semus autem Cypro, et relinquentes eam ad sinistram navi-
gabamus in Syriam et venimus Tyrum, ibi enim navis erat
expositura onus. 4 Inventis autem discipulis, mansimus ibi
20,23 diebus septem; qui Paulo dicebant per Spiritum, ne iret
Hierosolymam. 5 Et explicitis diebus, profecti ibamus,
deducentibus nos omnibus cum uxoribus et filiis usque foras
20,36 civitatem; et positis genibus in litore orantes, 6 valefecimus
invicem et ascendimus in navem, illi autem redierunt in sua.

32 hereditatem] *add.* nobis Wi • **33** aut[1]] et V • **34** sicut ipsi V (– L P) | sunt] erant Wi • **35** quoniam[1]] quod Wi | suscipere] sustentare Wi | verbi W S V | magis *om.* Wi • **36** ~ oravit cum omnibus illis V • **38** quod] quo S

¶ **21.1** factum esset ut navigaremus] solveremus Wi | C(h)oum V (– Wi: Con) | Pataram V (– G: Pateram) • **2** in *om.* W | Phoeniciam Wi | ascendentes navigavimus] solvimus navigaturi Wi • **3** apparuissemus V (– Wi: apparuisset) | autem] *add.* nobis Wi | Cyprus Wi | et[1] *om.* V | navigavimus W V | ~ expositura erat V • **4** iret] ascenderet W S V • **5** explicitis] expletis V | usque *om.* Wi | oravimus W S V • **6** valefecimus] et cum valefecissemus W S V (– Wi: et cum vale dixissemus) | et *om.* W S V | in[1] *om.* V (– E Wi) | ad sua E Wi

7 Nos vero navigatione explicita, a Tyro devenimus Ptole-
maida et salutatis fratribus mansimus die una apud illos.
8 Alia autem die profecti venimus Caesaream et intrantes
in domum Philippi evangelistae, qui erat de septem, mansi- 8,40
mus apud eum. **9** Huic autem erant filiae quattuor virgines 2,17
prophetantes. **10** Et cum moraremur plures dies, supervenit
quidam a Iudaea propheta nomine Agabus; **11** is cum venis- 11,28
set ad nos et tulisset zonam Pauli, alligans sibi pedes et
manus dixit: «Haec dicit Spiritus Sanctus: Virum, cuius est
zona haec, sic alligabunt in Ierusalem Iudaei et tradent in R 15,31
manus gentium». **12** Quod cum audissemus, rogabamus nos
et, qui loci illius erant, ne ipse ascenderet Ierusalem. **13** Tunc
respondit Paulus: «Quid facitis flentes et affligentes cor
meum? Ego enim non solum alligari sed et mori in Ierusa-
lem paratus sum propter nomen Domini Iesu». **14** Et cum ei
suadere non possemus, quievimus dicentes: «Domini volun-
tas fiat!».

15 Post dies autem istos praeparati ascendebamus Hiero-
solymam; **16** venerunt autem et ex discipulis a Caesarea
nobiscum adducentes apud quem hospitaremur, Mnaso-
nem quendam Cyprium, antiquum discipulum.

Captivitas Pauli: 21,17–28,31
De Pauli purificatione mosaica: 21,17-26

17 Et cum venissemus Hierosolymam, libenter excepe-
runt nos fratres. **18** Sequenti autem die introibat Paulus

7 explicita] expleta Co E Wi Si C | devenimus] descendimus W S V | Ptolemaidam V (– E: Ptolomaidam; – Wi: Ptolemaidem) • 8 profecti venimus] hi qui cum Paulo erant profecti venerunt Wi | in *om.* V (– G) | erat] *add.* unus V • 9 ~ quattuor filiae V • 10 plures dies] per dies aliquot W S V | quidam] *add.* vir V (– L P C) • 11 et tulisset ... alligans] tulit ... et alligans W S V | sibi] ei Wi • 12 ipse *om.* W S V | Ierosolymam W S V • 13 Paulus] *add.* et dixit W S V | enim] autem G Co E Wi St • 14 ei suadere] eum persuadere Wi • 15 Hierosolymam] (+ in V) Ierusalem W S V • 16 et] quidam V (– L P C) | adducentes] *add.* secum V (– Wi) | *pon.* apud quem hospitaremur *post* discipulum Wi | Iasonem V (– Wi C)

15,13 G 1,19 nobiscum ad Iacobum, omnesque collecti sunt presbyteri.
19 Quos cum salutasset, narrabat per singula, quae fecisset
Deus in gentibus per ministerium ipsius. 20 At illi cum
audissent, glorificabant Deum dixeruntque ei: «Vides, fra-
ter, quot milia sint in Iudaeis, qui crediderunt, et omnes
aemulatores sunt legis; 21 audierunt autem de te quia dis-
18,13 G 3,25 cessionem doceas a Moyse omnes, qui per gentes sunt,
Iudaeos, dicens non debere circumcidere eos filios suos
neque secundum consuetudines ambulare. 22 Quid ergo est?
Utique audient te supervenisse. 23 Hoc ergo fac, quod tibi
dicimus. Sunt nobis viri quattuor votum habentes super se;
24 his assumptis, sanctifica te cum illis et impende pro illis,
ut radant capita, et scient omnes quia, quae de te audierunt,
1 K 9,19-23; 10,32s nihil sunt, sed ambulas et ipse custodiens legem. 25 De his
autem, qui crediderunt, gentibus nos scripsimus iudicantes,
15,20.29 ut abstineant ab idolothyto et sanguine et suffocato et forni-
catione».

Nu 6,1-20 1 K 9,20 26 Tunc Paulus, assumptis viris, postera die purificatus
cum illis intravit in templum annuntians expletionem die-
rum purificationis, donec offerretur pro unoquoque eorum
oblatio.

18 presbyteri] seniores W S V • 19 ~ Deus fecisset V | ipsius] illius G Co E; suum Wi • 20 glorificabant] magnificabant W S V | Deum] Dominum Wi | sint] sunt W V | aemulatores] sectatores Wi • 21 quia] quod Wi | omnes] eorum W S V (- Wi: Iudaeorum) | per] inter Wi | Iudaeorum W S V (- Wi: *om.*) | ~ eos circumcidere W V | consuetudinem W S V | ambulare] ingredi W S V • 22 utique] *add.* oportet convenire multitudinem W S V | audient] *add.* enim W S V | advenisse Wi • 24 impende] sumptum fac Wi | pro] in W S V (- Wi: cum) | sciant Wi | quia] quod Wi | nihil] falsa W S V | sed] *add.* quod Wi | ambulans G St • 25 ex gentibus W S V | iudicantes] decernentes Wi | abstineant] *add.* se W S V | ab idolothyto] ab idolis immolato W S V (- Wi)

E templo protractus catenis a tribuno ligatur: 21,27-40

27 Dum autem septem dies consummarentur, hi, qui de
Asia erant, Iudaei cum vidissent eum in templo, concitave-
runt omnem turbam et iniecerunt ei manus **28** clamantes:
«Viri Israelitae, adiuvate! Hic est homo, qui adversus popu- 6,13; 18,13
lum et legem et locum hunc omnes ubique docens, insuper
et Graecos induxit in templum et polluit sanctum locum
istum». **29** Viderant enim Trophimum Ephesium in civitate 20,4 2 T 4,20
cum ipso, quem aestimabant quoniam in templum induxis-
set Paulus. **30** Commotaque est civitas tota, et facta est con-
cursio populi, et apprehendentes Paulum trahebant eum
extra templum, et statim clausae sunt ianuae. **31** Quaerenti-
bus autem eum occidere, nuntiatum est tribuno cohortis
quia tota confunditur Ierusalem, **32** qui statim, assumptis
militibus et centurionibus, decucurrit ad illos; qui cum vidis-
sent tribunum et milites, cessaverunt percutere Paulum.
33 Tunc accedens tribunus apprehendit eum et iussit alligari 11; 20,23
catenis duabus et interrogabat quis esset et quid fecisset.
34 Alii autem aliud clamabant in turba; et cum non posset
certum cognoscere prae tumultu, iussit duci eum in castra.
35 Et cum venisset ad gradus, contigit ut portaretur a militi-
bus propter vim turbae; **36** sequebatur enim multitudo po-
puli clamantes: «Tolle eum!».

37 Et cum coepisset induci in castra, Paulus dicit tribuno:
«Si licet mihi loqui aliquid ad te?». Qui dixit: «Graece
nosti? **38** Nonne tu es Aegyptius, qui ante hos dies tumul-
tum concitasti et eduxisti in desertum quattuor milia viro-

27 dum] cum G Wi | consummarent G; agerentur Wi | hi] Iudaei Wi | de] ab W | Iudaei *om*. Wi | turbam] populum W S V | ei] in eum Wi • 28 docet Wi | Graecos] gentiles W S V | introduxit Wi | polluit] violavit W S V • 29 aestimaverunt W S V (- Wi: putabant) | quoniam ... Paulus] in templum a Paulo introductum esse Wi | introduxisset W V (- Wi) • 30 factus est concursus populi Wi • 31 quia ... Ierusalem] quod Ierusalem conturbata esset Wi • 32 decurrit V (- St) • 33 iussit] *add*. eum V (- Co) • 34 ~ eum duci Co • 35 turbae] populi W S V • 36 clamans W S V • 37 duci Wi | dicit] dixit Wi | si licet] licet ne Wi | dixit] *add*. ei V (- L P C)

rum sicariorum?». **39** Et dixit Paulus: «Ego homo sum
9,11 quidem Iudaeus a Tarso Ciliciae, non ignotae civitatis mu-
niceps; rogo autem te, permitte mihi loqui ad populum».
40 Et cum ille permisisset, Paulus stans in gradibus annuit
manu ad plebem et, magno silentio facto, allocutus est
Hebraea lingua dicens:

Paulus in gradibus templi stans populum alloquitur: 22,1-21

7,2; 13,26 **22** «Viri fratres et patres, audite a me, quam ad vos nunc
reddo, rationem». **2** Cum audissent autem quia He-
braea lingua loquebatur ad illos, magis praestiterunt silen-
3–21: 9,1-29: 26,9-23; 5,34 tium. Et dixit: **3** «Ego sum vir Iudaeus, natus Tarso Ciliciae,
2 K 11,22 Ph 3,5 enutritus autem in ista civitate, secus pedes Gamaliel erudi-
R 10,2 G 1,14 tus iuxta veritatem paternae legis, aemulator Dei sicut et
vos omnes estis hodie. **4** Qui hanc viam persecutus sum
8,3 usque ad mortem, alligans et tradens in custodias viros ac
mulieres, **5** sicut et princeps sacerdotum testimonium mihi
reddit et omne concilium; a quibus et epistulas accipiens
ad fratres, Damascum pergebam, ut adducerem et eos, qui
ibi essent, vinctos in Ierusalem, uti punirentur.

6 Factum est autem eunte me et appropinquante Da-
masco, circa mediam diem subito de caelo circumfulsit me
lux copiosa, **7** et decidi in terram et audivi vocem dicentem
mihi: "Saul, Saul, quid me persequeris?". **8** Ego autem
respondi: "Quis es, Domine?". Dixitque ad me: "Ego sum
Iesus Nazarenus, quem tu persequeris". **9** Et qui mecum
erant, lumen quidem viderunt, vocem autem non audierunt
eius, qui loquebatur mecum. **10** Et dixi: "Quid faciam,

39 dixit] *add.* ad eum W S V | quidem *om.* Wi | ignotae] ignobilis Wi | municeps] civis Wi ● **40** plebem] populum Wi | ~ lingua Hebraea V
¶ **22.1** a me *om.* W S V | ad vos] apud vos Wi ● **2** quia] quod Wi | loquitur W S G Co St; loqueretur V (– G Co St) | dicit Co St L P C ● **3** in Tarso Si C | nutritus W S V | ista] hac Wi | secus] iuxta Wi | Gamalielis Co E Wi Si | eruditus ... legis] diligenter institutus in patria lege Wi | aemulator] sectator Wi | Dei] legis W S V | omnes *om.* Wi ● **4** alligans] vinciens Wi ● **5** et[1] *om.* W S V | ~ mihi testimonium V | omne concilium] omnes maiores natu W S V | et eos qui ibi essent] inde W S V | uti] ut W V ● **6** factum est] accidit ut Wi | circa mediam diem] media die W S V | circumfulgeret Wi ● **7** decidens W S V | et[2] *om.* W S V | vocem dicentem mihi *om.* Wi | Saule Saule W S V ● **8** dixitque] dixit Co ● **9** viderunt] *add.* et perterriti sunt Wi | ~ eius non audierunt E

Domine?". Dominus autem dixit ad me: "Surgens vade
Damascum, et ibi tibi dicetur de omnibus, quae statutum
est tibi, ut faceres". **11** Et cum non viderem prae claritate
luminis illius, ad manum deductus a comitibus veni Da-
mascum.

12 Ananias autem quidam vir religiosus secundum le-
gem testimonium habens ab omnibus habitantibus Iudaeis,
13 veniens ad me et astans dixit mihi: "Saul frater, respice!".
Et ego eadem hora respexi in eum. **14** At ille dixit: "Deus
patrum nostrorum praeordinavit te, ut cognosceres volun-
tatem eius et videres Iustum et audires vocem ex ore eius,
15 quia eris testis illi ad omnes homines eorum, quae vidisti
et audisti. **16** Et nunc quid moraris? Exsurgens baptizare et
ablue peccata tua, invocato nomine ipsius".

17 Factum est autem revertenti mihi in Ierusalem et 9,26 G 1,18s
oranti in templo fieri me in stupore mentis **18** et videre illum
dicentem mihi: "Festina et exi velociter ex Ierusalem, quo-
niam non recipient testimonium tuum de me". **19** Et ego
dixi: "Domine, ipsi sciunt quia ego eram concludens in 4
carcerem et caedens per synagogas eos, qui credebant in te;
20 et cum funderetur sanguis Stephani testis tui, et ipse 7,58; 8,1
astabam et consentiebam et custodiebam vestimenta inter-
ficientium illum". **21** Et dixit ad me: "Vade, quoniam ego in 9,15; 13,2; 26,16-18
nationes longe mittam te"». R 1,5 G 2,7

Civem Romanum se profitetur: 22,22-29

22 Audiebant autem eum usque ad hoc verbum et leva-
verunt vocem suam dicentes: «Tolle de terra eiusmodi, non 1 K 4,13
enim fas est eum vivere!». **23** Vociferantibus autem eis et
proicientibus vestimenta sua et pulverem iactantibus in

10 surge Wi | ~ dicetur tibi Wi | statutum est tibi ut faceres] te oporteat facere W S V • **11** ad manum] manu Wi • **12** religiosus *om.* W S V (– Co: timoratus; – Wi: pius) | habitantibus] cohabitantibus V (– Co L P); *add.* in Damasco Co • **13** stans G Co E Wi St | Saule W S V • **14** Iustum] quod est iustum Wi • **15** illius W S V | ad] apud Wi • **16** exsurge (+ et V) W S V | invocans nomen domini Wi • **17** factum est] accidit Wi | fieri ... mentis] ut fierem in extasi Wi • **18** viderem Wi • **19** quia] quod Wi | eram concludens ... caedens] solebam in carcerem conicere et caedere Wi | carcere E • **20** et ipse] ego W S V | stabam G Co St • **21** nationes longe] gentes procul Wi • **22** huiusmodi V (– Co E: huiuscemodi; – Wi: talem) • **23** sua *om.* Wi

aerem, **24** iussit tribunus induci eum in castra dicens flagellis
eum interrogari, ut sciret propter quam causam sic accla-
marent ei.

25 Et cum astrinxissent eum loris, dixit astanti centurioni
16,37; 23,27 Paulus: «Si hominem Romanum et indemnatum licet vobis
flagellare?». **26** Quo audito, centurio accedens ad tribunum
nuntiavit dicens: «Quid acturus es? Hic enim homo Roma-
nus est». **27** Accedens autem tribunus dixit illi: «Dic mihi,
tu Romanus es?». At ille dixit: «Etiam». **28** Et respondit
tribunus: «Ego multa summa civitatem hanc consecutus
16,38s sum». Et Paulus ait: «Ego autem et natus sum». **29** Protinus
ergo discesserunt ab illo, qui eum interrogaturi erant; tri-
bunus quoque timuit, postquam rescivit quia Romanus
esset et quia alligasset eum.

Coram synedrio: 22,30–23,11

30 Postera autem die volens scire diligenter qua ex causa
accusaretur a Iudaeis, solvit eum et iussit principes sacer-
dotum convenire et omne concilium et producens Paulum
statuit coram illis.

23 Intendens autem concilium Paulus ait: «Viri fratres,
24,16 2K 1,12 ego omni conscientia bona conversatus sum ante
Deum usque in hodiernum diem». **2** Princeps autem sacer-
dotum Ananias praecepit astantibus sibi percutere os eius.
Mt 23,27 **3** Tunc Paulus ad eum dixit: «Percutiet te Deus, paries
Lv 19,15 dealbate! Et tu sedes iudicans me secundum legem et contra
legem iubes me percuti?». **4** Et qui astabant, dixerunt:

24 dicens flagellis eum interrogari] et flagellis caedi et torqueri eum W S V (– G Wi: et flagellis examinari eum) ● 25 astrinxisset G St | dixit astanti centurioni Paulus] dixit (dicit St L P Si C) astanti sibi centurioni Paulus W S V (– E: astanti sibi centurioni Paulus dixit; – Wi: Paulus astanti centurioni dixit) | si] num Wi ● 26 accessit W S V | tribunum] *add.* et W S V | nuntiavit] *add.* ei V (– L P) | Romanus] civis Romanus W S V ● 27 si tu V (– Wi: num tu) ● 28 multa] magna Wi | civilitatem Co E St Si C | hanc] illam Wi | natus sum] *add.* civis Wi ● 29 interrogaturi] torturi W S V | quia[1]] quod Wi; *add.* civis W S V | quia[2]] quod Wi | alligasset] vinxisset Wi ● 30 diligentius W S V | principes sacerdotum] sacerdotes W S V | coram illis] inter illos W S V
¶ 23.1 autem] *add.* in V (– Wi: *add.* oculos in) | ante Deum] coram Deo Wi ● 3 ~ dixit ad eum V | sedens iudicas W S V (– Co)

«Summum sacerdotem Dei maledicis?». **5** Dixit autem Paulus: «Nesciebam, fratres, quia princeps est sacerdotum; scriptum est enim:

"*Principem populi tui non maledices*"». Ex 22,27

6 Sciens autem Paulus quia una pars esset sadducaeorum et altera pharisaeorum, exclamabat in concilio: «Viri fratres, ego pharisaeus sum, filius pharisaeorum; de spe et resurrectione mortuorum ego iudicor». **7** Et cum haec diceret, facta est dissensio inter pharisaeos et sadducaeos, et divisa est multitudo. **8** Sadducaei enim dicunt non esse resurrectionem neque angelum neque spiritum; pharisaei autem utrumque confitentur. **9** Factus est autem clamor magnus, et surgentes scribae quidam partis pharisaeorum pugnabant dicentes: «Nihil mali invenimus in homine isto: quod si spiritus locutus est ei aut angelus»; **10** et cum magna dissensio facta esset, timens tribunus ne discerperetur Paulus ab ipsis, iussit milites descendere, ut raperent eum de medio eorum ac deducerent in castra. **11** Sequenti autem nocte assistens ei Dominus ait: «Constans esto! Sicut enim testificatus es, quae sunt de me in Ierusalem, sic te oportet et Romae testificari».

4,2; 22,3; 26,5

L 20,27
Mt 22,23

18,9; 19,21; 27,24; 28,23.31

Iudaeorum coniuratio in Paulum: 23,12-21

12 Facta autem die, faciebant concursum Iudaei et devoverunt se dicentes neque manducaturos neque bibituros, donec occiderent Paulum. **13** Erant autem plus quam quadraginta, qui hanc coniurationem fecerant; **14** qui accedentes ad principes sacerdotum et seniores dixerunt: «De-

4 summo sacerdoti Wi • 5 quia] quod Wi | principem] principi Wi • 6 quia] quod Wi | exclamavit W S V | filius pharisaei Wi | de resurrectione G • 7 dixisset W S V | divisa] soluta W S V • 8 enim] autem G Co E Wi St | resurrectionem] *add.* mortuorum G Co E Wi St | utraque W V (– Wi) • 9 exsurgentes G Co E Wi St | scribae *om.* W S V (– Wi) | partis pharisaeorum] pharisaeorum W S V (– Wi: ex pharisaeis) | quod] quid W V (– Wi) | angelus] *add.* non repugnemus Deo Wi • 10 ut raperent] et rapere W S V | deducerent] deducere eum W S V • 11 constans esto] confide Paule Wi | quae sunt *om.* W S V | in *om.* W S • 12 faciebant concursum Iudaei] collegerunt se quidam ex Iudaeis W S V (– Wi: conspiraverunt quidam ex Iudaeis) | manducaturos] *add.* se esse Wi • 13 quadraginta] *add.* viri V • 14 accesserunt W S V | ad principem E St | seniores] *add.* et W S V

votione devovimus nos nihil gustaturos, donec occidamus
Paulum. **15** Nunc ergo vos notum facite tribuno cum con-
cilio, ut producat illum ad vos, tamquam aliquid certius
cognituri de eo; nos vero, priusquam appropiet, parati su-
mus interficere illum».

16 Quod cum audisset filius sororis Pauli insidias, venit
et intravit in castra nuntiavitque Paulo. **17** Vocans autem
Paulus ad se unum ex centurionibus ait: «Adulescentem
hunc perduc ad tribunum, habet enim aliquid indicare illi».
18 Et ille quidem assumens eum duxit ad tribunum et ait:
«Vinctus Paulus vocans rogavit me hunc adulescentem per-
ducere ad te, habentem aliquid loqui tibi». **19** Apprehendens
autem tribunus manum illius, secessit cum eo seorsum et
interrogabat: «Quid est quod habes indicare mihi?». **20** Ille
autem dixit: «Iudaei constituerunt rogare te, ut crastina die
Paulum producas in concilium, quasi aliquid certius in-
quisiturum sit de illo. **21** Tu ergo ne credideris illis; insi-
diantur enim ei ex eis viri amplius quadraginta, qui se de-
voverunt non manducare neque bibere, donec interficiant
eum, et nunc parati sunt exspectantes promissum tuum».

Paulus Caesaream mittitur: 23,22-35

22 Tribunus igitur dimisit adulescentem praecipiens, ne
cui eloqueretur quoniam «haec nota mihi fecisti». **23** Et
vocatis duobus centurionibus, dixit: «Parate milites du-
centos, ut eant usque Caesaream, et equites septuaginta et
lancearios ducentos, a tertia hora noctis, **24** et iumenta

15 notum facite] significate Wi | tribuno et concilio Wi | ut] *add.* cras Wi | adducat E Wi | cognituros Wi | appropiet] accesserit Wi | interficere illum] eum interficere Wi • **16** quod cum] cum autem Wi | insidias] *add.* strui Wi | in *om.* Co Wi • **17** adduc G Co St • **18** vocans *om.* V (– Co) | tibi] tecum Wi • **19** interrogabat] interrogavit illum W S V • **20** Iudaei constituerunt] Iudaeis convenit W S V (– Wi: Iudaei conspiraverunt) | ~ producas Paulum V | inquisituri sint W S V • **21** ergo] vero W S V | ex eis] ex illis Wi | amplius] *add.* quam V • **22** praecipiens] *add.* ei Co E Wi St Si | loqueretur W S V (– Wi: palam facias) | quoniam] quod Wi | nota mihi fecisti] nota sibi fecisset W S V (– Wi: indicaveris mihi) • **23** convocatis L P | dixit] *add.* illis W S V | usque *om.* Wi

praeparate», ut imponentes Paulum salvum perducerent
ad Felicem praesidem, **25** scribens epistulam habentem
formam hanc: **26** «Claudius Lysias optimo praesidi Felici
salutem. **27** Virum hunc comprehensum a Iudaeis et inci- 21,33; 22,25
pientem interfici ab eis, superveniens cum exercitu eripui,
cognito quia Romanus est. **28** Volensque scire causam, prop- 22,30
ter quam accusabant illum, deduxi in concilium eorum;
29 quem inveni accusari de quaestionibus legis ipsorum, 18,14s
nihil vero dignum morte aut vinculis habentem crimen. **30** Et
cum mihi perlatum esset de insidiis, quae in virum pararen-
tur, confestim misi ad te denuntians et accusatoribus, ut
dicant adversum eum apud te».

31 Milites ergo, secundum praeceptum sibi assumentes
Paulum, duxerunt per noctem in Antipatridem; **32** et postera
die dimissis equitibus, ut abirent cum eo, reversi sunt ad
castra. **33** Qui cum venissent Caesaream et tradidissent
epistulam praesidi, statuerunt ante illum et Paulum. **34** Cum
legisset autem et interrogasset de qua provincia esset et
cognoscens quia de Cilicia: **35** «Audiam te, inquit, cum et 22,3

24 Paulum] *add.* eum L P ● 25 timuit enim, ne forte raperent eum Iudaei et occiderent et ipse postea calumniam sustineret, tamquam accepturus pecuniam (tamquam ... pecuniam *om.* G), scribens *etc.* V (– Wi) | scribens] *add.* ei G Co E St Si; et scripsit ei Wi | habentem formam hanc] continentem haec W S V ● 27 et incipientem interfici ab eis] cum eum iam interfecturi essent Wi | cognito quia] ubi cognovi quod Wi ● 28 propter quam accusabant illum] quam obiciebant illi W S V | deduxi] *add.* eum W S V ● 29 inveni] comperi Wi | nihil vero ... crimen] neque crimen ullum habere dignum morte aut vinculis Wi | criminis C ● 30 et cum mihi] cum autem ad me Wi | quae in virum pararentur confestim] quas paraverunt ei (paraverant illi V) W S V | misi] *add.* eum V | dicant adversum eum] dicant W S V (– Wi: si quid adversus eum habent dicant) | te²] *add.* vale V ● 31 ergo] vero V (– Si C) | secundum praeceptum sibi] iuxta mandatum Wi | in *om.* Wi ● 32 irent W S V (~ cum eo irent V) ● 33 qui] illi Wi | statuerunt ante illum] produxerunt coram Wi ● 34 quia] quod Wi ● 35 et *om.* V

accusatores tui venerint»; iussitque in praetorio Herodis
custodiri eum.

Coram Felice: 24,1-27

24 Post quinque autem dies descendit princeps sacer-
dotum Ananias cum senioribus quibusdam et Ter-
tullo quodam oratore, qui adierunt praesidem adversus
Paulum. **2** Et citato eo coepit accusare Tertullus dicens:
«Cum in multa pace agamus per te, et multa corrigantur
genti huic per tuam providentiam, **3** semper et ubique sus-
cipimus, optime Felix, cum omni gratiarum actione. **4** Ne
diutius autem te protraham, oro breviter audias nos pro tua
clementia. **5** Invenimus enim hunc hominem pestiferum
17,6 et concitantem seditiones omnibus Iudaeis, qui sunt in
universo orbe, et auctorem seditionis sectae Nazarenorum,
6 qui etiam templum violare conatus est, quem et appre-
hendimus, (7) **8** a quo poteris ipse diiudicans de omnibus
istis cognoscere, de quibus nos accusamus eum». **9** Adie-
cerunt autem et Iudaei dicentes haec ita se habere.

10 Respondit autem Paulus, annuente sibi praeside di-
cere: «Ex multis annis esse te iudicem genti huic sciens bono
animo de causa mea rationem reddam, **11** cum possis co-
gnoscere quia non plus sunt dies mihi quam duodecim, ex
21,17 quo ascendi adorare in Ierusalem, **12** et neque in templo
invenerunt me cum aliquo disputantem aut concursum fa-

¶ **24.2** citato] vocato Wi | eo] Paulo W S V | corrigantur genti huic] corrigantur W S V (– Wi: in hac gente praeclare gerantur) ● **3** semper] et semper E | suscipimus] *add.* id Wi ● **4** audias] ut audias G St L P Si | clementia] humanitate Wi ● **5** enim *om.* W S V | et[1] *om.* E | seditionem Co St | qui sunt *om.* W S V | auctorem seditionis] principem esse Wi ● **6** violare] prophanare Wi | apprehendimus] apprehensum voluimus secundum legem nostram iudicare. (7) Superveniens autem tribunus Lysias, cum vi magna eripuit eum de manibus nostris, (8) iubens accusatores eius ad te venire: a (ex Wi) quo *etc.* V | iudicans W S V (– Wi) | diiudicans ... cognoscere] facta inquisitione omnia deprehendere Wi | nos accusamus eum] eum accusamus Wi ● **9** et *om.* Wi ● **10** respondens G | annuente sibi ... huic sciens] cum annuisset ei praeses ut diceret. Cum sciam te multos annos genti praefuisse Wi | ~ te esse V (– Wi) | bono] aequiori Wi | de causa mea rationem reddam] pro me satisfaciam W S V (– Wi: pro me ipse causam dicam) ● **11** cum possis] potes enim W S V | quia] quod Wi | dies mihi quam duodecim] *2134* V (– Wi: *341*)

cientem turbae neque in synagogis neque in civitate, **13** ne-
que probare possunt tibi, de quibus nunc accusant me.
14 Confiteor autem hoc tibi quod secundum viam, quam 9,2
dicunt haeresim, sic deservio patrio Deo credens omnibus,
quae secundum Legem sunt et in Prophetis scripta, **15** spem
habens in Deum, quam et hi ipsi exspectant, resurrectionem Dn 12,2 2 Mcc 7,9
futuram iustorum et iniquorum. **16** In hoc et ipse studeo J 5,28s
sine offendiculo conscientiam habere ad Deum et ad homi- 23,1
nes semper. **17** Post annos autem plures eleemosynas fac- R 15,25s G 2,10
turus in gentem meam veni et oblationes, **18** in quibus in-
venerunt me purificatum in templo, non cum turba neque 21,27
cum tumultu; **19** quidam autem ex Asia Iudaei, quos opor-
tebat apud te praesto esse et accusare si quid haberent ad-
versum me **20** aut hi ipsi dicant quid invenerint iniquitatis,
cum starem in concilio, **21** nisi de una hac voce, qua clamavi
inter eos stans: De resurrectione mortuorum ego iudicor 23,6
hodie apud vos!».

22 Distulit autem illos Felix certissime sciens ea, quae de 23,26
hac via sunt, dicens: «Cum tribunus Lysias descenderit,
cognoscam causam vestram», **23** iubens centurioni custo-
diri eum et habere mitigationem, nec quemquam prohibere 27,3
de suis ministrare ei.

24 Post aliquot autem dies adveniens Felix cum Drusilla
uxore sua, quae erat Iudaea, vocavit Paulum et audivit ab

13 ~ nunc me accusant V (– E Wi: me nunc accusant) • 14 ~ hoc autem Co | viam] sectam W S V (– Wi) | servio Wi | patrio] patri et G Co St Si C; patri E L P | Deo] *add.* meo W S V (– Wi) | quae in Lege et Prophetis scripta sunt W S V • 15 futuram] fore mortuorum Wi • 16 ad¹] erga Wi | ad² *om.* Wi • 17 in gentem meam] genti meae Wi | ~ et oblationes veni Wi | oblationes] *add.* et vota W S V (– Wi) • 18 in quibus] tum Wi | tumultu] *add.* et apprehenderunt me clamantes et dicentes: tolle inimicum nostrum G Co E St Si • 20 si quid W S V (– Wi: num quod) | invenerint] invenerunt (invenerint Wi) in me W S V | iniquitatis] crimen Wi | stem W S V (– Wi: sto) • 21 nisi] an Wi | hac] *add.* solummodo (solum Wi) W S V | voce] *add.* accusor Wi | stans] *add.* quoniam (quod Wi) W S V | apud vos] a vobis W S V • 22 distulit ... Felix] cum haec audisset Felix distulit illos Wi | ea quae de hac via sunt] de via (+ hac V) W S V | cognoscam causam vestram] audiam vos W S V (– Wi: audiam causam vestram) • 23 iubens] iussitque W S V | custodire V | eum] Paulum Wi | et habere] ut haberet Wi | mitigationem] requiem W S V | ~ de suis prohibere (prohiberet Wi) V • 24 veniens W S V

eo de fide, quae est in Christum Iesum. **25** Disputante autem
illo de iustitia et continentia et de iudicio futuro, timefactus
Felix respondit: «Quod nunc attinet, vade; tempore autem
opportuno accersiam te», **26** simul et sperans quia pecunia
daretur sibi a Paulo; propter quod et frequenter accersiens
eum loquebatur cum eo.
27 Biennio autem expleto, accepit successorem Felix
25,9 Porcium Festum; volensque gratiam praestare Iudaeis, Fe-
lix reliquit Paulum vinctum.

Coram Festo. Caesarem appellat: 25,1-12

25 Festus ergo cum venisset in provinciam, post tridu-
um ascendit Hierosolymam a Caesarea; **2** adierunt-
que eum principes sacerdotum et primi Iudaeorum adver-
sus Paulum, et rogabant eum **3** postulantes gratiam adver-
23,15 sum eum, ut iuberet perduci eum in Ierusalem, insidias
tendentes, ut eum interficerent in via. **4** Festus igitur respon-
dit servari Paulum in Caesarea, se autem maturius profec-
turum: **5** «Qui ergo in vobis, ait, potentes sunt, descenden-
tes simul, si quod est in viro crimen, accusent eum». **6** De-
moratus autem inter eos dies non amplius quam octo aut
decem, descendit Caesaream, et altera die sedit pro tribu-
nali et iussit Paulum adduci. **7** Qui cum perductus esset,
circumsteterunt eum, qui ab Hierosolyma descenderant,
Iudaei, multas et graves causas obicientes, quas non pote-

24 de fide] fidem W S V | ~ in Iesum Christum W S ● 25 continentia] castitate W S V (– Wi: temperantia) | tremefactus V | nunc] *add.* ad praesens Wi | vade] abi Wi | accersam Wi L P C ● 26 et[1]] autem Wi | quia] quod V | daretur sibi] ei daretur V; daretur W S | Paulo] *add.* ut solveret eum Wi | propter quod et frequenter] ideo frequentius Wi | accersens Wi L P C ● 27 volensque] volens autem W S V
¶ 25.1 Hierosolyma Wi ● 3 adversus W V | in[1] *om.* W S | ~ interficerent eum V ● 4 igitur] autem W S V | servari] *add.* quidem G Co E St Si; servandum esse Wi | profecturum] *add.* esse Wi ● 5 qui ... eum] Primarii ergo inter vos una inquit descendant accusaturi eum sicubi reus est Wi ● 6 commoratus Wi | octo aut *om.* Wi ● 7 productus Wi | Hierosolymis Wi | Iudaei *om.* Wi

rant probare, **8** Paulo rationem reddente: «Neque in legem
Iudaeorum neque in templum neque in Caesarem quidquam
peccavi». **9** Festus autem volens Iudaeis gratiam praestare, 24,27
respondens Paulo dixit: «Vis Hierosolymam ascendere et
ibi de his iudicari apud me?». **10** Dixit autem Paulus: «Ad
tribunal Caesaris sto, ubi me oportet iudicari. Iudaeis nihil
nocui, sicut et tu melius nosti. **11** Si ergo iniuste egi et dignum
morte aliquid feci, non recuso mori; si vero nihil est eorum,
quae hi accusant me, nemo potest me illis donare. Caesarem
appello!». **12** Tunc Festus cum consilio locutus respondit:
«Caesarem appellasti; ad Caesarem ibis».

Coram Festo et Agrippa: 25,13–26,32

13 Et cum dies aliquot transacti essent, Agrippa rex et
Berenice descenderunt Caesaream et salutaverunt Festum.
14 Et cum dies plures ibi demorarentur, Festus regi indica-
vit de Paulo dicens: «Vir quidam est derelictus a Felice
vinctus, **15** de quo cum essem Hierosolymis, adierunt me
principes sacerdotum et seniores Iudaeorum postulantes
adversus illum damnationem; **16** ad quos respondi quia non
est consuetudo Romanis donare aliquem hominem, prius-
quam is qui accusatur, praesentes habeat accusatores lo-
cumque defendendi se ab accusatione accipiat. **17** Cum ergo
huc convenissent, sine ulla dilatione sequenti die sedens pro
tribunali iussi adduci virum; **18** de quo cum stetissent ac-
cusatores, nullam causam deferebant, de quibus ego suspi-
cabar malis, **19** quaestiones vero quasdam de sua supersti- 18,15
tione habebant adversus eum et de quodam Iesu defuncto,

8 Paulo] *add.* autem W S | reddente] *add.* quoniam (quod Wi) W S V | quidquam] quidquid G • 9 ~ gratiam praestare Iudaeis V • 10 ubi] ibi V (– L P) | Iudaeis nihil nocui] Iudaeis non nocui W S V (– Wi: Iudaeos non laesi) | et *om.* W S V • 11 ergo iniuste egi et] enim nocui (laesi Wi) aut W S V | quae] quorum Wi | Caesarem appello] ad Caesarem provoco Wi • 12 concilio Wi L P Si C • 13 et salutaverunt] ad salutandum W S V • 14 morarentur V (– L P C) | relictus Wi • 15 damnationem] sententiam Wi • 16 ad quos] quibus Wi | quia] quod Wi | ~ Romanis consuetudo V | donare] damnare E Si C | hominem] *add.* ut perdatur Wi | defendendi se ab accusatione accipiat] defendendi accipiat ad abluenda crimina (+ quae ei obiciuntur G Co E St Si) W S V (– Wi: accipiat defendendi crimina quae ei obiciuntur) • 17 in sequenti die G Co E St • 18 accusatores ... deferebant] accusatores acturi prodissent nihil eorum obiciebant Wi | malum S V (– Wi: *om.*); malam W

quem affirmabat Paulus vivere. 20 Haesitans autem ego de huiusmodi quaestione, dicebam si vellet ire Hierosolymam et ibi iudicari de istis. 21 Paulo autem appellante, ut servaretur ad Augusti cognitionem, iussi servari eum, donec mittam eum ad Caesarem». 22 Agrippa autem ad Festum: «Volebam et ipse hominem audire!». «Cras, inquit, audies eum».

23 Altera autem die, cum venisset Agrippa et Berenice cum multa ambitione, et introissent in auditorium cum tribunis et viris principalibus civitatis, et iubente Festo, adductus est Paulus. 24 Et dicit Festus: «Agrippa rex et omnes, qui simul adestis nobiscum viri, videtis hunc, de quo omnis multitudo Iudaeorum interpellavit me Hierosolymis et hic, clamantes non oportere eum vivere amplius. 25 Ego vero comperi nihil dignum eum morte fecisse, ipso autem hoc appellante Augustum, iudicavi mittere. 26 De quo quid certum scribam domino, non habeo; propter quod produxi eum ad vos et maxime ad te, rex Agrippa, ut, interrogatione facta, habeam quid scribam: 27 sine ratione enim mihi videtur mittere vinctum et causas eius non significare».

26 Agrippa vero ad Paulum ait: «Permittitur tibi loqui pro temetipso». Tunc Paulus, extenta manu, coepit rationem reddere: 2 «De omnibus, quibus accusor a Iudaeis, rex Agrippa, aestimo me beatum, apud te cum sim defen-

20 si vellet] vellet ne Wi • 21 appellante ut servaretur] provocante Wi | ad Augusti cognitionem] Augusti cognitioni Co E St • 22 autem] *add.* dixit V • 23 multa ambitione] magno adparatu Wi | principalibus] primariis Wi | et iubente] iubente V • 24 dixit W S G Co E Wi | hunc] *add.* hominem G Co E St | et hic] petentes et V; petens et hic W S | acclamantes V | oportet Wi • 25 comperi nihil dignum eum morte] *12354* V (– E; – Wi: *23514*) | fecisse] admisisse W S V | hoc appellante] hoc appellante ad W V (– Wi: provocante ad) | iudicavi] decrevi Wi • 26 perduxi G Co E St | interrogatione] exploratione Wi • 27 sine ratione] absurdum Wi

¶ 26.1 coepit rationem reddere] pro se dicebat Wi • 2 Beatum me esse duco, rex Agrippa, cum apud te rationem reddere hodie contigit de omnibus propter quae accusor a Iudaeis. Wi

surus me hodie, **3** maxime te sciente omnia, quae apud
Iudaeos sunt consuetudines et quaestiones; propter quod
obsecro patienter me audias. **4** Et quidem vitam meam a G 1,14 Ph 3,5s
iuventute, quae ab initio fuit in gente mea et in Hierosoly-
mis, noverunt omnes Iudaei, **5** praescientes me ab initio, si
velint testimonium perhibere, quoniam secundum diligentis-
simam sectam nostrae religionis vixi pharisaeus. **6** Et nunc 23,6
propter spem eius, quae ad patres nostros repromissionis 28,20
facta est a Deo, sto iudicio subiectus, **7** in quam duodecim
tribus nostrae cum perseverantia nocte ac die deservientes
sperant devenire; de qua spe accusor a Iudaeis, rex! **8** Quid
incredibile iudicatur apud vos, si Deus mortuos suscitat?

9 Et ego quidem existimaveram me adversus nomen Iesu *9–20:* 9,1-29; 22,3-21
Nazareni debere multa contraria agere; **10** quod et feci
Hierosolymis, et multos sanctorum ego in carceribus in-
clusi, a principibus sacerdotum potestate accepta, et cum
occiderentur, detuli sententiam **11** et per omnes synagogas
frequenter puniens eos compellebam blasphemare, et abun-
dantius insaniens in eos persequebar usque in exteras civi-
tates.

12 In quibus dum irem Damascum cum potestate et per-
missu principum sacerdotum, **13** die media in via vidi, rex,
de caelo supra splendorem solis circumfulgens me lumen
et eos, qui mecum simul ibant; **14** omnesque nos cum de-
cidissemus in terram, audivi vocem loquentem mihi He-
braica lingua: "Saul, Saul, quid me persequeris? Durum

3 te sciente] cum scias Wi | omnia] *add.* et Si C; omnes Co Wi | ~ consuetudines et quaestiones quae apud Iudaeos sunt Wi ● 4 et^2 *om.* W S V ● 5 praescientes me ab initio] qui me prius noverunt Wi | quoniam] quod Wi | diligentissimam] certissimam W S V (– Wi L P: *om.*) | religionis] *add.* diligentissime constitutam Wi ● 6 propter spem eius] in spe W S V (– Wi: propter spem promissionis) | repromissionis *om.* Wi | ~ a Deo facta est Wi ● 7 in quam] in qua W V (– Wi Si C) | cum perseverantia *om.* W S V (– Wi: instanter) | nocte et die G Co St L P | servientes E Wi | devenire] se perventuros Wi ● 9 aestimaveram G Co E Wi ● 10 et^1 *om.* Co | tuli Wi ● 11 et^2 *om.* Wi | abundantius] amplius W S V (– Wi: insigniter) ● 12 in quibus] at Wi | permissum Co; mandato Wi ● 13 de caelo ... splendorem] lumen clarius splendore Wi | circumfulsisse W S V | lumen *om.* Wi | ~ simul mecum E | simul] una Wi | ibant] erant W S V ● 14 omnesque nos cum] cumque omnes nos Wi | cecidissemus Wi | mihi] ad me Wi | Saule Saule W S V

est tibi contra stimulum calcitrare". **15** Ego autem dixi:
"Quis es, Domine?". Dominus autem dixit: "Ego sum Ie-
Ez 2,1.3 sus, quem tu persequeris. **16** Sed exsurge et sta super pedes
2K 12,1 G 1,15s tuos; ad hoc enim apparui tibi, ut constituam te ministrum
et testem eorum, quae vidisti, et eorum, quibus apparebo
tibi, **17** eripiens te de populo et de gentibus, in quas ego
Is 35,5; 42,7.16; 61,1 mitto te **18** aperire oculos eorum, ut convertantur a tene-
20,32 bris ad lucem et de potestate Satanae ad Deum, ut accipiant
Kol 1,13 remissionem peccatorum et sortem inter sanctificatos per
fidem, quae est in me".

19 Unde, rex Agrippa, non fui incredulus caelestis visio-
nis, **20** sed his, qui sunt Damasci primum et Hierosolymis,
et in omnem regionem Iudaeae et gentibus annuntiabam,
ut paenitentiam agerent et converterentur ad Deum digna
paenitentiae opera facientes. **21** Hac ex causa me Iudaei,
21,30s cum essem in templo comprehensum, tentabant interficere.
22 Auxilium igitur assecutus a Deo usque in hodiernum diem
sto testificans minori atque maiori, nihil extra dicens quam
ea, quae prophetae sunt locuti futura esse et Moyses, **23** si
L 24,26.44-47 passibilis Christus, si primus ex resurrectione mortuorum
1K 15,20 Kol 1,18 lumen annuntiaturus est populo et gentibus».

24 Sic autem eo rationem reddente, Festus magna voce
dixit: «Insanis, Paule; multae te litterae ad insaniam con-
vertunt!». **25** At Paulus: «Non insanio, inquit, optime Feste,
sed veritatis et sobrietatis verba eloquor. **26** Scit enim de his
rex, ad quem et audenter loquor; latere enim eum nihil
horum arbitror, neque enim in angulo hoc gestum est.
27 Credis, rex Agrippa, prophetis? Scio quia credis».

15 Iesus] *add.* Nazarenus Co E Wi St • 16 supra G Co E Wi | quibus apparebo tibi] quae ostendam tibi Wi • 17 de populis V (– Wi C) | de[2] *om.* W S V | quas] *add.* nunc W S V • 18 aperire oculos] ut aperiantur oculi Wi | sanctificatos] sanctos W S V • 19 caelesti visioni V • 20 omni regione Wi | convertantur Wi • 21 comprehensum] comprehenderunt et Wi | tentabant] *add.* volentes me Co E St L P; conati sunt Wi • 22 auxilium igitur assecutus a Deo] auxilio autem adiutus Dei W S V | minori atque maiori] parvo et magno Wi | extra] aliud Wi | ea *om.* G | ~ locuti sunt V • 23 si passibilis ... si] quod passurus fuerit ... quod Wi | annuntiaturus fuerit Wi • 24 sic autem eo] haec loquente eo et W S V • 25 at] et V | loquor V (– Co E Wi) • 26 et *om.* St | audenter] constanter W S V (– Wi: libere) | eloquor Co | hoc] quicquam horum W S V • 27 quia] quod Wi

28 Agrippa autem ad Paulum: «In modico suades me Chris- 11,26 1 P 4,16
tianum fieri!». **29** Et Paulus: «Optarem apud Deum et in
modico et in magno non tantum te sed et omnes hos, qui
audiunt me hodie, fieri tales, qualis et ego sum, exceptis
vinculis his!».
30 Et exsurrexit rex et praeses et Berenice et qui assidebant eis; **31** et cum secessissent, loquebantur ad invicem
dicentes: «Nihil morte aut vinculis dignum quid facit homo
iste». **32** Agrippa autem Festo dixit: «Dimitti poterat homo 25,11
hic, si non appellasset Caesarem».

Iulio centurioni traditus in Italiam navigat: 27,1-12

27 Ut autem iudicatum est navigare nos in Italiam, tra-
diderunt et Paulum et quosdam alios vinctos centu-
rioni nomine Iulio, cohortis Augustae. **2** Ascendentes autem 25,12
navem Hadramyttenam, incipientem navigare circa Asiae
loca, sustulimus, perseverante nobiscum Aristarcho Mace- 19,29; 20,4
done Thessalonicensi; **3** sequenti autem die devenimus Si-
donem, et humane tractans Iulius Paulum permisit ad
amicos ire et curam sui agere. **4** Et inde cum sustulissemus, 24,23; 28,2.16
subnavigavimus Cypro, propterea quod essent venti con-
trarii, **5** et pelagus Ciliciae et Pamphyliae navigantes veni-
mus Myram, quae est Lyciae. **6** Et ibi inveniens centurio
navem Alexandrinam navigantem in Italiam transposuit
nos in eam. **7** Et cum multis diebus tarde navigaremus et

28 Paulum ... fieri] Paulum ait: modica ex parte persuades mihi ut Christianus fiam Wi ● 29 opto W S V | et in modico et in magno] non modo modica ex parte verum et magna Wi | sed et] sed etiam V | hos *om.* V | me *om.* W S V (– Co) ● 31 dicentes] *add.* quia (quod Wi) W S V | vinculorum S G | quid *om.* Wi | fecit W V (– Wi: fecerit) ● 32 appellasset] provocasset ad Wi
¶ 27.1 iudicatum] decretum Wi | navigare nos] navigare eum V (– Wi: ut navigaremus); eum navigare W S | tradiderunt et Paulum et quosdam alios vinctos] et tradi Paulum cum reliquis custodiis W S V (– Wi: tradiderunt Paulum cum ...) ● 2 autem *om.* V (– E Wi) | Adrumetinam W S V (– Co Wi) | incipientes E L P Si C | incipientem navigare] navigaturi Wi | sustulimus] solvimus Wi | ● 3 venimus G Co E St; adpulimus Wi | et humane] humane autem W S V | curam sui agere] se curare Wi ● 4 sustulissemus] solvissemus Wi | subnavigavimus] *add.* propter Wi | Cyprum V ● 5 ~ navigantes pelagus Ciliciae et Pamphyliae Wi | Myram] Lystram W S V (– Wi) | Lyciae] in Lycia Wi ● 6 ibi *om.* Wi

vix devenissemus contra Cnidum, prohibente nos vento, subnavigavimus Cretae secundum Salmonem, **8** et vix iuxta eam navigantes venimus in locum quendam, qui vocatur Boni Portus, cui iuxta erat civitas Lasaea. **9** Multo autem tempore peracto, et cum iam non esset tuta navigatio, eo quod et ieiunium iam praeterisset, monebat Paulus **10** dicens eis: «Viri, video quoniam cum iniuria et multo damno non solum oneris et navis sed etiam animarum nostrarum incipit esse navigatio». **11** Centurio autem gubernatori et nauclero magis credebat quam his, quae a Paulo dicebantur. **12** Et cum aptus portus non esset ad hiemandum, plurimi statuerunt consilium enavigare inde, si quo modo possent devenientes Phoenicen hiemare, portum Cretae respicientem ad africum et ad caurum.

Navis tempestate iactatur: 27,13-26

13 Aspirante autem austro, aestimantes propositum se tenere, cum sustulissent, propius legebant Cretam. **14** Non post multum autem misit se contra ipsam ventus typhonicus, qui vocatur euroaquilo; **15** cumque arrepta esset navis et non posset conari in ventum, data nave flatibus, ferebamur. **16** Insulam autem quandam decurrentes, quae vocatur Cauda, potuimus vix obtinere scapham, **17** qua sublata, adiutoriis utebantur accingentes navem; et timentes, ne in Syrtim inciderent, submisso vase, sic ferebantur. **18** Valide autem nobis tempestate iactatis, sequenti die iactum fecerunt **19** et tertia die suis manibus armamenta navis proiecerunt. **20** Neque sole autem neque sideribus apparentibus

7 devenissemus contra Cnidum] contra Cnidum perrexissemus Wi | adnavigavimus W S V (– Wi: adnavigamus) | secundum] iuxta V • 8 eam *om.* W S V | iuxta²] vicina Wi | Lasaea] Thalassa W S V (– Wi) • 9 et² *om.* V (– G C) | monebat] consolabatur eos (– W S L P) W S V • 10 quoniam] quod Wi | esse *om.* G • 12 plurimi statuerunt consilium] plerisque usum est Wi | navigare W S V (– Wi: solvere) | devenientes ... caurum] ad Phoenicem (qui portus est Cretae versus Aphricum et Chorum) adplicare ut ibi hybernarent Wi | Phoenice S | caurum] c(h)orum W S V • 13 aestimantes ... sustulissent] rati se propositi compotes fore cum solvissent Wi | sustulissent] *add.* de Asson W S V (– Wi: *add.* versus Asson) | propius *om.* W S V • 14 non post ... ipsam] non autem multo post coortus est contra navem Wi • 15 conari ... ferebamur] resistere vento ferebamur permissa nave flatibus Wi • 16 in insulam V | Caudam S; Clauda Wi | ~ vix potuimus Wi • 17 qua sublata ... navem] quam sustulerunt et usi adiutoriis alligaverunt navi Wi | et *om.* W S V | timentesque Co | et submisso Wi • 18 valida V (– L P) • 19 abiecerunt Wi • 20 ~ autem sole V

per plures dies, et tempestate non exigua imminente, iam
auferebatur spes omnis salutis nostrae.

21 Et cum multa ieiunatio fuisset, tunc stans Paulus in
medio eorum dixit: «Oportebat quidem, o viri, audito me,
non tollere a Creta lucrique facere iniuriam hanc et iactu-
ram. **22** Et nunc suadeo vobis bono animo esse, nulla enim
amissio animae erit ex vobis praeterquam navis; **23** astitit
enim mihi hac nocte angelus Dei, cuius sum ego, cui et
deservio, **24** dicens: "Ne timeas, Paule; Caesari te oportet 23,11
assistere, et ecce donavit tibi Deus omnes, qui navigant
tecum". **25** Propter quod bono animo estote, viri; credo
enim Deo quia sic erit, quemadmodum dictum est mihi.
26 In insulam autem quandam oportet nos incidere». 28,1

Naufragium ad Melitam insulam: 27,27-44

27 Sed posteaquam quarta decima nox supervenit, cum
ferremur in Hadria, circa mediam noctem suspicabantur
nautae apparere sibi aliquam regionem. **28** Qui submitten-
tes bolidem invenerunt passus viginti et pusillum inde se-
parati et rursum submittentes invenerunt passus quinde-
cim; **29** timentes autem, ne in aspera loca incideremus, de
puppi mittentes ancoras quattuor optabant diem fieri.
30 Nautis vero quaerentibus fugere de navi, cum demisissent
scapham in mare sub obtentu, quasi a prora inciperent
ancoras extendere, **31** dixit Paulus centurioni et militibus:
«Nisi hi in navi manserint, vos salvi fieri non potestis».
32 Tunc absciderunt milites funes scaphae et passi sunt eam
excidere.

33 Donec autem lux inciperet fieri, rogabat Paulus om-
nes sumere cibum dicens: «Quarta decima hodie die ex-
spectantes ieiuni permanetis nihil accipientes; **34** propter

20 tempestate ... imminente] cum gravis tempestas esset Wi | auferebatur] ablata erat W S V • 21 ieiunatio] inedia Wi | oportuerat G | oportebat ... audito me] viri mihi oportuit auscultare et Wi | tollere] egredi G; solvere Wi • 22 suadeo ... esse] adhortor ut bono animo sitis Wi | nulla enim amissio] amissio (amisso G) enim nullius W S V | ex nobis G St • 23 ~ et cui W S V • 24 te oportet assistere] oportet te sisti Wi • 25 quia] quod Wi • 26 ad insulam Wi | incidere] devenire W S V (– Wi: adplicare) • 27 cum ferremur] navigantibus nobis W S V • 28 qui] *add.* et V | bolidem *om.* W S | separati] digressi Wi | et rursum submittentes *om.* W S V • 29 inciderent Wi • 30 nautae vero quaerentes Wi | de navi ... sub obtentu] navi religarunt scapham ut in →

quod rogo vos accipere cibum, hoc enim pro salute vestra
L 12,7 est, quia nullius vestrum capillus de capite peribit». **35** Et
J 6,11 L 22,19 cum haec dixisset et sumpsisset panem, gratias egit Deo in
1 T 4,4 conspectu omnium et, cum fregisset, coepit manducare.
36 Animaequiores autem facti omnes et ipsi assumpserunt
cibum. **37** Eramus vero universae animae in navi ducentae
septuaginta sex. **38** Et satiati cibo alleviabant navem iac-
tantes triticum in mare.

39 Cum autem dies factus esset, terram non agnoscebant,
sinum vero quendam considerabant habentem litus, in quem
cogitabant si possent eicere navem. **40** Et cum ancoras
abstulissent, committebant mari simul laxantes iuncturas
gubernaculorum et, levato artemone, secundum flatum
2 K 11,25 aurae tendebant ad litus. **41** Et cum incidissent in locum
dithalassum, impegerunt navem; et prora quidem fixa ma-
nebat immobilis, puppis vero solvebatur a vi fluctuum.
42 Militum autem consilium fuit, ut custodias occiderent,
ne quis, cum enatasset, effugeret; **43** centurio autem volens
servare Paulum prohibuit eos a consilio iussitque eos, qui
possent natare, mittere se primos et ad terram exire **44** et
ceteros, quosdam in tabulis, quosdam vero super ea, quae
de navi essent; et sic factum est ut omnes evaderent ad
terram.

In Melita hiemant: 28,1-10

28 Et cum evasissemus, tunc cognovimus quia Melita
insula vocatur. **2** Barbari vero praestabant non mo-
dicam humanitatem nobis; accensa enim pyra suscipiebant

34 rogo vos accipere] adhortor vos ut sumatis Wi | hoc enim *om.* W S V (– Wi: id enim) | pro salute vestra est] ad salutem vestram pertinet Wi | est *om.* W S V (– Wi) | quia ... peribit] nemo enim vestrum ne pilum quidem de capite amittet Wi ● 35 et cum] cum autem Wi | et sumpsisset] sumens W S V (– Wi: accepto) | pane Wi | Deo ... manducare] coram omnibus et frangens edere coepit Wi ● 36 animaequiores ... et ipsi] et omnes rursus tranquillis animis facti Wi | sumpserunt V (– G Co E) ● 37 vero] autem G Wi | universae animae] universi Wi | ducenti sex et septuaginta Wi ● 38 Satiati →

→ mare dimitterent sub praetextu Wi | misissent W S V (– Wi) | ~ inciperent a prora V (– Wi) | inciperent ancoras extendere] ancoras extensuri Wi ● 31 dixitque Wi | hi *om.* Wi | salvi fieri] servari Wi ● 32 passi sunt] siverunt Wi | excidere] perire Wi ● 33 donec autem] et cum W S V (– Wi) | donec ... sumere] porro donec illucesceret Paulus universos adhortabatur ut sumerent Wi | quarta ... accipientes] dies hic decimus quartus est, ex quo ieiuni permanetis nihil cibi sumentes Wi | ~ die hodie V (– Wi) ● 34 propter quod] ideo Wi

nos omnes propter imbrem, qui imminebat et frigus. 3 Cum
congregasset autem Paulus sarmentorum aliquantam mul-
titudinem et imposuisset super ignem, vipera, a calore cum
processisset, invasit manum eius. 4 Ut vero viderunt barbari
pendentem bestiam de manu eius, ad invicem dicebant:
«Utique homicida est homo hic, qui cum evaserit de mari,
Ultio non permisit vivere». 5 Et ille quidem excutiens bes- Mc 16,18 L 10,19
tiam in ignem, nihil mali passus est; 6 at illi exspectabant
eum in tumorem convertendum aut subito casurum et mori.
Diu autem illis exspectantibus et videntibus nihil mali in
eo fieri, convertentes se dicebant eum esse deum. 14,11

7 In locis autem illis erant praedia principis insulae no-
mine Publii, qui nos suscipiens triduo benigne hospitio re-
cepit. 8 Contigit autem patrem Publii febribus et dysen-
teria vexatum iacere, ad quem Paulus intravit et, cum oras-
set et imposuisset ei manus, sanavit eum. 9 Quo facto et
ceteri, qui in insula habebant infirmitates, accedebant et
curabantur; 10 qui etiam multis honoribus nos honora-
verunt et navigantibus imposuerunt, quae necessaria erant.

A Melita Romam veniunt: 28,11-15

11 Post menses autem tres navigavimus in navi Alexan-
drina, quae in insula hiemaverat, cui erat insigne Castorum.
12 Et cum venissemus Syracusam, mansimus ibi triduo;
13 inde solventes devenimus Rhegium. Et post unum diem,
superveniente austro, secunda die venimus Puteolos, 14 ubi

2 omnes *om.* Wi | imbrem qui imminebat] praesentem imbrem Wi ● 3 cum processisset] repens Wi ● 4 utique] plane Wi | qui *om.* Wi | evasit G Co St | non permisit] →

→ autem cibo navem alleviabant et frumentum in mare eiciebant Wi ● 39 in quem] ad quod Wi | eicere] adplicare Wi ● 40 sustulissent V | committebant] *add.* se W S V | ~ aurae flatum V ● 41 incidissemus W S V | bithalassum W S G Co E | a vi] vi Wi | fluctuum] maris W S V (- Wi) ● 42 custodias] vinctos Wi ● 43 autem] vero E | eos a consilio] fieri W S V | eos²] ut hi Wi | ~ natare possent Wi | emittere V (- G; - Wi: conicerent) | se] *add.* in mare Wi Si | primos] *add.* et evadere W S V (- Wi); primi Wi | ad terram exire] tranarent ad terram Wi ● 44 et ceteros ... essent] reliquos autem iussit partim in tabulis ferri partim in fragmentis navis Wi | quosdam] alios W S V (- Wi) | tabulis] *add.* ferebant W S V (- Wi) | vero *om.* W S V (- Wi) | essent] erant V (- Wi) | omnes] *add.* animae W S V (- Wi) | terram] *add.* incolumes Wi
¶ 28.1 evasissent ... cognoverunt Wi | quia] quod Wi | Militene W S; Mitilene G E St L P; Melite Wi | vocabatur V ● 2 suscipiebant] reficiebant W S V

inventis fratribus rogati sumus manere apud eos dies sep-
tem; et sic venimus Romam. **15** Et inde cum audissent de
nobis fratres, occurrerunt nobis usque ad Appii Forum et
Tres Tabernas; quos cum vidisset Paulus, gratias agens Deo,
accepit fiduciam.

Paulus Romae Christum praedicat: 28,16-31

16 Cum introissemus autem Romam, permissum est
27,3 Paulo manere sibimet cum custodiente se milite. **17** Factum
est autem ut post tertium diem convocaret primos Iudaeo-
rum; cumque convenissent dicebat eis: «Ego, viri fratres,
nihil adversus plebem faciens aut mores paternos, vinctus
ab Hierosolymis traditus sum in manus Romanorum, **18** qui
cum interrogationem de me habuissent, volebant dimittere
eo quod nulla causa esset mortis in me; **19** contradicentibus
autem Iudaeis, coactus sum appellare Caesarem, non quasi
gentem meam habens aliquid accusare. **20** Propter hanc
26,6s igitur causam rogavi vos videre et alloqui; propter spem
enim Israel catena hac circumdatus sum». **21** At illi dixerunt
ad eum: «Nos neque litteras accepimus de te a Iudaea,
neque adveniens aliquis fratrum nuntiavit aut locutus est
quid de te malum. **22** Rogamus autem a te audire quae sen-
tis, nam de secta hac notum est nobis quia ubique ei con-
tradicitur».

23 Cum constituissent autem illi diem, venerunt ad eum
in hospitium plures, quibus exponebat testificans regnum

15 de nobis *om.* W S V (– Wi) | ~ fratres de nobis Wi | et[2]] ac St L P Si C; *om.* E | Tribus Tabernis W S G Co E | concepit fiduciam Wi ● 16 introissemus autem] autem venissemus V; venissemus autem W S | permissum est ... milite] centurio tradidit →

→ non sinit eum V; eum non sinit W; non sinit S ● 6 exspectabant] existimabant W S V (– Wi) | exspectabant ... et mori] exspectabant fore ut incenderetur aut subito caderet ac moreretur Wi | aut] et W S V (– Co Wi) | exspectantibus] sperantibus W S G | in eo fieri] isti accidere Wi | convertentes se] mutata mente Wi ● 7 hospitio recepit] (+ se Si) exhibuit W S V (– Wi: tractavit) ● 8 sanavit] salvavit W S V (– Wi) ● 9 et[1] *om.* V (– Wi) | ceteri] omnes W S V (– Wi: reliqui) | ~ in insula qui habebant infirmitates Wi ● 10 navigantibus] inde solventibus Wi ● 11 navigavimus] solvimus Wi | navi] nave S | erat insigne Castorum] erat insigne castrorum E St; erant Castor et Pollux insigne Wi ● 12 venissemus] adpulissemus Wi | Syracusas W Wi ● 13 solventes] circumlegentes W S V | superveniente] flante W S V | secunda die] altero die Wi | venimus *om.* Wi

Dei suadensque eos de Iesu ex Lege Moysis et Prophetis a 13,16-25; 17,2s.11s
mane usque ad vesperam. 24 Et quidam credebant his quae L 24,44
dicebantur, quidam vero non credebant; 25 cumque invi- J 1,45; 5,45s
cem non essent consentientes, discedebant, dicente Paulo 1 P 1,10-12
unum verbum: «Bene Spiritus Sanctus locutus est per Isai-
am prophetam ad patres vestros 26 dicens:

"Vade ad populum istum et dic: Is 6,9s ⊕ Mt 13,14
Auditu audietis et non intellegetis, Mc 4,12 L 8,10
et videntes videbitis et non perspicietis. J 12,40
27 *Incrassatum est enim cor populi huius,*
et auribus graviter audierunt,
et oculos suos compresserunt,
ne forte videant oculis
et auribus audiant
et corde intellegant et convertantur,
et sanabo illos".

28 Notum ergo sit vobis quoniam gentibus missum est Ps 67,3; 98,3 18,6
hoc salutare Dei; ipsi et audient!». (29) L 3,6
30 Mansit autem biennio toto in suo conducto; et sus-
cipiebat omnes qui ingrediebantur ad eum, 31 praedicans
regnum Dei et docens quae sunt de Domino Iesu Christo 1,3; 28,23
cum omni fiducia sine prohibitione. R 1,15

23 suadens Wi | eos] eis V • 25 verbum] *add.* quia (quod Wi) W S V | vestros] nostros W S V (– Co) • 26 dic] *add.* ad eos V (– G Co St) | auditu] aure W S V • 27 enim *om.* G | convertantur] convertant se G | sanabo] sanem W S V | illos] eos V • 28 quoniam] quod Wi | ~ et ipsi V • 29 Et cum haec dixisset, exierunt ab eo Iudaei multam habentes inter se quaestionem (disceptationem Wi) V • 30 conductu G Co E St • 31 Christo *om.* Wi | prohibitione] *add.* amen W

→ captivos principi exercitus et permissum est Paulo ut maneret solus cum milite, qui eum custodiebat Wi | permanere G Co St • 17 factum est autem ut post tertium diem convocaret] post tertium (tertiam Co) autem diem convocavit W S V | venissent G Co E Wi St | plebem] legem G St; populum Wi | morem paternum W S V • 18 interrogationem de me habuissent] examinassent me Wi | volebant] voluerunt me W S V | ~ esset causa V • 19 appellare] provocare ad Wi • 20 rogavi vos videre et alloqui] vocavi vos ut viderem et alloquerer Wi | ~ hac catena Wi • 21 a Iudaeis Wi • 22 rogamus] volumus Wi | quia] quod Wi | ~ ei ubique Wi • 23 plurimi V (– L P)

EPISTULA AD ROMANOS

INSCRIPTIO: 1,1-7

G 1,15 **1** Paulus servus Christi Iesu, vocatus apostolus, segregatus
Act 13,2; 26,16s in evangelium Dei, **2** quod ante promiserat per prophe-
tas suos in Scripturis sanctis **3** de Filio suo, qui factus est
9,5 2T 2,8 ex semine David secundum carnem, **4** qui constitutus est
Act 13,33 1T 3,16 Filius Dei in virtute secundum Spiritum sanctificationis ex
resurrectione mortuorum, Iesu Christo Domino nostro,
15,15-19 Act 9,15 **5** per quem accepimus gratiam et apostolatum ad oboedi-
G 2,7.9 tionem fidei in omnibus gentibus pro nomine eius, **6** in
quibus estis et vos vocati Iesu Christi, **7** omnibus, qui sunt
Romae dilectis Dei, vocatis sanctis: gratia vobis et pax a
Deo Patre nostro et Domino Iesu Christo.

GRATIARUM ACTIO. ARGUMENTUM EPISTULAE: 1,8-17

16,19 1Th 1,8 **8** Primum quidem gratias ago Deo meo per Iesum Chris-
tum pro omnibus vobis, quia fides vestra annuntiatur in
Ph 1,8 universo mundo; **9** testis enim mihi est Deus, cui servio in
spiritu meo in evangelio Filii eius, quomodo sine intermis-
sione memoriam vestri faciam **10** semper in orationibus
15,23 Act 19,21 meis obsecrans si quo modo tandem aliquando prosperum
iter habeam in voluntate Dei veniendi ad vos. **11** Desidero
1Th 2,17; 3,10 enim videre vos, ut aliquid impertiar gratiae vobis spiritalis
ad confirmandos vos, **12** id est una vobiscum consolari per
eam, quae invicem est, fidem vestram atque meam. **13** Nolo
15,22 autem vos ignorare, fratres, quia saepe proposui venire ad
vos et prohibitus sum usque adhuc, ut aliquem fructum
habeam et in vobis, sicut et in ceteris gentibus. **14** Graecis

¶ **1.1** ~ Iesu Christi V ● **3** suo] *add.* Iesu Christo domino nostro Wi | factus est] est natus Wi | est] *add.* ei W V (– Co Wi) ● **4** constitutus] praedestinatus W S V (– Wi: declaratus) | est] *add.* esse Wi | Iesu Christi Domini nostri W S V (– Wi: *om.*) ● **5** ad oboeditionem] ad oboediendum W S V (– Wi: ut oboediatur) ● **7** dilectis] carissimis Wi | ~ et Domino nostro G E Wi St ● **8** quia] quod Wi ● **9** enim *om.* Wi | quomodo] quod W S V | facio W S V ● **11** ~ vobis gratiae (doni Wi) V ● **12** una vobiscum consolari] simul consolari in vobis W S V (– Wi: ut simul consolationem capiamus in vobis) | fides vestra atque mea Wi ● **13** et[2] *om.* V (– Wi: etiam; – C)

ac barbaris, sapientibus et insipientibus debitor sum. **15** Ita-
que, quod in me est, promptus sum et vobis, qui Romae Act 28,30s
estis, evangelizare.
16 Non enim erubesco evangelium: virtus enim Dei est 1 K 1,18.24; 2,4
in salutem omni credenti, Iudaeo primum et Graeco.
17 Iustitia enim Dei in eo revelatur ex fide in fidem, sicut 3,21s
scriptum est: «*Iustus autem ex fide vivet*». Hab 2,4 G 3,11 H 10,38

DE SALVATIONE HOMINUM: 1,18–8,39

De peccato et perditione: 1,18–3,20

De iniquitate hominum et de ira Dei: 1,18-32

18 Revelatur enim ira Dei de caelo super omnem im- 2,5.8s Is 66,15
pietatem et iniustitiam hominum, qui veritatem in iniustitia
detinent, **19** quia, quod noscibile est Dei, manifestum est in Act 14,17; 17,24-28
illis; Deus enim illis manifestavit. **20** Invisibilia enim ipsius
a creatura mundi per ea, quae facta sunt, intellecta conspi- Sap 13,1-9 Sir 17,8s
ciuntur, sempiterna eius et virtus et divinitas, ut sint inex-
cusabiles; **21** quia, cum cognovissent Deum, non sicut Deum
glorificaverunt aut gratias egerunt, sed evanuerunt in cogi-
tationibus suis, et obscuratum est insipiens cor eorum. E 4,17s
22 Dicentes se esse sapientes, stulti facti sunt, **23** et muta- 1 K 1,19-21
verunt gloriam incorruptibilis Dei in similitudinem ima- Ps 106,20 Dt 4,15-19
ginis corruptibilis hominis et volucrum et quadrupedum et Sap 12,24
serpentium.
24 Propter quod tradidit illos Deus in concupiscentiis
cordis eorum in immunditiam, ut ignominia afficiant cor-
pora sua in semetipsis, **25** qui commutaverunt veritatem
Dei in mendacio et coluerunt et servierunt creaturae potius
quam Creatori, qui est benedictus in saecula. Amen.
26 Propterea tradidit illos Deus in passiones ignominiae.
Nam et feminae eorum immutaverunt naturalem usum in
eum, qui est contra naturam; **27** similiter et masculi, relicto 1 K 6,9 Lv 18,22
naturali usu feminae, exarserunt in desideriis suis in invi-

15 itaque ... sum] ita (itaque G Co) quod in me promptum est W S V (– Wi: itaque quantum in me est promptus sum) • 16 evangelium] *add.* Christi Wi • 17 ex fide[2]] *add.* sua Wi | vivit W S V (– Co Wi) • 18 hominum] *add.* eorum W S V | veritatem] *add.* Dei V | in iniustitiam S • 19 quod noscibile est Dei] quod notum est Dei W S V (– Wi: quantum de Deo sciri potest) | in *om.* Wi | manifestavit] revelavit G St • 20 a creatura] ex opificio Wi | nempe sempiterna Wi | eius et] quoque eius W S V (– Wi: eius) | et[2] ac W | ita ut W V • 22 dicentes] *add.* enim W S V • 23 immutaverunt Wi • 24 in concupiscentiis] in desideria (desiderio G) W S V | ignominia] contumeliis W S V • 25 qui[1]] quia St | in mendacium V • 26 et *om.* W S V | in eum] *add.* usum W S V • 27 similiter] *add.* autem W S V | in[2] *om.* L P

cem, masculi in masculos turpitudinem operantes et mer-
cedem, quam oportuit, erroris sui in semetipsis recipientes.
28 Et sicut non probaverunt Deum habere in notitia, tradi-
dit eos Deus in reprobum sensum, ut faciant, quae non
G 5,19-21 2T 3,2-5 conveniunt, **29** repletos omni iniquitate, malitia, avaritia,
nequitia, plenos invidia, homicidio, contentione, dolo, ma-
lignitate, susurrones, **30** detractores, Deo odibiles, contu-
meliosos, superbos, elatos, inventores malorum, parentibus
non oboedientes, **31** insipientes, incompositos, sine affectio-
ne, sine misericordia. **32** Qui cum iudicium Dei cognovis-
sent, quoniam qui talia agunt, digni sunt morte, non solum
ea faciunt, sed et consentiunt facientibus.

De Dei iudicio : 2,1-11

Mt 7,2 **2** Propter quod inexcusabilis es, o homo omnis, qui iudi-
cas. In quo enim iudicas alterum, teipsum condemnas;
eadem enim agis, qui iudicas. **2** Scimus enim quoniam iudi-
cium Dei est secundum veritatem in eos, qui talia agunt.
3 Existimas autem hoc, o homo, qui iudicas eos, qui talia
agunt, et facis ea, quia tu effugies iudicium Dei? **4** An di-
2P 3,9 vitias benignitatis eius et patientiae et longanimitatis con-
temnis, ignorans quoniam benignitas Dei ad paenitentiam
te adducit? **5** Secundum duritiam autem tuam et impaeni-
Ap 6,17 tens cor thesaurizas tibi iram in die irae et revelationis iusti
Ps 62,13 Mt 16,27 iudicii Dei, **6** qui reddet unicuique secundum opera eius:
7 his quidem, qui secundum patientiam boni operis gloriam
et honorem et incorruptionem quaerunt, vitam aeternam;
8 his autem, qui ex contentione et non oboediunt veritati,

28 in notitiam W | eos] illos W V | faciant] *add.* ea V ● **29** iniquitate] iniustitia fornicatione Wi | malitia] *add.* fornicatione W S V (– Wi) | ~ nequitia avaritia malitia Wi | homicidiis G Co E Wi St ● **30** odibiles] osores Wi | elatos] iactabundos Wi ● **31** incompositos] non tenaces pactorum Wi | affectione] *add.* absque foedere W S V ● **32** iudicium] iustitiam W S V | cognovissent] *add.* non intellexerunt W S V (– Wi) | quoniam] quod Wi | non solum ... sed et] et non solum qui ea faciunt sed etiam qui V (– Wi) | sed et] sed etiam Wi
¶ **2.1** ~ alterum iudicas Co E Wi | qui[2]] quae V ● **2** eos] omnes Wi ● **3** homo] *add.* omnis E | qui[1]] quisquis Wi | quia] quod Wi ● **4** benignitatis] bonitatis W S V | ignoras V (– L P) | quoniam] quod Wi ● **5** ~ autem duritiam V ● **6** reddit E Wi | opera sua Wi ● **7** his] iis St L P Si C | qui *om.* E | patientiam] perseverantiam Wi | quaerentibus W S G Co E ● **8** his] iis St L P Si C | qui] *add.* sunt V | et[1]] *add.* qui W S V | oboediunt[1]] acquiescunt W S V

oboediunt autem iniquitati, ira et indignatio. **9** Tribulatio
et angustia in omnem animam hominis operantis malum,
Iudaei primum et Graeci; **10** gloria autem et honor et pax 1,16; 3,9
omni operanti bonum, Iudaeo primum et Graeco. **11** Non
est enim personarum acceptio apud Deum! Act 10,34 1 P 1,17

De gentibus, quae legem non habent: 2,12-16

12 Quicumque enim sine lege peccaverunt, sine lege et 3,19
peribunt; et quicumque in lege peccaverunt, per legem iudi-
cabuntur. **13** Non enim auditores legis iusti sunt apud Deum, Mt 7,21 Jc 1,22.25
sed factores legis iustificabuntur. **14** Cum enim gentes, quae Act 10,35
legem non habent, naturaliter, quae legis sunt, faciunt,
eiusmodi legem non habentes ipsi sibi sunt lex; **15** qui osten-
dunt opus legis scriptum in cordibus suis, testimonium si-
mul reddente illis conscientia ipsorum, et inter se invicem
cogitationibus accusantibus aut etiam defendentibus, **16** in
die cum iudicabit Deus occulta hominum secundum evange- 1 K 4,5 2 K 5,10
lium meum per Christum Iesum.

De Iudaeis, qui requiescunt in lege: 2,17-29

17 Si autem tu Iudaeus cognominaris et requiescis in lege Ph 3,4-6 Is 48,1 s
et gloriaris in Deo, **18** et nosti Voluntatem et discernis po-
tiora instructus per legem, **19** et confidis teipsum ducem Mt 15,14 L 6,39
esse caecorum, lumen eorum, qui in tenebris sunt, **20** erudi-
torem insipientium, magistrum infantium, habentem for-
mam scientiae et veritatis in lege. **21** Qui ergo alium doces, Mt 23,3 s
teipsum non doces? Qui praedicas non furandum, furaris?
22 Qui dicis non moechandum, moecharis? Qui abominaris
idola, templa spolias? **23** Qui in lege gloriaris, per praevari-
cationem legis Deum inhonoras? **24** «*Nomen* enim *Dei* Is 52,5 ⊕ Ez 36,20
propter vos blasphematur inter gentes», sicut scriptum est.

25 Circumcisio quidem prodest, si legem observes; si 1 K 7,19 G 5,3
autem praevaricator legis sis, circumcisio tua praeputium
facta est. **26** Si igitur praeputium iustitias legis custodiat, G 5,6

8 oboediunt[2]] credunt W S V ● 11 ~ non enim est acceptio personarum V ● 12 et[1] *om.* V ● 14 quae[2]] ea quae V | eiusmodi] hi Wi ● 15 simul *om.* W S V | in invicem G | cogitationum accusantium aut etiam defendentium W S V (– Wi Si C) ● 16 ~ Iesum Christum W S V ● 17 acquiescis Wi ● 18 Voluntatem] *add.* eius V | discernis potiora] probas utiliora W S V (– Wi: probas praestantiora) ● 19 et *om.* W S V | ~ esse ducem V ● 22 templa spolias] sacrilegium facis W S V ● 24 propter] per W S V ● 25 observes] facias Wi

nonne praeputium illius in circumcisionem reputabitur?
27 Et iudicabit, quod ex natura est praeputium legem con-
summans, te, qui per litteram et circumcisionem praevari-
9,6 cator legis es. **28** Non enim, qui manifesto Iudaeus est, ne-
que quae manifesto in carne circumcisio, **29** sed qui in ab-
Dt 30,6 Ph 3,2s scondito Iudaeus est, et circumcisio cordis in spiritu non
littera, cuius laus non ex hominibus sed ex Deo est.

Deus verax etsi homines peccant: 3,1-20

3 Quid ergo amplius est Iudaeo, aut quae utilitas circum-
cisionis?
9,4 **2** Multum per omnem modum. Primum quidem, quia
credita sunt illis eloquia Dei.
9,6; 11,1.29 **3** Quid enim, si quidam non crediderunt? Numquid in-
credulitas illorum fidem Dei evacuabit?
Ps 116,11 **4** Absit! Exstet autem Deus verax, omnis autem homo
Ps 51,6 ⊕ mendax, sicut scriptum est: «*Ut iustificeris in sermonibus tuis
et vincas cum iudicaris*».
5 Si autem iniustitia nostra iustitiam Dei commendat,
9,14 quid dicemus? Numquid iniustus Deus, qui infert iram?
Secundum hominem dico.
6 Absit! Alioquin quomodo iudicabit Deus mundum?
6,1 **7** Si enim veritas Dei in meo mendacio abundavit in glo-
riam ipsius, quid adhuc et ego tamquam peccator iudicor?
8 Et non sicut blasphemamur, et sicut aiunt quidam nos di-
cere: «Faciamus mala, ut veniant bona?». Quorum dam-
natio iusta est.
1,16; 2,9s; 11,32 **9** Quid igitur? Praecellimus eos? Nequaquam! Antea
enim causati sumus Iudaeos et Graecos omnes sub peccato
esse, **10** sicut scriptum est:
Eccl 7,20 Ps 14,1-3 «*Non est iustus quisquam,*
11 *non est intellegens, non est requirens Deum.*

27 iudicabit] id Wi; *add.* id V (– Wi) | consummans] *add.* iudicabit Wi ● 28 manifesto[1]] in manifesto W S V (– Wi: in manifesto est) | quae] qui G | manifesto[2]] in manifesto W S V | carne] *add.* est V (– Wi Si: *add.* est, est) ● 29 abscondito] *add.* est Wi Si | est[1] *om.* W S
¶ 3.1 amplius est Iudaeo] amplius Iudaeo est V (– Wi: praecellit Iudaeus) ● 3 quidam] *add.* illorum W S V | evacuavit V (– Co C) ● 4 exstet] est W S V ● 5 iniustitia] iniquitas W S V | iniustus] iniquus (+ est V) W S V ● 6 hunc mundum V ● 8 et[1]] *add.* cur Wi | ~ nos quidam W S ● 9 igitur] ergo V | antea *om.* W S V | ~ causati (praecausati Co) enim W S V ● 10 est[1]] *add.* quia W S V

12 *Omnes declinaverunt, simul inutiles facti sunt;*
non est qui faciat bonum, non est usque ad unum.
13 *Sepulcrum patens est guttur eorum,* Ps 5,10 Ⓖ
linguis suis dolose agebant,
venenum aspidum sub labiis eorum, Ps 140,4
14 *quorum os maledictione et amaritudine plenum est;* Ps 10,7 Ⓖ
15 *veloces pedes eorum ad effundendum sanguinem,* Is 59,7s Prv 1,16
16 *contritio et infelicitas in viis eorum,*
17 *et viam pacis non cognoverunt.*
18 *Non est timor Dei ante oculos eorum».* Ps 36,2

19 Scimus autem quoniam, quaecumque lex loquitur, his, 7,7
qui in lege sunt, loquitur, ut omne os obstruatur, et obno-
xius fiat omnis mundus Deo; 20 quia ex operibus legis *non*
iustificabitur omnis caro coram illo, per legem enim cognitio Ps 143,2 Ⓖ G 2,16; 3,21s
peccati.

De iustificatione et de Spiritu vivificante: 3,21–8,39
De propitiatione in sanguine Christi facta: 3,21-31

21 Nunc autem sine lege iustitia Dei manifestata est, 1,17
testificata a Lege et Prophetis, 22 iustitia autem Dei per Ph 3,9
fidem Iesu Christi, in omnes qui credunt. Non enim est
distinctio: 23 omnes enim peccaverunt et egent gloria Dei,
24 iustificati gratis per gratiam ipsius per redemptionem, E 2,8 Tt 3,7
quae est in Christo Iesu; 25 quem proposuit Deus propitia-
torium per fidem in sanguine ipsius ad ostensionem iustitiae Lv 16,12-15
suae, cum praetermisisset praecedentia delicta 26 in susten-
tatione Dei, ad ostensionem iustitiae eius in hoc tempore,
ut sit ipse iustus et iustificans eum, qui ex fide est Iesu.

19 his] iis St L P Si C | obnoxius] subditus W S V • 20 iustificatur Wi • 21 ~ iustitia Dei sine lege G • 22 in] super W S | omnes] *add.* et super omnes V | credunt] *add.* in eum V • 23 gloriam W S • 25 propitiationem W S L P C; propitiatorem G Co E St Si | ad ostensionem iustitiae suae] ut ostenderet iustitiam suam Wi | cum praetermisisset praecedentia delicta] propter remissionem praecedentium delictorum W S V • 26 in sustentatione ... iustitiae eius] quae toleravit Deus ut ostenderet iustitiam suam Wi | ~ est ex fide St L P Si C | Iesu] *add.* Christi V

8,2 27 Ubi est ergo gloriato? Exclusa est. Per quam legem?
Operum? Non, sed per legem fidei. 28 Arbitramur enim
G 2,16 iustificari hominem per fidem sine operibus legis. 29 An
10,12; 9,24 Iudaeorum Deus tantum? Nonne et gentium? Immo et
Dt 6,4 gentium, 30 quoniam quidem unus Deus, qui iustificabit
4,11s circumcisionem ex fide et praeputium per fidem. 31 Legem
6,15 Mt 5,17 ergo destruimus per fidem? Absit, sed legem statuimus.

De fide Abrahae ad iustitiam reputata: 4,1-25

4 Quid ergo dicemus invenisse Abraham progenitorem
Jc 2,21-24 nostrum secundum carnem? 2 Si enim Abraham ex
operibus iustificatus est, habet gloriam, sed non apud Deum.
Gn 15,6 G 3,6 3 Quid enim Scriptura dicit? «*Credidit autem Abraham Deo,*
Jc 2,23 *et reputatum est illi ad iustitiam*». 4 Ei autem, qui operatur,
merces non reputatur secundum gratiam sed secundum de-
bitum; 5 ei vero, qui non operatur, sed credit in eum, qui
iustificat impium, reputatur fides eius ad iustitiam, 6 sicut
et David dicit beatitudinem hominis, cui Deus reputat iusti-
tiam sine operibus:

Ps 32,1s 7 «*Beati, quorum remissae sunt iniquitates*
et quorum tecta sunt peccata.
8 *Beatus vir, cui non imputabit Dominus peccatum*».

9 Beatitudo ergo haec in circumcisione an etiam in prae-
Gn 15,6 putio? Dicimus enim: «*Reputata est Abrahae fides ad iusti-*
tiam». 10 Quomodo ergo reputata est? In circumcisione an
in praeputio? Non in circumcisione sed in praeputio: 11 et
Gn 17,10s G 3,7 signum accepit circumcisionis, signaculum iustitiae fidei,
quae fuit in praeputio, ut esset pater omnium credentium

27 gloriatio] *add.* tua W V | operum] factorum W S V ● 30 unus] *add.* est V | iustificat V
¶ 4.1 progenitorem] patrem W S V ● 2 operibus] *add.* legis E Wi St Si ● 3 ~ dicit Scriptura V (– G) | autem *om.* W S V ● 4 imputatur W S V ● 5 sed credit] credenti autem W S V | iustitiam] *add.* secundum propositum gratiae Dei V (– Wi) ● 6 reputat] accepto fert W S V (– Wi: imputat) ● 8 imputavit V (– G Co) ● 9 circumcisione] *add.* tantum (– G L P) manet V | enim] *add.* quia (quod Wi) W S V | ~ fides Abrahae Co E ● 10 est] *add.* ei Wi ● 11 fuit] est W S V | esset] sit W S V

per praeputium, ut reputetur illis iustitia, **12** et pater cir- Mt 3,9
cumcisionis his non tantum, qui ex circumcisione sunt, sed
et qui sectantur vestigia eius, quae fuit in praeputio, fidei
patris nostri Abrahae.

13 Non enim per legem promissio Abrahae aut semini Gn 12,7; 18,18; 22,16-18
eius, ut heres esset mundi, sed per iustitiam fidei; **14** si enim
qui ex lege heredes sunt, exinanita est fides, et abolita est
promissio. **15** Lex enim iram operatur; ubi autem non est 3,20; 5,13; 7,8.10
lex, nec praevaricatio. **16** Ideo ex fide, ut secundum gratiam, G 3,7-9
ut firma sit promissio omni semini, non ei, qui ex lege est
solum sed et ei, qui ex fide est Abrahae – qui est pater om-
nium nostrum, **17** sicut scriptum est: «*Patrem multarum* Gn 17,5 H 11,19
gentium posui te» –, ante Deum, cui credidit, qui vivificat
mortuos et vocat ea, quae non sunt, quasi sint; **18** qui
contra spem in spe credidit, ut fieret *pater multarum gentium*,
secundum quod dictum est: «*Sic erit semen tuum*». **19** Et Gn 15,5
non infirmatus fide consideravit corpus suum iam emor- Gn 17,17 H 11,11
tuum, cum fere centum annorum esset, et emortuam vul-
vam Sarae; **20** in repromissione autem Dei non haesitavit
diffidentia, sed confortatus est fide, dans gloriam Deo, **21** et
plenissime sciens quia, quod promisit, potens est et facere. Gn 18,14 L 1,37
22 Ideo et *reputatum est illi ad iustitiam*. Gn 15,6

23 Non est autem scriptum tantum propter ipsum: *repu-*
tatum est illi, **24** sed et propter nos, quibus reputabitur,
credentibus in eum, qui suscitavit Iesum Dominum nostrum 10,9
a mortuis, **25** qui traditus est propter delicta nostra et sus- Is 53,4s.12
citatus est propter iustificationem nostram.

11 reputetur et illis ad iustitiam W S V • **12** et (ut Wi) sit (sic Co) pater circumcisionis non his (iis St L P Si C) tantum, qui sunt ex circumcisione, sed et his (iis St L P Si C), qui sectantur vestigia (+ fidei V), quae est in praeputio, fidei (– V) patris nostri Abrahae W S V • **13** ~ mundi esset Wi • **14** lege] *add.* sunt Wi | et *om.* W S V • **15** autem] enim W S V • **16** ut² *om.* V | ei¹] enim G | qui¹⁺²] quod Wi | ~ Abrahae est Wi | ~ pater est V • **17** est] *add.* quia W S V | ante Deum] coram Deo Wi | credidisti V (– C) | ea *om.* W S | quasi sint] tamquam ea quae sunt W S V (– Wi: ut sint) • **18** contra] praeter Wi | spe] spem W S V | est] *add.* ei V | tuum] *add.* sicut stellae caeli et arena maris V (– Wi C) • **19** infirmatus] *add.* est V (– E Si: est infirmatus; – Wi: infirmus fuit) | fide] *add.* nec V; in fide G E St Si | iam *om.* W S V | cum] *add.* iam V (– Wi L P) | ~ esset annorum V • **20** autem] etiam W S V (– Wi: *om.*) • **21** et¹ *om.* W S V | quia] quod Wi | quod] quaecumque W S V | promisit] *add.* Deus V (– L P C) • **23** ipsum] *add.* quia (quod Wi) W S V | est²] sit Wi | illi] *add.* ad iustitiam V (– Wi) • **24** reputat Wi | Iesum] *add.* Christum V • **25** suscitatus est] resurrexit W S V | nostram] nostri Wi

De spe credentium: 5,1-11

5 Iustificati igitur ex fide, pacem habemus ad Deum per
Dominum nostrum Iesum Christum, 2 per quem et ac-
E 3,12 cessum habemus fide in gratiam istam, in qua stamus et
Jc 1,2s 1P 4,13 gloriamur in spe gloriae Dei. 3 Non solum autem, sed et
gloriamur in tribulationibus, scientes quod tribulatio pa-
tientiam operatur, 4 patientia autem probationem, pro-
Ps 22,6 batio vero spem; 5 spes autem non confundit, quia caritas
Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum Sanctum,
qui datus est nobis.
1P 3,18 6 Adhuc enim Christus, cum adhuc infirmi essemus, se-
cundum tempus pro impiis mortuus est. 7 Vix enim pro
iusto quis moritur; nam pro bono forsitan quis et audeat
J 3,16 1J 4,10 mori. 8 Commendat autem suam caritatem Deus in nos,
quoniam, cum adhuc peccatores essemus, Christus pro
nobis mortuus est. 9 Multo igitur magis iustificati nunc in
1Th 1,10 sanguine ipsius, salvi erimus ab ira per ipsum! 10 Si enim
2K 5,18 cum inimici essemus reconciliati sumus Deo per mortem
Filii eius, multo magis reconciliati salvi erimus in vita ip-
1K 1,30s sius; 11 non solum autem, sed et gloriamur in Deo per
Dominum nostrum Iesum Christum, per quem nunc re-
conciliationem accepimus.

De uno homine vetere et novo: 5,12-21

Gn 2,17; 3,1-19 12 Propterea, sicut per unum hominem peccatum in
hunc mundum intravit et per peccatum mors, et ita in om-
nes homines mors pertransiit, eo quod omnes peccaverunt.
4,15 13 Usque ad legem enim peccatum erat in mundo; pecca-
tum autem non imputatur, cum lex non est, 14 sed regnavit
mors ab Adam usque ad Moysen etiam in eos, qui non

¶ 5.1 igitur] ergo V (- Wi) | habeamus W S V (- Wi) ● 2 et[1] *om.* G Co E St Si | ~ habemus accessum V (- Wi) | fide] per fidem V | gloriae] *add.* filiorum W S V ● 3 et] etiam E ● 6 adhuc enim] ut quid enim W S V (- Wi: etenim) ● 7 et *om.* W V ● 8 ~ caritatem suam V | in nos] in nobis V (- Wi: erga nos) | si cum Co E Wi St Si | essemus] *add.* secundum tempus V (- Wi L P) ● 9 ~ nunc iustificati V (- Wi) ● 11 gloriantes Wi ● 12 ~ in hunc mundum peccatum W S | ita] sic Wi | eo quod] in quo W S V (- Wi) ● 13 imputabatur V (- E: imputabitur) | est] esset V

peccaverunt in similitudine praevaricationis Adae, qui est
figura futuri.
15 Sed non sicut delictum, ita et donum; si enim unius
delicto multi mortui sunt, multo magis gratia Dei et donum 1 K 15,21 s
in gratia unius hominis Iesu Christi in multos abundavit.
16 Et non sicut per unum, qui peccavit, ita et donum; nam
iudicium ex uno in condemnationem, gratia autem ex mul-
tis delictis in iustificationem. **17** Si enim unius delicto mors
regnavit per unum, multo magis, qui abundantiam gratiae
et donationis iustitiae accipiunt, in vita regnabunt per unum
Iesum Christum.
18 Igitur sicut per unius delictum in omnes homines in
condemnationem, sic et per unius iustitiam in omnes ho-
mines in iustificationem vitae; **19** sicut enim per inoboedi-
entiam unius hominis peccatores constituti sunt multi, ita
et per unius oboeditionem iusti constituentur multi.
20 Lex autem subintravit, ut abundaret delictum; ubi 7,7.13 G 3,19
autem abundavit peccatum, superabundavit gratia, **21** ut
sicut regnavit peccatum in morte, ita et gratia regnet per 6,23
iustitiam in vitam aeternam per Iesum Christum Dominum
nostrum.

Baptizati cum Christo vivent: 6,1-14

6 Quid ergo dicemus? Permanebimus in peccato, ut gra- 5,20
tia abundet?
2 Absit! Qui enim mortui sumus peccato, quomodo ad-
huc vivemus in illo? **3** An ignoratis quia, quicumque bap- G 3,27
tizati sumus in Christum Iesum, in mortem ipsius baptizati
sumus? **4** Consepulti ergo sumus cum illo per baptismum Kol 2,12
in mortem, ut quemadmodum suscitatus est Christus a
mortuis per gloriam Patris, ita et nos in novitate vitae am-
bulemus. **5** Si enim complantati facti sumus similitudini Ph 3,10 s 2 T 2,11

14 in similitudinem W S V | figura] forma W S V • **15** sed] nam Wi | in gratia] in gratiam W S ; per gratiam Wi | multos] plures W S V • **16** qui peccavit] peccatum V; peccantem W S | iudicium] *add.* quidem V (– G E) • **17** in unius delicto W S E L P | qui *om.* W S V | donationis] *add.* et W S V | accipientes W S V • **19** oboeditionem] oboedientiam E • **20** peccatum] delictum W S V (– Co: dilectum) | superabundavit] *add.* et Co E Wi St Si • **21** in mortem V | Dominum nostrum *om.* Wi
¶ **6.1** manebimus V (– L P C) • **2** qui] si G St • **3** ignoratis] *add.* fratres V (– L P C) | quia] quod Wi | in Christo Iesu W S V (– Wi) | in morte W S V (– Wi) • **4** ergo] enim W S V | quemadmodum] quomodo W S V (– Wi) | suscitatus est Christus] Christus surrexit V; surrexit Christus W S • **5** facti *om.* Wi

mortis eius, sed et resurrectionis erimus; **6** hoc scientes quia
G 5,24; 6,14 E 4,22s vetus homo noster simul crucifixus est, ut destruatur corpus
peccati, ut ultra non serviamus peccato. **7** Qui enim mor-
tuus est, iustificatus est a peccato.

8 Si autem mortui sumus cum Christo, credimus quia
Act 2,27; 13,35 simul etiam vivemus cum eo; **9** scientes quod Christus sus-
citatus ex mortuis iam non moritur, mors illi ultra non
H 9,26 1 P 3,18 dominatur. **10** Quod enim mortuus est, peccato mortuus est
semel; quod autem vivit, vivit Deo. **11** Ita et vos existimate
vos mortuos quidem esse peccato, viventes autem Deo in
Christo Iesu.

Gn 4,7 **12** Non ergo regnet peccatum in vestro mortali corpore,
ut oboediatis concupiscentiis eius, **13** neque exhibeatis
19; 12,1 membra vestra arma iniustitiae peccato, sed exhibete vos
Deo tamquam ex mortuis viventes et membra vestra arma
G 5,18 iustitiae Deo. **14** Peccatum enim vobis non dominabitur;
non enim sub lege estis sed sub gratia.

De fidelibus a servitute peccati liberatis: 6,15-23

1 s **15** Quid ergo? Peccabimus, quoniam non sumus sub lege
2 P 2,19 sed sub gratia? Absit! **16** Nescitis quoniam, cui exhibetis
J 8,34-36 vos servos ad oboedientiam, servi estis eius, cui oboeditis,
sive peccati ad mortem, sive oboeditionis ad iustitiam?
J 8,32-36 **17** Gratias autem Deo quod fuistis servi peccati, oboedistis
autem ex corde in eam formam doctrinae, in quam traditi
1 P 2,24 estis, **18** liberati autem a peccato servi facti estis iustitiae.

19 Humanum dico propter infirmitatem carnis vestrae.
Sicut enim exhibuistis membra vestra servientia immundi-
tiae et iniquitati ad iniquitatem, ita nunc exhibete membra
vestra servientia iustitiae ad sanctificationem. **20** Cum enim

5 sed] simul W S V ● 6 quia] quod Wi | ut[2]] et Si C ● 8 quia] quod Wi | eo] Christo W S G St L P C; illo Co E Wi Si ● 9 scientes] eo scientes G | suscitatus] resurgens V; surgens W S | ex] a W G | dominatur] dominabitur W S V ● 11 et *om.* Wi | in Christo Iesu] per Christum Iesum dominum nostrum Wi; *add.* Domino nostro L P Si C ● 13 sed neque W S V | iniustitiae] iniquitatis W S V ● 15 peccavimus W S ● 16 nescitis] an nescitis V (– L P C) | quoniam] quod Wi | oboedientiam] oboediendum W S V | ~ eius cui oboeditis servi estis Wi | oboeditis] oboedistis G Co E St | ad mortem *om.* W S | oboeditionis] oboedientiae Wi ● 17 gratia Wi | in quam] in qua W S V (– Wi Si C) ● 19 servientia[1+2]] servire W S V | ad[2]] in W S V

servi essetis peccati, liberi eratis iustitiae. **21** Quem ergo
fructum habebatis tunc, in quibus nunc erubescitis? Nam 8,6
finis illorum mors! **22** Nunc vero liberati a peccato, servi
autem facti Deo, habetis fructum vestrum in sanctificatio-
nem, finem vero vitam aeternam! **23** Stipendia enim peccati 5,12.21
mors, donum autem Dei vita aeterna in Christo Iesu Do- Jc 1,15
mino nostro.

De fidelibus a servitute legis liberati: 7,1-6

7 An ignoratis, fratres – scientibus enim legem loquor –
quia lex in homine dominatur, quanto tempore vivit?
2 Nam quae sub viro est mulier, viventi viro alligata est lege; 1 K 7,39
si autem mortuus fuerit vir, soluta est a lege viri. **3** Igitur
vivente viro vocabitur adultera, si fuerit alterius viri; si
autem mortuus fuerit vir, libera est a lege, ut non sit adul-
tera, si fuerit alterius viri. **4** Itaque, fratres mei, et vos mor-
tificati estis legi per corpus Christi, ut sitis alterius, eius qui 6,4
ex mortuis suscitatus est, ut fructificaremus Deo. **5** Cum
enim essemus in carne, passiones peccatorum, quae per 6,21
legem sunt, operabantur in membris nostris, ut fructifica-
rent morti; **6** nunc autem soluti sumus a lege, mortui ei, in 6,7
qua detinebamur, ita ut serviamus in novitate Spiritus et 2 K 3,6
non in vetustate litterae.

De peccato per legem mortem operante: 7,7-25

7 Quid ergo dicemus? Lex peccatum est? Absit! Sed 3,20
peccatum non cognovi nisi per legem, nam concupiscen-
tiam nescirem nisi lex diceret: «*Non concupisces*». **8** Occa- 5,13 Ex 20,17
sione autem accepta, peccatum per mandatum operatum Dt 5,21 Jc 1,14s
est in me omnem concupiscentiam; sine lege enim pecca-
tum mortuum erat. **9** Ego autem vivebam sine lege aliquan-
do; sed, cum venisset mandatum, peccatum revixit, **10** ego
autem mortuus sum, et inventum est mihi mandatum, quod Lv 18,5
erat ad vitam, hoc esse ad mortem; **11** nam peccatum, occa- G 3,12

20 eratis] fuistis W S V • 21 habuistis W S V | tunc] *add.* in illis V (– Wi: ex illis) | de quibus Wi | mors] *add.* est W S V • 23 stipendium Wi | mors] *add.* est Wi | donum] gratia W S V | per Christum Iesum Dominum nostrum Wi

¶ 7.1 quia] quod Wi | in homine] homini Wi • 2 vivente W S V | lege[1]] legi W S V | vir] *add.* eius W V • 3 alterius viri[1]] cum alio viro W S V | vir] *add.* eius W S V | liberata W S V | lege] *add.* viri W V | alterius viri[2]] cum alio viro W S V • 4 eius *om.* W S V | suscitatus est] resurrexit W S V | fructificetis V (– L P C: fructificemus) • 5 sunt] erant W S V • 6 mortui ei in qua] mortis in qua V; morientes in quo W S • 7 nesciebam W S V • 10 esse] est G

sione accepta, per mandatum seduxit me et per illud occidit.
1T 1,8 **12** Itaque lex quidem sancta, et mandatum sanctum et ius-
5,20 1K 15,56 tum et bonum. **13** Quod ergo bonum est, mihi factum est
mors? Absit! Sed peccatum, ut appareat peccatum, per
bonum mihi operatum est mortem; ut fiat supra modum
peccans peccatum per mandatum.
Ps 51,7 **14** Scimus enim quod lex spiritalis est; ego autem carnalis
G 5,17 sum, venumdatus sub peccato. **15** Quod enim operor, non
intellego; non enim, quod volo, hoc ago, sed quod odi, illud
facio. **16** Si autem, quod nolo, illud facio, consentio legi
quoniam bona. **17** Nunc autem iam non ego operor illud,
sed, quod habitat in me, peccatum. **18** Scio enim quia non
Gn 6,5; 8,21 Ph 2,13 habitat in me, hoc est in carne mea, bonum; nam velle
adiacet mihi, operari autem bonum, non! **19** Non enim,
quod volo bonum, facio, sed, quod nolo malum, hoc ago.
G 2,20 **20** Si autem, quod nolo, illud facio, iam non ego operor
illud, sed, quod habitat in me, peccatum. **21** Invenio igitur
hanc legem volenti mihi facere bonum, quoniam mihi ma-
lum adiacet. **22** Condelector enim legi Dei secundum in-
teriorem hominem; **23** video autem aliam legem in mem-
bris meis repugnantem legi mentis meae et captivantem me
in lege peccati, quae est in membris meis.

8,10 **24** Infelix ego homo! Quis me liberabit de corpore mortis
1K 15,57 huius? **25** Gratias autem Deo per Iesum Christum Domi-
num nostrum! Igitur ego ipse mente servio legi Dei, carne
autem legi peccati.

12 bonum] *add.* est Wi ● **13** ~ operatum est mihi V ● **14** quod] quia G Co E Si C | peccatum Wi ● **15** volo] *add.* bonum V (– Wi L P) | odi] *add.* malum V (– Wi L P); odio G Co E ● **16** bona] *add.* est V ● **18** quia] quod Wi | habitet Wi | operari] perficere W S V | non[2]] *add.* invenio W S V ● **19** facio] hoc facio W S V (– Si: hoc ago) | hoc ago] illud facio Si ● **20** ~ facio illud G | iam *om.* W S | ~ non iam Wi ● **21** hanc *om.* W S V | quoniam] quod Wi | adiacet] adsit Wi ● **24** ~ liberabit me Wi ● **25** gratias autem Deo] gratia Dei W S V (– Wi: gratias ago Deo)

De fidelibus secundum Spiritum ambulantibus: 8,1-18

8 Nihil ergo nunc damnationis est his, qui sunt in Christo 10,4
Iesu; **2** lex enim Spiritus vitae in Christo Iesu liberavit 2K 3,17
te a lege peccati et mortis. **3** Nam, quod impossibile erat
legi, in quo infirmabatur per carnem, Deus Filium suum 2K 5,21 G 4,4
mittens in similitudine carnis peccati et pro peccato, dam- Ph 2,7 H 2,17
navit peccatum in carne, **4** ut iustitia legis impleretur in no- G 5,16.25
bis, qui non secundum carnem ambulamus, sed secundum
Spiritum.
5 Qui enim secundum carnem sunt, quae carnis sunt,
sapiunt; qui vero secundum Spiritum, quae sunt Spiritus.
6 Nam sapientia carnis mors, sapientia autem Spiritus vita 6,21
et pax; **7** quoniam sapientia carnis inimicitia est in Deum, Jc 4,4
legi enim Dei non subicitur nec enim potest. **8** Qui autem
in carne sunt, Deo placere non possunt.
9 Vos autem in carne non estis, sed in Spiritu, si tamen 1K 3,16
Spiritus Dei habitat in vobis. Si quis autem Spiritum Christi
non habet, hic non est eius. **10** Si autem Christus in vobis G 2,20 Ph 1,21
est, corpus quidem mortuum est propter peccatum, Spiritus
vero vita propter iustitiam. **11** Quod si Spiritus eius, qui 6,4 2K 4,14
suscitavit Iesum a mortuis, habitat in vobis, qui suscitavit
Christum a mortuis, vivificabit et mortalia corpora vestra
per inhabitantem Spiritum suum in vobis.
12 Ergo, fratres, debitores sumus non carni, ut secun-
dum carnem vivamus. **13** Si enim secundum carnem vixe- G 6,8 E 4,22-24
ritis, moriemini; si autem Spiritu opera corporis mortificatis,
vivetis. **14** Quicumque enim Spiritu Dei aguntur, hi filii G 5,18
Dei sunt. **15** Non enim accepistis spiritum servitutis iterum G 4,4-6
in timorem, sed accepistis Spiritum adoptionis filiorum, in

¶ **8.1** his] iis St L P Si C | Iesu] *add.* qui non secundum carnem ambulant W S V ● **2** te] me W S V ● **3** legis W S | in quo] eo quod Wi | in similitudinem W S V | pro] de W S V ● **4** iustitia] iustificatio W S V ● **5** sapiunt] sentiunt Wi | Spiritum] *add.* sunt V | Spiritus] *add.* sentiunt W S V ● **6** sapientia[1+2]] prudentia W S V (– Wi: sensus) | mors] *add.* est W V ● **7** sapientia] sensus Wi | inimica V (– Wi: inimicus) | in Deum] Deo V | subicitur] est subiecta V (– Wi: est subiectus) ● **10** vita] vivit V | iustitiam] iustificationem W S V ● **11** suscitavit[2]] *add.* Iesum W S V | per] propter W S V | suum] eius W S V ● **13** opera corporis] facta carnis W S V | mortificaveritis V ● **14** hi] ii St L P Si C | ~ sunt filii Dei V; ~ filii sunt Dei W S ● **15** in timore W S V | filiorum] *add.* Dei G Co E Wi St

quo clamamus: «Abba, Pater!». **16** Ipse Spiritus testimo-
G 4,7 nium reddit una cum spiritu nostro quod sumus filii Dei.
2T 2,11s 1P 4,13 **17** Si autem filii, et heredes: heredes quidem Dei, coheredes
Ap 21,7 autem Christi, si tamen compatimur, ut et conglorificemur.
2K 4,17 **18** Existimo enim quod non sunt condignae passiones huius
temporis ad futuram gloriam, quae revelanda est in nobis.

De creatura a servitute corruptionis liberata: 8,19-30

Kol 3,4 1J 3,2 **19** Nam exspectatio creaturae revelationem filiorum Dei
Gn 3,17-19 exspectat; **20** vanitati enim creatura subiecta est, non vo-
lens sed propter eum, qui subiecit, in spem, **21** quia et ipsa
2P 3,13 creatura liberabitur a servitute corruptionis in libertatem
gloriae filiorum Dei. **22** Scimus enim quod omnis creatura
2K 5,2-5 congemiscit et comparturit usque adhuc; **23** non solum
autem, sed et nos ipsi primitias Spiritus habentes, et ipsi
intra nos gemimus adoptionem filiorum exspectantes, re-
2K 5,7 H 11,1 demptionem corporis nostri. **24** Spe enim salvi facti sumus;
spes autem, quae videtur, non est spes; nam, quod videt,
2K 4,18 G 5,5 quis sperat? **25** Si autem, quod non videmus, speramus,
per patientiam exspectamus.

26 Similiter autem et Spiritus adiuvat infirmitatem nos-
tram; nam quid oremus, sicut oportet, nescimus, sed ipse
Spiritus interpellat gemitibus inenarrabilibus; **27** qui autem
scrutatur corda, scit quid desideret Spiritus, quia secundum
Deum postulat pro sanctis.

E 1,11 **28** Scimus autem quoniam diligentibus Deum omnia co-
operantur in bonum, his, qui secundum propositum vocati
Ph 3,21 sunt. **29** Nam, quos praescivit, et praedestinavit conformes

16 ipse] *add.* enim V | reddet Co | una cum spiritu nostro] spiritui nostro W S V | simus Wi ● **17** filii] *add.* Dei Wi | glorificemur Wi ● **18** revelanda est] revelabitur W S V | in nos Wi ● **20** subiecit] *add.* eam V | in spe V ● **22** ingemiscit W S V (– Wi) | comparturit] (+ una Wi) parturit W S V ● **23** autem] *add.* illa W S V | filiorum] *add.* Dei V ● **24** quis quid (quod Wi) sperat W S V ● **26** et *om.* E | infirmitates nostras Wi | interpellat] postulat pro nobis W S V ● **28** quoniam] quod Wi | his] iis St L P Si C | sunt] *add.* sancti W S V (– Wi) ● **29** et] eosdem et Wi

fieri imaginis Filii eius, ut sit ipse primogenitus in multis Kol 1,18
fratribus; 30 quos autem praedestinavit, hos et vocavit; et 2Th 2,13s
quos vocavit, hos et iustificavit; quos autem iustificavit,
illos et glorificavit.

De credentium certitudine: 8,31-39

31 Quid ergo dicemus ad haec? Si Deus pro nobis, quis
contra nos? 32 Qui Filio suo non pepercit, sed pro nobis J 3,16
omnibus tradidit illum, quomodo non etiam cum illo om-
nia nobis donabit? 33 Quis accusabit adversus electos Dei? Is 50,8
Deus, qui iustificat? 34 Quis est qui condemnet? Christus 4,25 H 7,25
Iesus, qui mortuus est, immo qui suscitatus est, qui et est 1 J 2,1
ad dexteram Dei, qui etiam interpellat pro nobis?
35 Quis nos separabit a caritate Christi? Tribulatio an
angustia an persecutio an fames an nuditas an periculum
an gladius? 36 Sicut scriptum est:
«*Propter te mortificamur tota die,* Ps 44,23
aestimati sumus ut oves occisionis».
37 Sed in his omnibus supervincimus per eum, qui dilexit 1 J 5,4
nos. 38 Certus sum enim quia neque mors neque vita E 1,21; 6,12 Kol 2,15
neque angeli neque principatus neque instantia neque fu- 1 P 3,22
tura neque virtutes 39 neque altitudo neque profundum
neque alia quaelibet creatura poterit nos separare a caritate
Dei, quae est in Christo Iesu Domino nostro.

DE SALUTE ISRAEL FUTURA: 9,1–11,36

Paulus ob incredulitatem Israel contristatus: 9,1-5

9 Veritatem dico in Christo, non mentior, testimonium
mihi perhibente conscientia mea in Spiritu Sancto,
2 quoniam tristitia est mihi magna et continuus dolor cordi
meo. 3 Optarem enim ipse ego anathema esse a Christo pro
fratribus meis, cognatis meis secundum carnem, 4 qui sunt Ex 4,22
Israelitae, quorum adoptio est filiorum et gloria et testa- Ex 40,34s

29 eius] sui V • 30 glorificavit] magnificavit Co E Si • 32 qui] *add.* etiam (+ proprio V) W S V | suo *om.* L P | donavit V (– Co) • 33 Deus] *add.* est Wi • 34 Iesus *om.* Wi | qui[3]] *add.* et W V | suscitatus est] resurrexit W S V | et *om.* W V | qui[5]] is Wi • 35 quis] *add.* ergo V | Christi] Dei Wi | ~ an fames an nuditas an periculum an persecutio V • 36 est] *add.* quia W S V | ut] sicut V • 37 supervincimus per] superamus propter (per Wi) W S V • 38 quia] quod Wi | neque instantia ... virtutes] neque virtutes neque instantia neque futura neque fortitudo V (– Wi: *om.* neque fortitudo) | virtutes] fortitudines W S • 39 alia quaelibet creatura] creatura alia W S V
¶ 9.1 Christo] *add.* Iesu G E Wi St Si • 2 quoniam] quod Wi | ~ mihi magna est V (– G: mihi est magna) • 3 optabam W S V (– Wi: optarim) | ~ ego ipse V | cognatis meis] qui sunt cognati mei W S V • 4 filiorum *om.* Wi

3,2 E 2,12 menta et legislatio et cultus et promissiones, **5** quorum sunt
1,3 1K 15,28 patres, et ex quibus Christus secundum carnem: qui est
super omnia Deus benedictus in saecula. Amen.

De filiis promissionis: 9,6-13

3,1-4; 11,29 | 2,28 **6** Non autem quod exciderit verbum Dei. Non enim
omnes, qui ex Israel, hi sunt Israel; **7** neque quia semen sunt
Gn 21,12 Mt 3,9 Abrahae, omnes filii, sed: «*In Isaac vocabitur tibi semen*».
G 3,7; 4,28 **8** Id est, non qui filii carnis, hi filii Dei, sed qui filii sunt
promissionis, aestimantur semen; **9** promissionis enim
Gn 18,10 verbum hoc est: «*Secundum hoc tempus veniam, et erit Sarae*
filius». **10** Non solum autem, sed et Rebecca ex uno con-
11,5s cubitum habens, Isaac patre nostro; **11** cum enim nondum
nati fuissent aut aliquid egissent bonum aut malum, ut se-
cundum electionem propositum Dei maneret, **12** non ex
Gn 25,23 operibus sed ex vocante dictum est ei: «*Maior serviet mino-*
Ml 1,2s *ri*»; **13** sicut scriptum est: «*Iacob dilexi, Esau autem odio*
habui».

De libertate et misericordia Dei: 9,14-29

14 Quid ergo dicemus? Numquid iniustitia apud Deum?
Ex 33,19 Absit! **15** Moysi enim dicit: «*Miserebor, cuius misereor, et*
misericordiam praestabo, cui misericordiam praesto».
E 2,8 **16** Igitur non volentis neque currentis, sed miserentis
Ex 9,16 Dei. **17** Dicit enim Scriptura pharaoni: «*In hoc ipsum exci-*
tavi te, ut ostendam in te virtutem meam, et ut annuntietur
11,30-32 Ex 7,3 *nomen meum in universa terra*». **18** Ergo, cuius vult, misere-
tur et, quem vult, indurat.
19 Dices itaque mihi: «Quid ergo adhuc queritur? Vo-
luntati enim eius quis restitit?». **20** O homo, sed tu quis es,
Is 29,16; 45,9 Sap 12,12 qui respondeas Deo? *Numquid dicet figmentum ei, qui se*
finxit: «Quid me fecisti sic?». **21** An non habet potestatem
Jr 18,6 2T 2,20 *figulus luti* ex eadem massa facere aliud quidem vas in ho-

4 testamentum V (– Wi) | cultus] obsequium W S V (– Wi) | promissa W S V (– Wi) ● **5** sunt *om.* W S V (– Wi) | et *om.* V (– L P C) | quibus] *add.* est V (– G) ● **6** autem] *add.* hoc dico Wi | ex *om.* G | Israel[1]] *add.* sunt Wi Si C; circumcisione sunt Israel Co E St | hi] ii St L P Si C | Israel[2]] Israelitae W V ● **7** quia] qui V (– Co) | filii] *add.* sunt Wi ● **8** carnis] *add.* sunt Wi | Dei] *add.* sunt G Wi | aestimantur] reputantur Wi | in semine (semen Wi) W S V ● **10** autem] *add.* illa V | concubitu V (– Wi) | concubitum habens] conceperat Wi | patris nostri V (– Wi) ● **11** boni egissent aut mali V ● **12** ei] *add.* quia (quod Wi) W S V ● **14** iniustitia] iniquitas W S V ● **15** dixit E Wi | cuius misereor] cui misertus sum G Co E St | cui misericordiam praesto] cui (cuius W S Si C) miserebor W S V ● **16** miserentis] *add.* est W V ● **17** pharaoni] *add.* quia W S V | ut[2] *om.* W | nomen tuum G ● **18** cui vult G Co St ● **19** dicis W S V (– Co) | ergo *om.* W S V | conqueritur Wi | enim *om.* G | resistit W S V ● **20** sed *om.* W S V | dicit W S V

norem, aliud vero in ignominiam? 22 Quod si volens Deus
ostendere iram et notam facere potentiam suam sustinuit 2,4
in multa patientia vasa irae aptata in interitum 23 et ut
ostenderet divitias gloriae suae in vasa misericordiae, quae 8,29
praeparavit in gloriam, 24 quos et vocavit nos non solum 1,16; 3,29
ex Iudaeis sed etiam ex gentibus? 25 Sicut et in Osee dicit:

«Vocabo Non plebem meam Plebem meam Hos 2,25 1P 2,10
et Non dilectam Dilectam. 26 *Et erit: in loco, ubi dictum* Hos 2,1
est eis:
"Non plebs mea vos",
ibi vocabuntur Filii Dei vivi».

27 Isaias autem clamat pro Israel: *«Si fuerit numerus filio-* Is 10,22s ⊕ 11,5
rum Israel tamquam arena maris, reliquiae salvae fient. 28 *Ver-*
bum enim consummans et brevians faciet Dominus super ter-
ram».

29 Et sicut praedixit Isaias:

«Nisi Dominus Sabaoth reliquisset nobis semen, Is 1,9 ⊕
sicut Sodoma facti essemus
et sicut Gomorra similes fuissemus».

De Israelitis in aemulatione Dei errantibus: 9,30–10,4

30 Quid ergo dicemus? Quod gentes, quae non sectaban- 10,20
tur iustitiam, apprehenderunt iustitiam, iustitiam autem,
quae ex fide est; 31 Israel vero sectans legem iustitiae in le- 10,2s; 11,7
gem non pervenit. 32 Quare? Quia non ex fide sed quasi ex 1K 1,23
operibus; offenderunt in lapidem offensionis, 33 sicut scrip-
tum est:

«Ecce pono in Sion lapidem offensionis et petram scan- Is 8,14; 28,16 Mt 21,42 1P 2,6-8
dali;
et, qui credit in eo, non confundetur».

21 ignominiam] contumeliam W S V • 22 ~ Deus volens V | apta V (– Co Si) • 23 et *om.* W S V • 24 nos *om.* Co E Wi St Si • 25 et[1] *om.* W S V | et Non dilectam Dilectam] (+ et Non dilectam Dilectam V) et Non misericordiam consecutam Misericordiam consecutam W S V (– Wi) • 28 brevians] abbrevians (– W S) in aequitate (iustitia Wi) quia verbum breviatum W S V • 29 Sodoma] *add.* et G • 31 sectando V | legem[2]] lege Wi; *add.* iustitiae W S V • 32 offenderunt] impegerunt Wi; *add.* enim V • 33 ecce ponam Wi | et omnis qui W S V | in eum W S V

9,1.3 **10** Fratres, voluntas quidem cordis mei et obsecratio ad
Act 22,3 Deum pro illis in salutem. **2** Testimonium enim per-
hibeo illis quod aemulationem Dei habent, sed non secun-
dum scientiam; **3** ignorantes enim Dei iustitiam et suam
iustitiam quaerentes statuere, iustitiae Dei non sunt sub-
G 3,24 iecti; **4** finis enim legis Christus ad iustitiam omni credenti.

De iustitia fidei praedicatio salutaris: 10,5-15

Lv 18,5 G 3,12 **5** Moyses enim scribit de iustitia, quae ex lege est: «*Qui
fecerit homo, vivet in eis*». **6** Quae autem ex fide est iustitia,
Dt 9,4; 30,12-14 Ps 107,26 sic dicit: «*Ne dixeris* in corde tuo: *Quis ascendet in caelum?*»,
Bar 3,29 id est Christum deducere; **7** aut: «*Quis descendet in abys-
sum?*», hoc est Christum ex mortuis revocare. **8** Sed quid
Dt 30,14 dicit? «*Prope te est verbum, in ore tuo et in corde tuo*»; hoc
est verbum fidei, quod praedicamus. **9** Quia si confitearis in
1 K 12,3 ore tuo: «*Dominum Iesum!*», et in corde tuo credideris quod
Deus illum excitavit ex mortuis, salvus eris. **10** Corde enim
creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit in salutem.
11 Dicit enim Scriptura:
Is 28,16 9,33 «Omnis, *qui credit in illo, non confundetur*».
1,16 G 3,28 Kol 3,11 **12** Non enim est distinctio Iudaei et Graeci, nam idem
Dominus omnium, dives in omnes, qui invocant illum:
Joel 3,5 **13** *Omnis* enim, *quicumque invocaverit nomen Domini,
salvus erit*.
14 Quomodo ergo invocabunt, in quem non crediderunt?
Aut quomodo credent ei, quem non audierunt? Quomodo
autem audient sine praedicante? **15** Quomodo vero praedi-
cabunt nisi mittantur? Sicut scriptum est:
Is 52,7 «*Quam speciosi pedes evangelizantium bona*».

¶ **10.1** Deum] *add.* fit W S V | pro Israel ad salutem Wi ● **2** aemulationem] *add.* quidem G Co E Wi St ● **3** ~ iustitiam Dei V | iustitiam² *om.* W S V ● **5** scripsit W S V | de iustitia] quoniam iustitiam W S V | in ea W S V ● **6** ascendit W S ● **7** descendit W S | ex] a V ● **8** dicit] *add.* scriptura V | te *om.* W S V ● **9** suscitavit V | ex] a W V ● **10** in] ad V ● **11** in illum W S V ● **15** pedes] *add.* evangelizantium pacem W S V

De inoboedientia Israel: 10,16-21

16 Sed non omnes oboedierunt evangelio; Isaias enim
dicit:
«Domine, quis credidit auditui nostro?». Is 53,1
17 Ergo fides ex auditu, auditus autem per verbum J 17,20
Christi.
18 Sed dico: Numquid non audierunt? Quin immo,
in omnem terram exiit sonus eorum, Ps 19,5
et in fines orbis terrae verba eorum.
19 Sed dico: Numquid Israel non cognovit? Primus
Moyses dicit:
«Ego ad aemulationem vos *adducam per Non gentem:* Dt 32,21 ☉ 11,11
per gentem insipientem ad iram vos *provocabo».*
20 Isaias autem audet et dicit: *«Inventus sum in non quae-* Is 65,1
rentibus me; palam apparui his, qui me non interrogabant».
21 Ad Israel autem dicit: *«Tota die expandi manus meas* Is 65,2
ad populum non credentem et contradicentem».

De electis et de excaecatis Israel: 11,1-12

11 Dico ergo: Numquid reppulit Deus populum suum? Ph 3,5 2K 11,22
Absit! Nam et ego Israelita sum, ex semine Abraham,
tribu Beniamin. **2** *Non reppulit Deus plebem suam,* quam Ps 94,14
praescivit. An nescitis in Elia quid dicit Scriptura? Quem-
admodum interpellat Deum adversus Israel: **3** «Domine, 1Rg 19,10-14
prophetas tuos occiderunt, altaria tua suffoderunt, et ego relic-
tus sum solus, et quaerunt animam meam».
4 Sed quid dicit illi responsum divinum?
«Reliqui mihi *septem milia virorum, qui non curvaverunt genu* 1Rg 19,18
Baal».
5 Sic ergo et in hoc tempore reliquiae secundum electio- 9,27
nem gratiae factae sunt. **6** Si autem gratia, iam non ex ope- 4,4
ribus, alioquin gratia iam non est gratia.
7 Quid ergo? Quod quaerit Israel, hoc non est consecu-

16 oboediunt V ● **17** fides] vides G ● **18** quin immo] et quidem W S V ● **19** dixit E Wi | ~ Non per G | per[1+2]] in W S V | ad[2]] in W S V | provocabo] mittam W S V ● **20** audet] ait Wi | in] a V; *om.* W S | his] iis St L P Si C ● **21** et] sed G Co E Wi St | contradicentem] *add.* mihi V (– Co C)
¶ **11.1** ~ Deus reppulit V | de tribu V ● **2** adversum V ● **3** Domine] dicens: Domine Wi ● **4** ~ divinum responsum V | genu] genua ante (– L P) V ● **5** gratiae] *add.* Dei Co E Wi St | factae] salvae factae V (– Wi: *om.*) ● **6** iam[1] *om.* W S | gratia[3]] *add.* sin ex operibus, iam non est gratia, alioquin opus iam non est opus Wi ● **7** quaerebat W S V

tus, electio autem consecuta est; ceteri vero excaecati sunt,
8 sicut scriptum est:
Is 29,10 Dt 29,3 Mt 13,13 Act 28,26s *«Dedit illis Deus spiritum soporis,*
oculos, ut non videant,
et aures, ut non audiant,
usque in hodiernum diem».
9 Et David dicit:
Ps 69,23s ⓖ *«Fiat mensa eorum in laqueum* et in captionem
et in scandalum et in retributionem illis.
10 *Obscurentur oculi eorum, ne videant,*
et dorsum illorum semper incurva!».
10,19 11 Dico ergo: Numquid sic offenderunt, ut caderent?
Absit! Sed illorum casu salus gentibus, ut illi ad aemulatio-
nem adducantur. 12 Quod si casus illorum divitiae sunt
mundi et deminutio eorum divitiae gentium, quanto magis
plenitudo eorum!

Similitudo oleastri et olivae: 11,13-24

1,5 13 Vobis autem dico gentibus: Quantum quidem ego
sum gentium apostolus, ministerium meum honorifico,
14 si quo modo ad aemulandum provocem carnem meam
et salvos faciam aliquos ex illis. 15 Si enim amissio eorum
reconciliatio est mundi, quae assumptio nisi vita ex mor-
tuis? 16 Quod si primitiae sanctae sunt, et massa; et si radix
sancta, et rami. 17 Quod si aliqui ex ramis fracti sunt, tu
autem, cum oleaster esses, insertus es in illis et consocius
radicis pinguedinis olivae factus es, 18 noli gloriari adversus
ramos; quod si gloriaris, non tu radicem portas, sed radix te.
19 Dices ergo: «Fracti sunt rami, ut ego inserar». 20 Bene;
1 K 10,12 incredulitate fracti sunt, tu autem fide stas. Noli altum sa-
pere, sed time: 21 si enim Deus naturalibus ramis non pe-
percit, ne forte nec tibi parcat.
J 15,2.4 22 Vide ergo bonitatem et severitatem Dei: in eos quidem,

8 soporis] compunctionis W S V | ut non[1+2]] ne Wi ● 9 dixit E Wi | eorum] *add.* coram ipsis G Co E St Si ● 10 illorum] eorum V ● 11 casu] delicto W S V | salus] *add.* est V (– G) | illi ad aemulationem adducantur] illos (illas Wi) aemulentur W S V ● 12 casus] delictum W S V | diminutio V ● 13 autem] enim W S V | quantum] quamdiu W S V | honorificabo W S V ● 15 amissio] abiectio Wi | quae] quid Wi ● 16 primitiae sanctae sunt] delibatio sancta est W S V (– Wi) ● 17 socius W S V | radicis] *add.* et W S V ● 19 dicis W V (– Si C) ● 20 propter incredulitatem W S V

qui ceciderunt, severitatem; in te autem bonitatem Dei, si
permanseris in bonitate, alioquin et tu excideris. 23 Sed et
illi, si non permanserint in incredulitate, inserentur; potens
est enim Deus iterum inserere illos! 24 Nam si tu ex naturali
excisus es oleastro et contra naturam insertus es in bonam
olivam, quanto magis hi, qui secundum naturam sunt, in-
serentur suae olivae.

Israel omnis salvus erit: 11,25-36

25 Nolo enim vos ignorare, fratres, mysterium hoc, ut L 21,24
non sitis vobis ipsis sapientes, quia caecitas ex parte conti-
git in Israel, donec plenitudo gentium intraret, 26 et sic
omnis Israel salvus fiet, sicut scriptum est:
«Veniet ex Sion, qui eripiat, Is 59,20s ⊛
avertet impietates ab Iacob;
27 *et hoc illis a me testamentum,* Jr 31,33s
cum abstulero peccata eorum». Is 27,9 ⊛
28 Secundum evangelium quidem inimici propter vos, 15,8 1 Th 2,15s
secundum electionem autem carissimi propter patres;
29 sine paenitentia enim sunt dona et vocatio Dei! 30 Sicut 9,6 Nu 23,19
enim aliquando vos non credidistis Deo, nunc autem mi-
sericordiam consecuti estis propter illorum incredulitatem,
31 ita et isti nunc non crediderunt propter vestram miseri-
cordiam, ut et ipsi nunc misericordiam consequantur.
32 Conclusit enim Deus omnes in incredulitatem, ut om- 1,19 G 3,22
nium misereatur!
33 O altitudo divitiarum et sapientiae et scientiae Dei! Job 11,7s Ps 139,17
Quam incomprehensibilia sunt iudicia eius et investigabiles
viae eius!
34 *Quis* enim *cognovit sensum Domini?* Is 40,13 1 K 2,16
Aut quis consiliarius eius fuit?

23 in *om.* Wi ● 24 nam] *add.* et G Co E Wi | si] *add.* et St | bonum Wi | hi] ii St L P Si C | qui *om.* W S | sunt *om.* W S V (– Wi) ● 25 vobismetipsis E Wi | contingit G St | in *om.* Wi ● 26 fieret W S V | et avertet W; et avertat V | impietatem V | a Iacob St L P Si C ● 28 electionem ... patres *om.* Wi ● 29 sine paenitentia] immutabilia Wi ● 30 aliquando et vos W S V | ~ incredulitatem illorum V ● 31 propter] in W S V (– Wi) | propter vestram misericordiam] cum vos misericordiam adepti estis Wi | nunc[2] *om.* W S V ● 32 omnes] omnia W S V (– Wi) | in incredulitate V (– Wi L P) ● 33 et[1] *om.* W S V | impervestigabiles Wi

Is 40,14 ⊛ Job 41,3 35 *Aut quis prior dedit illi,*
et retribuetur ei?
1 K 8,6 Kol 1,16s 36 Quoniam ex ipso et per ipsum et in ipsum omnia. Ipsi
gloria in saecula. Amen.

DE CONVERSATIONE CHRISTIANA: 12,1–15,13

De donationibus singulorum et de ministerio communi: 12,1-8

6,13 12 Obsecro itaque vos, fratres, per misericordiam Dei,
ut exhibeatis corpora vestra hostiam viventem, sanc-
tam, Deo placentem, rationabile obsequium vestrum; 2 et
E 4,17.22s nolite conformari huic saeculo, sed transformamini reno-
1 Th 5,21 vatione mentis, ut probetis quid sit voluntas Dei, quid
bonum et bene placens et perfectum.
2 K 10,13 3 Dico enim per gratiam, quae data est mihi, omnibus,
qui sunt inter vos, non altius sapere quam oportet sapere,
sed sapere ad sobrietatem, unicuique sicut Deus divisit
1 K 12,12.27 E 1,23 mensuram fidei. 4 Sicut enim in uno corpore multa membra
habemus, omnia autem membra non eundem actum habent,
5 ita multi unum corpus sumus in Christo, singuli autem
6–8: 1 K 12,4.8-11 alter alterius membra. 6 Habentes autem donationes secun-
dum gratiam, quae data est nobis, differentes: sive pro-
1 P 4,10s phetiam, secundum rationem fidei; 7 sive ministerium, in
2 K 9,7 ministrando; sive qui docet, in doctrina; 8 sive qui exhorta-
tur, in exhortando; qui tribuit, in simplicitate; qui praeest,
in sollicitudine; qui miseretur, in hilaritate.

Exhortationes ad conversationem bonam: 12,9-21

2 K 6,6 9 Dilectio sine simulatione. Odientes malum, adhaeren-
Ph 2,3 tes bono; 10 caritate fraternitatis invicem diligentes, ho-
nore invicem praevenientes, 11 sollicitudine non pigri,
5,2s Kol 4,2 spiritu ferventes, Domino servientes, 12 spe gaudentes, in
tribulatione patientes, orationi instantes, 13 necessitatibus

36 in ipsum] in ipso sunt (– S) W S V | gloria] honor et gloria Co E Wi St | saecula] *add.* saeculorum G Co E St Si
¶ 12.1 frater E | rationale Wi ● 2 transformamini renovatione mentis] reformamini in novitate sensus vestri W S V | quid¹] quae W S V | sit *om.* Co | quid bonum] bona W S V | bene *om.* W S | perfecta W S V ● 3 altius] plus W S V | et unicuique W V (– L P) | fidei *om.* Co ● 6 autem *om.* G Co St | differentes] diversas Wi | secundum rationem fidei] ut consentiat fidei Wi ● 8 sive *om.* W S V | praeest] potest G Co ● 10 caritatem W S V (– Wi Si) ● 11 Domino] tempori Wi ● 12 orationem G

sanctorum communicantes, hospitalitatem sectantes. **14** Be- 1 P 4,9 H 13,2
nedicite persequentibus; benedicite et nolite maledicere! L 6,27s
15 Gaudere cum gaudentibus, flere cum flentibus. **16** Idip- 1 K 12,26
sum invicem sentientes, non alta sapientes, sed humilibus 15,5 Ph 2,2s
consentientes. Nolite esse prudentes apud vosmetipsos. Prv 3,7
17 Nulli malum pro malo reddentes; *providentes bona* 1 Th 5,15 1 P 3,9
coram omnibus *hominibus;* **18** si fieri potest, quod ex vobis
est, cum omnibus hominibus pacem habentes; **19** non
vosmetipsos vindicantes, carissimi, sed date locum irae, Prv 3,4 𝔊 | H 12,14
scriptum est enim: «*Mihi vindicta, ego retribuam*», dicit Do- Dt 32,35.41
minus. **20** Sed *si esurierit inimicus tuus, ciba illum; si sitit,* Prv 25,21s Mt 5,44
potum da illi. Hoc enim faciens, carbones ignis congeres super
caput eius. **21** Noli vinci a malo, sed vince in bono malum.

Magistratibus oboediendum: 13,1-7

13 Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit. 1 P 2,13s Tt 3,1
Non est enim potestas nisi a Deo; quae autem sunt,
a Deo ordinatae sunt. **2** Itaque, qui resistit potestati, Dei
ordinationi resistit; qui autem resistunt ipsi, sibi damnatio-
nem acquirent. **3** Nam principes non sunt timori bono operi
sed malo. Vis autem non timere potestatem? Bonum fac,
et habebis laudem ex illa; **4** Dei enim ministra est tibi in
bonum. Si autem malum feceris, time; non enim sine causa
gladium portat; Dei enim ministra est, vindex in iram ei,
qui malum agit. **5** Ideo necesse est subditos esse, non solum 1 P 2,19

14 persequentibus] *add.* vos V • 15 gaudete ... flete Wi Si • 16 idipsum] idem Wi • 17 coram omnibus hominibus] non tantum coram Deo sed etiam coram omnibus hominibus W S V • 19 vindicantes] defendentes W S V (– Wi: ulciscentes) | vindictam W S V (– Co C) | et ego V (– L P C) • 20 sed] *add.* et E Wi
¶ 13.1 ordinata V (– Wi C) • 2 acquirunt W S V • 3 boni operis sed mali W S V • 4 ministra[1+2]] minister W S V | malum[1]] male S | malum[2]] male E Wi • 5 ideoque G Co E Wi St | necesse est subditos esse] necessitate subditi estote W S V

propter iram sed et propter conscientiam. **6** Ideo enim et
tributa praestatis; ministri enim Dei sunt in hoc ipsum
Mt 22,21 instantes. **7** Reddite omnibus debita: cui tributum tributum,
cui vectigal vectigal, cui timorem timorem, cui honorem
honorem.

Plenitudo legis dilectio: 13,8-14

J 13,34 **8** Nemini quidquam debeatis, nisi ut invicem diligatis:
Ex 20,13-17 qui enim diligit proximum, legem implevit. **9** Nam: *Non*
Dt 5,17-21 Mt 22,39s *adulterabis*, *Non occides*, *Non furaberis*, *Non concupisces*, et
G 5,14 si quod est aliud mandatum, in hoc verbo recapitulatur:
Lv 19,18 | *Diliges proximum tuum tamquam teipsum.* **10** Dilectio proxi-
1 K 13,4 mo malum non operatur; plenitudo ergo legis est dilectio.
E 5,14.16 **11** Et hoc scientes tempus quia hora est iam vos de
1 Th 5,5s somno surgere, nunc enim propior est nobis salus quam
cum credidimus. **12** Nox processit, dies autem appropiavit.
E 6,11.13 Abiciamus ergo opera tenebrarum et induamur arma lucis.
1 Th 5,8 Mt 24,49 **13** Sicut in die honeste ambulemus: non in comissationibus
L 21,34 et ebrietatibus, non in cubilibus et impudicitiis, non in
G 3,27 E 4,24 contentione et aemulatione; **14** sed induite Dominum Iesum
Christum et carnis curam ne feceritis in concupiscentiis.

Infirmi et firmiores in fide: 14,1-23

1–23: 1 K 8,1-13 | **14** Infirmum autem in fide assumite, non in discepta-
15,1 1 K 9,22 1 K 10,25 tionibus cogitationum. **2** Alius enim credit manducare
omnia; qui autem infirmus est, holus manducat. **3** Is qui
manducat, non manducantem non spernat; et qui non man-
Kol 2,16 ducat, manducantem non iudicet, Deus enim illum assump-
Jc 4,11s sit. **4** Tu quis es, qui iudices alienum servum? Suo domino

5 et] etiam V • 6 instantes] servientes W S V • 7 reddite] *add.* ergo V • 8 adimplevit G • 9 nam] *add.* quod dictum est Wi | furaberis] *add.* non falsum testimonium dices V | recapitulatur] instauratur W S V (– Wi: comprehenditur) | tamquam] sicut W V • 10 proximi W V • 11 vos] nos W S V | nobis] nostra W S V • 12 praecessit W S V (– Wi) | appropiavit] appropinquavit V (– St: appropinquabit) • 13 in ebrietatibus Wi • 14 induimini W V | in concupiscentiis] in desideriis W S V (– Wi: ad desideria)

¶ 14.1 non … cogitationum] ne haesitent eius cogitationes Wi • 2 credit se manducare V (– G Co: credit manducare se) | manducat] manducet W V • 3 non manducantem … manducat[2] *om.* Wi • 4 iudicas V | ~ domino suo V

stat aut cadit; stabit autem, potens est enim Dominus sta-
tuere illum.
5 Nam alius iudicat inter diem et diem, alius iudicat G 4,10
omnem diem; unusquisque in suo sensu abundet. **6** Qui
sapit diem, Domino sapit; et qui manducat, Domino man- 1T 4,4s
ducat, gratias enim agit Deo; et qui non manducat, Domino
non manducat et gratias agit Deo. **7** Nemo enim nostrum 2K 5,15 G 2,19
sibi vivit et nemo sibi moritur; **8** sive enim vivimus, Do-
mino vivimus, sive morimur, Domino morimur. Sive ergo 6,11 1Th 5,10
vivimus, sive morimur, Domini sumus. **9** In hoc enim Chris-
tus et mortuus est et vixit, ut et mortuorum et vivorum Act 10,42
dominetur.
10 Tu autem quid iudicas fratrem tuum? Aut tu quare Mt 7,1
spernis fratrem tuum? Omnes enim stabimus ante tribunal 2K 5,10
Dei; **11** scriptum est enim:
«*Vivo ego, dicit Dominus,* Is 49,18
mihi flectetur omne genu, Is 45,23 Ph 2,10s
et omnis lingua confitebitur Deo».
12 Itaque unusquisque nostrum pro se rationem reddet
Deo. **13** Non ergo amplius invicem iudicemus, sed hoc
iudicate magis, ne ponatis offendiculum fratri vel scanda-
lum.
14 Scio et certus sum in Domino Iesu quia nihil com-
mune per seipsum, nisi ei, qui existimat quid commune esse, Mt 15,11 Tt 1,15
illi commune est. **15** Si enim propter cibum frater tuus
contristatur, iam non secundum caritatem ambulas. Noli
cibo tuo illum perdere, pro quo Christus mortuus est!

4 Dominus] Deus W S V ● **5** inter diem et diem] diem (+ plus S) inter diem W S V (– Wi: diem prae die) | alius[2]] *add.* autem V | omnem diem] idem de quovis die Wi | in suo sensu abundet] in sua mente certus sit Wi ● **6** qui sapit diem Domino sapit] qui observat diem Domino observat et qui non observat diem Domino non observat Wi ● **9** et[1] *om.* V | vixit] resurrexit W V; revixit S | ~ vivorum et mortuorum G Co E Wi St ● **10** Dei] Christi V (– G) ● **11** Dominus] *add.* quoniam W S V | flectet W S ● **14** certus sum] confido W S V (– Wi) | seipsum] ipsum W S V

16 Non ergo blasphemetur bonum vestrum! **17** Non est
1 K 4,20 Mt 6,33 enim regnum Dei esca et potus, sed iustitia et pax et gau-
dium in Spiritu Sancto; **18** qui enim in hoc servit Christo,
12,18; 15,2 placet Deo et probatus est hominibus. **19** Itaque, quae pacis
sunt, sectemur et quae aedificationis sunt in invicem.
20 Noli propter escam destruere opus Dei! Omnia quidem
munda sunt, sed malum est homini, qui per offendiculum
manducat. **21** Bonum est non manducare carnem et non
bibere vinum neque id, in quo frater tuus offendit.

22 Tu, quam fidem habes, penes temetipsum habe coram
Deo. Beatus, qui non iudicat semetipsum in eo quod probat.
14 **23** Qui autem discernit si manducaverit, damnatus est, quia
non ex fide; omne autem, quod non ex fide, peccatum est.

Ut unanimes sint : 15,1-13

14,1 s **15** Debemus autem nos firmiores imbecillitates infirmo-
rum sustinere, et non nobis placere. **2** Unusquisque
14,19 nostrum proximo placeat in bonum ad aedificationem;
3 etenim Christus non sibi placuit, sed sicut scriptum est:
Ps 69,10 «*Improperia improperantium tibi ceciderunt super me*».
1 K 10,11 2 T 3,16 **4** Quaecumque enim antea scripta sunt, ad nostram doctri-
nam scripta sunt, ut per patientiam et consolationem
12,16 Ph 2,2; 4,2 Scripturarum spem habeamus. **5** Deus autem patientiae et
solacii det vobis idipsum sapere in alterutrum secundum
Christum Iesum, **6** ut unanimes uno ore glorificetis Deum
et Patrem Domini nostri Iesu Christi.

16 non] ne Wi | vestrum] nostrum W S V (– Co Wi) • **17** enim *om.* W S • **19** in *om.* E Wi St L P | invicem] *add.* custodiamus W V • **20** ~ sunt munda V (– E Wi) • **21** id *om.* W S V (– Wi) | offendit] offenditur V (– G); *add.* aut scandalizatur aut infirmatur W S V • **22** quam fidem] fidem W S L P Si C; ~ fidem quam Co E Wi St; quidem G | quod] quo S • **23** non[2]] *add.* est W V
¶ **15.2** nostrum] vestrum W S V | proximo] *add.* suo W S V • **4** antea *om.* W S V • **5** idipsum] idem Wi | in alterutrum] mutuo inter vos Wi | ~ Iesum Christum W S V • **6** glorificetis] honorificetis W S V

7 Propter quod suscipite invicem, sicut et Christus susce- 14,1
pit vos, in gloriam Dei. 8 Dico enim Christum ministrum 11,29s Mt 15,24
fuisse circumcisionis propter veritatem Dei ad confirman-
das promissiones patrum, 9 gentes autem propter miseri-
cordiam glorificare Deum, sicut scriptum est:
«Propter hoc confitebor tibi in gentibus, Ps 18,50
et nomini tuo cantabo».
10 Et iterum dicit: *«Laetamini, gentes, cum plebe eius».* Dt 32,43 ⓖ
11 Et iterum:
«Laudate, omnes gentes, Dominum, Ps 117,1
et magnificent eum omnes populi».
12 Et rursus Isaias ait:
«Erit radix Iesse, Is 11,1.10 ⓖ Ap 5,5
et qui exsurget regere gentes:
in eo gentes sperabunt».
13 Deus autem spei repleat vos omni gaudio et pace in 5,1s
credendo, ut abundetis in spe in virtute Spiritus Sancti.

CONCLUSIO: 15,14–16,27

De itineribus Pauli futuris: 15,14-29

14 Certus sum autem, fratres mei, et ego ipse de vobis, Ph 1,9
quoniam et ipsi pleni estis bonitate, repleti omni scientia,
ita ut possitis et alterutrum monere. 15 Audacius autem 1,5
scripsi vobis ex parte, tamquam in memoriam vos reducens
propter gratiam, quae data est mihi a Deo, 16 ut sim minis-
ter Christi Iesu ad gentes, consecrans evangelium Dei, ut 11,13
fiat oblatio gentium accepta, sanctificata in Spiritu Sancto.

7 in] ad Wi | gloriam] honorem W S V (– Wi) ● 8 Christum] *add.* Iesum W S V ● 9 propter[1]] super W S V | misericordia V | glorificare] honorare W S V (– Wi: honorent) | propter hoc] propterea V | gentibus] *add.* Domine V (– Wi) ● 11 magnificate W S V ● 12 in eum V ● 13 in[3]] et W V ● 14 bonitate] dilectione W S V | et[3] *om.* W S V ● 15 vobis] *add.* fratres (+ aliqua Wi) W S V | in memoriam vos reducens] commonefaciens vos Wi ● 16 ad gentes] in gentibus W S V | consecrans] sanctificans W S V | accepta] *add.* et V

17 Habeo igitur gloriationem in Christo Iesu ad Deum;
2K 3,5 **18** non enim audebo aliquid loqui eorum, quae per me non
effecit Christus in oboedientiam gentium, verbo et factis,
2K 12,12 **19** in virtute signorum et prodigiorum, in virtute Spiritus,
ita ut ab Ierusalem et per circuitum usque in Illyricum
repleverim evangelium Christi, **20** sic autem contendens
praedicare evangelium, non ubi nominatus est Christus, ne
super alienum fundamentum aedificarem, **21** sed sicut
scriptum est:
Is 52,15 «*Quibus non est annuntiatum de eo, videbunt*;
et, qui non audierunt, intellegent».

1,13 **22** Propter quod et impediebar plurimum venire ad vos;
23 nunc vero ulterius locum non habens in his regionibus,
1,10s cupiditatem autem habens veniendi ad vos ex multis iam
annis, **24** cum in Hispaniam proficisci coepero, spero enim
quod praeteriens videam vos et a vobis deducar illuc, si
vobis primum ex parte fruitus fuero.
Act 19,21; 24,17 **25** Nunc autem proficiscor in Ierusalem ministrare sanc-
Act 11,29 1K 16,1 tis; **26** probaverunt enim Macedonia et Achaia communi-
2K 9,2.12 cationem aliquam facere in pauperes sanctorum, qui sunt
in Ierusalem. **27** Placuit enim eis, et debitores sunt eorum;
1K 9,11 nam si spiritalibus eorum communicaverunt gentes, debent
et in carnalibus ministrare eis. **28** Hoc igitur cum consum-
mavero et assignavero eis fructum hunc, proficiscar per vos

17 gloriam W S V ● 18 audeo W S V | efficit V | in oboedientiam gentium] ut oboediant gentes Wi | in verbo Co E Wi ● 19 Spiritus] *add.* Sancti W S V | et[2] *om.* W S V | in[3]] ad W V ● 20 contendens praedicare evangelium] praedicavi evangelium hoc V; hoc praedicavi evangelium W S ● 21 scriptum est] *add.* quoniam Co E Wi St | audierunt] *add.* de eo V (– L P C) ● 22 vos] *add.* et (sed Si) prohibitus sum usque adhuc V (– G L P) ● 23 alterius P | iam] *add.* praecedentibus W V ● 24 enim *om.* W S V ● 25 autem] igitur W S V (– Wi: *om.*) | proficiscar W S V ● 26 communicationem] collationem W S V ● 27 spiritalibus eorum communicaverunt gentes] spiritalium eorum participes (particeps L) facti sunt gentiles (factae sunt gentes Wi) W S V | eis[2]] illis St L P Si C ● 28 ~ hunc fructum Wi | ~ per vos proficiscar V

in Hispaniam; **29** scio autem quoniam veniens ad vos, in 1,11
abundantia benedictionis Christi veniam.

Pro apostolo orandum: 15,30-33

30 Obsecro autem vos, fratres, per Dominum nostrum 2K 1,11 Ph 1,27
Iesum Christum et per caritatem Spiritus, ut concertemini E 6,18s
mecum in orationibus pro me ad Deum, **31** ut liberer ab Act 21,10s
infidelibus, qui sunt in Iudaea, et ministerium meum pro
Ierusalem acceptum sit sanctis, **32** ut veniens ad vos in 1,10
gaudio per voluntatem Dei refrigerer vobiscum. **33** Deus 16,20 1Th 5,23
autem pacis sit cum omnibus vobis. Amen. 2Th 3,16

Commendationes et salutationes: 16,1-24

16 Commendo autem vobis Phoebem sororem nostram, Act 18,18
quae est ministra ecclesiae, quae est Cenchreis, **2** ut
eam suscipiatis in Domino digne sanctis et assistatis ei in
quocumque negotio vestri indiguerit, etenim ipsa astitit
multis et mihi ipsi.

3 Salutate Priscam et Aquilam adiutores meos in Christo Act 18,2
Iesu, **4** qui pro anima mea suas cervices supposuerunt, qui-
bus non solus ego gratias ago, sed et cunctae ecclesiae
gentium, **5** et domesticam eorum ecclesiam. 1K 16,19 Kol 4,15 Phm 2

29 benedictionis] *add.* evangelii Wi Si C ● **30** autem] ergo V; igitur W S | Sancti Spiritus V | concertemini mecum] adiuvetis (+ et Si) me W S V | orationibus] *add.* vestris V (– G L P) | pro me *om.* G ● **31** liberet E | et] *add.* ut Wi | ministerium meum pro Ierusalem acceptum sit sanctis] obsequii mei oblatio accepta fiat in Hierosolyma (Ierusalem V) sanctis W S V ● **32** veniam W S V | Dei] *add.* et W S E Wi Si C; *add.* ut G Co St L P

¶ **16.1** ministra] in ministerio W S V | est in Cenchreis V (– G E Wi) ● **2** digne sanctis] ut decet sanctos Wi | ipsa] *add.* quoque W S V | et² *om.* G ● **4** solum Co E Wi ● **5** ~ ecclesiam eorum V

Salutate Epaenetum dilectum mihi, primitias Asiae in
Christo. **6** Salutate Mariam, quae multum laboravit in vo-
bis. **7** Salutate Andronicum et Iuniam cognatos meos et
concaptivos meos, qui sunt nobiles in apostolis, qui et ante
me fuerunt in Christo. **8** Salutate Ampliatum dilectissimum
mihi in Domino. **9** Salutate Urbanum adiutorem nostrum
in Christo et Stachyn dilectum meum. **10** Salutate Apellem
probatum in Christo. Salutate eos, qui sunt ex Aristobuli.
11 Salutate Herodionem cognatum meum. Salutate eos, qui
sunt ex Narcissi, qui sunt in Domino. **12** Salutate Tryphae-
nam et Tryphosam, quae laborant in Domino. Salutate
Persidam carissimam, quae multum laboravit in Domino.
13 Salutate Rufum electum in Domino et matrem eius et
meam. **14** Salutate Asyncritum, Phlegonta, Hermen, Patro-
bam, Hermam et, qui cum eis sunt, fratres. **15** Salutate
Philologum et Iuliam, Nereum et sororem eius et Olympam
et omnes, qui cum eis sunt, sanctos. **16** Salutate invicem in
1 K 16,20 osculo sancto. Salutant vos omnes ecclesiae Christi.
2 K 13,12
1 Th 5,26
1 P 5,14

Tt 3,10 **17** Rogo autem vos, fratres, ut observetis eos, qui dissen-
siones et offendicula praeter doctrinam, quam vos didicistis,
Ph 3,18s faciunt, et declinate ab illis; **18** huiusmodi enim Domino
Kol 2,4 nostro Christo non serviunt sed suo ventri, et per dulces

5 primitias] qui est primitivus (primitiae Wi) W S V | Asiae] ecclesiae Asiae Co E St Si; Achaiae Wi | Christo] *add.* Iesu V (– L P C) ● 6 in vobis] in nobis Co L P Si; erga vos Wi ● 7 Iuliam G St L P Si | meos[1] *om.* W S V | inter apostolos Wi | Christo] *add.* Iesu Co E Wi ● 8 Amplian dilectum Wi ● 9 Christo] *add.* Iesu V | Stachium G ● 10 probum W S V (– G Wi) | Christo] *add.* Iesu St | ex Aristobuli domo V (– L P) ● 11 ex Narcissi domo V ● 12 laboravit Co | Persidem St L P Si C; Persida Wi ● 14 Asyncritum] Asyneretum St; *add.* et Co Wi | Phlegontem V (– G E: Phlegontam; – Wi) | ~ Hermam Patrobam Hermen V (– G Wi) ● 15 Olympiadem W S V (– Wi) ● 16 omnes *om.* Wi ● 18 huiuscemodi V (– G) | ~ Christo Domino nostro W S V (– Wi) | nostro] Iesu Wi | et *om.* Wi | dulces] blandos Wi

sermones et benedictiones seducunt corda innocentium.
19 Vestra enim oboedientia ad omnes pervenit; gaudeo 1,8
igitur in vobis, sed volo vos sapientes esse in bono et sim- 1K 14,20
plices in malo. 20 Deus autem pacis conteret Satanam sub
pedibus vestris velociter. Gratia Domini nostri Iesu vobis- 15,33 | Gn 3,15
cum.
21 Salutat vos Timotheus adiutor meus et Lucius et Act 16,1s; 13,1; 17,5s; 20,4
Iason et Sosipater cognati mei. 22 Saluto vos ego Tertius, Ph 2,19
qui scripsi epistulam in Domino. 23 Salutat vos Gaius 1K 1,14 2T 4,20
hospes meus et universae ecclesiae. Salutat vos Erastus arca- Act 19,22
rius civitatis et Quartus frater. (24) 2Th 3,18 1K 16,23

Doxologia: 16,25-27

25 Ei autem, qui potens est vos confirmare iuxta evange-
lium meum et praedicationem Iesu Christi secundum reve-
lationem mysterii temporibus aeternis taciti, 26 manifestati 1K 2,7 E 1,9 Kol 1,26
autem nunc, et per scripturas Prophetarum secundum E 3,4s.9 1P 1,20
praeceptum aeterni Dei ad oboeditionem fidei in cunctis 1,5
gentibus patefacti, 27 soli sapienti Deo per Iesum Christum, 11,36 1T 1,17
cui gloria in saecula. Amen.

19 ad omnes pervenit] in omnem locum (in omni loco G Co E Wi St) divulgata est W S V • 20 conterat V | Iesu] *add.* Christi W S V • 22 ego] ergo G | epistulam] *add.* hanc E Wi • 23 universa ecclesia V (– G Wi) | arcarius] quaestor aerarius Wi • 24 Gratia Domini nostri Iesu Christi cum omnibus vobis. Amen (– Wi) V • 25 vos] nos G | temporibus aeternis] superioribus saeculis Wi • 26 manifestati autem nunc et] quod nunc patefactum est W S V | oboedientiam E | patefacti] cogniti V (– Wi: cognitum est); cognito W S • 27 solo W S | cui] *om.* Co; et Wi | gloria] honor et gloria V (– Wi); honor W S | saecula] *add.* saeculorum W S V (– Wi)

EPISTULA AD CORINTHIOS I

INSCRIPTIO: 1,1-3

R 1,1 **1** Paulus, vocatus apostolus Christi Iesu per voluntatem
Act 18,17 Dei, et Sosthenes frater, **2** ecclesiae Dei, quae est Corin-
6,11 thi, sanctificatis in Christo Iesu, vocatis sanctis cum omni-
bus, qui invocant nomen Domini nostri Iesu Christi in
omni loco ipsorum et nostro: **3** gratia vobis et pax a Deo
Patre nostro et Domino Iesu Christo.

GRATIARUM ACTIO: 1,4-9

4 Gratias ago Deo meo semper pro vobis in gratia Dei,
quae data est vobis in Christo Iesu, **5** quia in omnibus divi-
2K 8,7 tes facti estis in illo, in omni verbo et in omni scientia,
Act 18,5 **6** sicut testimonium Christi confirmatum est in vobis, **7** ita
2Th 1,7 ut nihil vobis desit in ulla donatione, exspectantibus revela-
tionem Domini nostri Iesu Christi; **8** qui et confirmabit vos
Ph 1,6.10 1Th 3,13 usque ad finem sine crimine in die Domini nostri Iesu
10,13 Christi. **9** Fidelis Deus, per quem vocati estis in communio-
nem Filii eius Iesu Christi Domini nostri.

REPROBANTUR SCHISMATA: 1,10–4,21

Concordia commendatur: 1,10-17

10 Obsecro autem vos, fratres, per nomen Domini nostri
11,18 R 15,5 Iesu Christi, ut idipsum dicatis omnes, et non sint in vobis
schismata, sitis autem perfecti in eodem sensu et in eadem
sententia. **11** Significatum est enim mihi de vobis, fratres
mei, ab his, qui sunt Chloes, quia contentiones inter vos
3,3s sunt. **12** Hoc autem dico, quod unusquisque vestrum dicit:
Act 18,24 «Ego quidem sum Pauli», «Ego autem Apollo», «Ego vero
Cephae», «Ego autem Christi».

13 Divisus est Christus? Numquid Paulus crucifixus est
pro vobis, aut in nomine Pauli baptizati estis? **14** Gratias
Act 18,8 ago Deo quod neminem vestrum baptizavi nisi Crispum

¶ 1.1 ~ Iesu Christi V ● 4 ~ est data Wi ● 5 quia] quod V (– G Co E) | in illo] per illum Wi ● 7 ita] *om.* G | ulla donatione] ulla (nulla G) gratia W S V (– Wi: ullo dono) ● 8 ad] in V | die] *add.* adventus W S V ● 9 communionem] societatem W S V ● 10 idipsum] idem Wi | in vobis] inter vos Wi | sententia] scientia W V (– Co C) ● 11 his] iis St L P Si C | quia] quod Wi | ~ sunt (sint Wi) inter vos V ● 14 Deo] *add.* meo G Co E Wi St

et Gaium, **15** ne quis dicat quod in nomine meo baptizati R 16,23
sitis. **16** Baptizavi autem et Stephanae domum; ceterum 16,15.17
nescio si quem alium baptizaverim. **17** Non enim misit me Act 9,15
Christus baptizare sed evangelizare, non in sapientia verbi,
ut non evacuetur crux Christi.

De evangelio crucis: 1,18-31

18 Verbum enim crucis pereuntibus quidem stultitia est, 23 s R 1,16
his autem, qui salvi fiunt, id est nobis, virtus Dei est.
19 Scriptum est enim:
«*Perdam sapientiam sapientium* Is 29,14 Ps 33,10
et prudentiam prudentium reprobabo».
20 Ubi sapiens? Ubi scriba? Ubi conquisitor huius sae- Is 19,12; 33,18 Ⓖ; 44,25
culi? Nonne stultam fecit Deus sapientiam huius mundi? 3,19
21 Nam quia in Dei sapientia non cognovit mundus per
sapientiam Deum, placuit Deo per stultitiam praedicationis Mt 11,25
salvos facere credentes. **22** Quoniam et Iudaei signa petunt, Mt 12,38 p J 2,18
et Graeci sapientiam quaerunt, **23** nos autem praedicamus Act 17,18-21
Christum crucifixum, Iudaeis quidem scandalum, gentibus 2,2.14;
autem stultitiam; **24** ipsis autem vocatis, Iudaeis atque 18; 2,5 Kol 2,3
Graecis, Christum Dei virtutem et Dei sapientiam, **25** quia
quod stultum est Dei, sapientius est hominibus, et quod 2K 13,4
infirmum est Dei, fortius est hominibus.
26 Videte enim vocationem vestram, fratres, quia non
multi sapientes secundum carnem, non multi potentes, non
multi nobiles; **27** sed, quae stulta sunt mundi, elegit Deus, Jc 2,5
ut confundat sapientes, et infirma mundi elegit Deus, ut
confundat fortia, **28** et ignobilia mundi et contemptibilia
elegit Deus, quae non sunt, ut ea, quae sunt, destrueret,

15 sitis] estis W V (– E Wi) ● **16** ceterum] ceterorum autem Si | alium] *add.* vestrum G Co E St Si ● **17** verbi] sermonis Wi ● **18** his] iis St L P Si C; nobis Wi | qui salvi fiunt id est nobis] qui salutem consequimur Wi | ~ Dei virtus est V (– G) ● **20** ubi scriba *om.* Wi | inquisitor W G Co E Wi St | stultam fecit] infatuavit Wi ● **21** nam quia] postquam enim Wi ● **26** videtis Wi ● **28** quae[1]] et (+ ea V) quae W S V

R 3,27 E 2,9 **29** ut non glorietur omnis caro in conspectu Dei. **30** Ex ipso
autem vos estis in Christo Iesu, qui factus est sapientia
nobis a Deo et iustitia et sanctificatio et redemptio, **31** ut
quemadmodum scriptum est:
Jr 9,22s 2K 10,17 «*Qui gloriatur, in Domino glorietur*».

De Paulo sapientiam Dei loquente: 2,1–3,3

1,17 **2** Et ego, cum venissem ad vos, fratres, veni non per subli-
mitatem sermonis aut sapientiae annuntians vobis my-
G 6,14 sterium Dei. **2** Non enim iudicavi scire me aliquid inter vos
nisi Iesum Christum et hunc crucifixum. **3** Et ego in infir-
Act 18,9 2K 10,10 mitate et timore et tremore multo fui apud vos, **4** et sermo
meus et praedicatio mea non in persuasibilibus sapientiae
1Th 1,5 verbis, sed in ostensione Spiritus et virtutis, **5** ut fides vestra
1,18.24 non sit in sapientia hominum sed in virtute Dei.

6 Sapientiam autem loquimur inter perfectos, sapientiam
vero non huius saeculi neque principum huius saeculi, qui
R 16,25 Kol 1,26 destruuntur, **7** sed loquimur Dei sapientiam in mysterio,
quae abscondita est, quam praedestinavit Deus ante saecula
in gloriam nostram, **8** quam nemo principum huius saeculi
cognovit; si enim cognovissent, numquam Dominum glo-
Is 64,3 riae crucifixissent. **9** Sed sicut scriptum est: «*Quod oculus*
Jr 3,16 *non vidit, nec auris audivit*, nec in cor hominis ascendit, quae
Sir 1,10 praeparavit Deus his, qui diligunt illum».

Dn 2,22 **10** Nobis autem revelavit Deus per Spiritum; Spiritus
enim omnia scrutatur, etiam profunda Dei. **11** Quis enim
scit hominum, quae sint hominis, nisi spiritus hominis, qui
in ipso est? Ita et, quae Dei sunt, nemo cognovit nisi Spiri-
R 8,15 tus Dei. **12** Nos autem non spiritum mundi accepimus, sed

29 Dei] eius W S V ● 30 ~ nobis sapientia V | a Deo *om.* G Co St
¶ 2.1 per sublimitatem] in sublimitate V | mysterium Dei] testimonium Christi W S V
● 2 ~ me scire W V | ~ Christum Iesum W ● 4 non] *add.* erat Wi | humanae sapientiae V | in[2] *om.* Wi ● 5 virtute] potentia Wi ● 9 sed *om.* G E Wi St | ascenderunt Si | his] iis St L P Si C ● 10 Spiritum] *add.* suum W S V ● 11 ~ hominum scit St L P Si C | sint hominis] sunt hominis V (– Co: hominis sunt) | nemo novit Wi
● 12 huius mundi V

Spiritum, qui ex Deo est, ut sciamus, quae a Deo donata
sunt nobis; **13** quae et loquimur non in doctis humanae
sapientiae, sed in doctis Spiritus verbis, spiritalibus spiri-
talia comparantes. **14** Animalis autem homo non percipit,
quae sunt Spiritus Dei, stultitia enim sunt illi, et non potest 1,23
intellegere, quia spiritaliter examinantur; **15** spiritalis autem
iudicat omnia, et ipse a nemine iudicatur.

16 *Quis enim cognovit sensum Domini,* Is 40,13 Ⓖ R 11,34
qui instruat eum?
Nos autem sensum Christi habemus. R 8,9

3 Et ego, fratres, non potui vobis loqui quasi spiritalibus,
sed quasi carnalibus, tamquam parvulis in Christo.
2 Lac vobis potum dedi, non escam, nondum enim potera- 1 P 2,2
tis. Sed ne nunc quidem potestis, **3** adhuc enim estis carna- 1,11s; 11,18 G 5,19s
les. Cum enim sit inter vos zelus et contentio, nonne carna-
les estis et secundum hominem ambulatis?

De apostoli et adiutorum operibus a Deo probandis: 3,4–4,17

4 Cum enim quis dicit: «Ego quidem sum Pauli», alius
autem: «Ego Apollo», nonne homines estis? **5** Quid igitur 1,12
est Apollo? Quid vero Paulus? Ministri, per quos credi-
distis, et unicuique sicut Dominus dedit. **6** Ego plantavi,
Apollo rigavit, sed Deus incrementum dedit; **7** itaque neque
qui plantat, est aliquid, neque qui rigat, sed qui incremen-
tum dat, Deus. **8** Qui plantat autem et qui rigat unum
sunt; unusquisque autem propriam mercedem accipiet se-
cundum suum laborem. **9** Dei enim sumus adiutores: Dei Mt 13,3-9 E 2,20

13 doctis humanae sapientiae] verbis quae docet humana sapientia Wi | sed in doctis Spiritus verbis] verbis sed in doctrina Spiritus W S V (– Wi: sed quae docet Spiritus) ● **14** percipit] *add.* ea W S V | enim sunt] est enim W S; enim est V | examinatur W S V (– Co Wi Si) ● **15** et ipse] ipse autem Wi ● **16** Sicut scriptum est: quis enim *etc.* G Co E St Si | qui instruat] aut quis instruxit V (– L P C)
¶ **3.1** parvulus G ● **2** dedit Wi | ne] nec W V (– Wi) ● **3** ~ carnales estis V | sit] fuerit G | zelus] *add.* lis Wi ● **4** dicat V | ego sum Apollo Co Wi | homines] carnales Wi ● **5** Quid igitur ... Paulus] Quis igitur est Paulus? Quis vero Apollo Wi | ministri] (+ nisi Co Wi) ministri eius W S V | per quos] cui W S V (– Wi) ● **6** Deus] *add.* nunc E ● **8** ~ autem plantat V (– G Co)

agricultura estis, Dei aedificatio estis.
15,10 R 15,20 **10** Secundum gratiam Dei, quae data est mihi, ut sapiens
architectus fundamentum posui; alius autem superaedificat.
Unusquisque autem videat quomodo superaedificet; **11** fun-
E 2,20 1P 2,4-6 damentum enim aliud nemo potest ponere praeter id, quod
Act 4,11s positum est, qui est Iesus Christus. **12** Si quis autem su-
peraedificat supra fundamentum aurum, argentum, lapides
4,5 pretiosos, ligna, fenum, stipulam, **13** uniuscuiusque opus
2Th 1,7s manifestum erit; dies enim declarabit: quia in igne revela-
tur, et uniuscuiusque opus quale sit ignis probabit. **14** Si
cuius opus manserit, quod superaedificavit, mercedem acci-
Jd 23 piet; **15** si cuius opus arserit, detrimentum patietur, ipse
autem salvus erit, sic tamen quasi per ignem. **16** Nescitis
6,19 2K 6,16 quia templum Dei estis et Spiritus Dei habitat in vobis?
E 2,21s **17** Si quis autem templum Dei everterit, evertet illum Deus;
templum enim Dei sanctum est, quod estis vos.
4,10 **18** Nemo se seducat; si quis videtur sapiens esse inter
vos in hoc saeculo, stultus fiat, ut sit sapiens. **19** Sapientia
enim huius mundi stultitia est apud Deum. Scriptum est
enim:
Job 5,13 1,20 «*Qui apprehendit sapientes in astutia eorum*»;
R 1,22 **20** et iterum:
Ps 94,11 Ⓖ «*Dominus novit cogitationes* sapientium
quoniam vanae sunt».
21 Itaque nemo glorietur in hominibus. Omnia enim
1,12 vestra sunt, **22** sive Paulus sive Apollo sive Cephas sive
R 8,38 mundus sive vita sive mors sive praesentia sive futura,
omnia enim vestra sunt, **23** vos autem Christi, Christus
autem Dei.

10 superaedificat E ● **11** qui] quod V | ~ Christus Iesus W S V (– Wi) ● **12** supra] super St L P Si C | fundamentum] *add.* hoc W S V ● **13** enim] *add.* Domini V | revelabitur W S V (– Wi) ● **15** arserit] exustum fuerit Wi ● **16** quia] quod Wi ● **17** everterit] violaverit W S V | evertet] disperdet W S V ● **18** se seducat] vos seducat E; sese fallat Wi | ~ inter vos sapiens esse W S V ● **19** qui apprehendit] comprehendam W S V (– Wi: qui comprehendit) ● **20** Dominus] Deus G St ● **21** ~ nemo itaque V ● **22** enim *om.* Wi

4 Sic nos existimet homo ut ministros Christi et dispen- 3,5 Kol 1,25s
satores mysteriorum Dei. 2 Hic iam quaeritur inter 1 P 4,10
dispensatores, ut fidelis quis inveniatur. 3 Mihi autem pro L 12,42
minimo est, ut a vobis iudicer aut ab humano die. Sed 9,3
neque meipsum iudico; 4 nihil enim mihi conscius sum,
sed non in hoc iustificatus sum. Qui autem iudicat me, Do-
minus est! 5 Itaque nolite ante tempus quidquam iudicare, R 2,16
quoadusque veniat Dominus, qui et illuminabit abscondita
tenebrarum et manifestabit consilia cordium; et tunc laus
erit unicuique a Deo.
6 Haec autem, fratres, transfiguravi in me et Apollo
propter vos, ut in nobis discatis illud: «Ne supra quae R 12,3
scripta sunt», ne unus pro alio inflemini adversus alterum.
7 Quis enim te discernit? Quid autem habes, quod non ac-
cepisti? Si autem accepisti, quid gloriaris, quasi non acce-
peris?
8 Iam saturati estis, iam divites facti estis. Sine nobis Ap 3,21
regnastis; et utinam regnaretis, ut et nos vobiscum regnare-
mus. 9 Puto enim, Deus nos apostolos novissimos ostendit 2 K 4,11
tamquam morti destinatos, quia spectaculum facti sumus
mundo et angelis et hominibus. 10 Nos stulti propter Chris-
tum, vos autem prudentes in Christo; nos infirmi, vos autem
fortes; vos gloriosi, nos autem ignobiles. 11 Usque in hanc
horam et esurimus et sitimus et nudi sumus et colaphis 2 K 11,27 | 9,12
caedimur et instabiles sumus 12 et laboramus operantes Act 18,3; 20,33s
manibus nostris; maledicti benedicimus, persecutionem
passi sustinemus, 13 blasphemati obsecramus; tamquam Act 22,22
purgamenta mundi facti sumus, omnium peripsema, usque
adhuc.
14 Non ut confundam vos, haec scribo, sed ut quasi
filios meos carissimos moneam; 15 nam si decem milia

¶ 4.1 aestimet St | mysteriorum] ministeriorum E Wi St ● 2 hic iam] ceterum Wi ● 4 sed non in hoc iustificatus sum *om.* Wi ● 5 quidquam *om.* W S V | et¹ *om.* St ● 6 nobis] vobis St | illud *om.* W S V | quae scripta sunt] quam scriptum est W S V | ne unus pro alio inflemini adversus alterum] unus adversus alterum infletur pro alio W S V ● 7 discernit] praefert Wi ● 8 regnastis] regnatis W V | regnaretis] regnetis V | regnaremus] regnemus V ● 9 enim] *add.* quod V ● 10 gloriosi] nobiles W S V ● 12 maledicti] maledicimur et W S V | passi] patimur et W S V ● 13 blasphemati] blasphemamur et W S V | huius mundi W S V ● 14 quasi *om.* W S V | moneo W S V ● 15 nam] *add.* et Wi

G 4,19 Ph 2,22 Phm 10 paedagogorum habeatis in Christo, sed non multos patres,
nam in Christo Iesu per evangelium ego vos genui. **16** Rogo
11,1 Ph 4,9 | 16,10 ergo vos: imitatores mei estote! **17** Ideo misi ad vos Timo-
Act 16,1; 19,22 theum, qui est filius meus carissimus et fidelis in Domino,
qui vos commonefaciat vias meas, quae sunt in Christo,
sicut ubique in omni ecclesia doceo.

De celeri adventu Pauli: 4,18-21

18 Tamquam non venturus sim ad vos, sic inflati sunt
16,5-7 quidam; **19** veniam autem cito ad vos, si Dominus voluerit,
2K 13,1-10 et cognoscam non sermonem eorum, qui inflati sunt, sed
2,4 virtutem; **20** non enim in sermone est regnum Dei sed in
2K 13,10 virtute. **21** Quid vultis? In virga veniam ad vos an in caritate
et spiritu mansuetudinis?

DE DELICTIS CORINTHIORUM: 5,1–6,20

De incestuoso: 5,1-13

Lv 18,7s; 20,11 Dt 27,20 **5** Omnino auditur inter vos fornicatio et talis fornicatio,
qualis nec inter gentes, ita ut uxorem patris aliquis
habeat. **2** Et vos inflati estis et non magis luctum habuistis,
ut tollatur de medio vestrum, qui hoc opus fecit? **3** Ego
Kol 2,5 quidem absens corpore, praesens autem spiritu, iam iudi-
Mt 18,20 cavi ut praesens eum, qui sic operatus est, **4** in nomine Do-
mini nostri Iesu, congregatis vobis et meo spiritu cum vir-
1T 1,20 1P 4,6 tute Domini nostri Iesu, **5** tradere huiusmodi Satanae in
interitum carnis, ut spiritus salvus sit in die Domini.
G 5,9 **6** Non bona gloriatio vestra. Nescitis quia modicum fer-
mentum totam massam corrumpit? **7** Expurgate vetus fer-

15 sed non] non tamen Wi ● 16 rogo] adhortor Wi | estote] *add.* sicut et ego Christi V (– G L P) ● 17 carissimus] dilectus Wi | commonefaciet St L P Si C | Christo] *add.* Iesu V ● 19 ~ ad vos cito V
¶ 5.1 gentes] *add.* nominatur Wi | patris] *add.* sui V (– L P) ● 3 sic] *add.* hoc Co ● 4 Iesu[1]] *add.* Christi W S V | nostri[2] *om.* W S G Co E Wi St ● 5 huiusmodi] *add.* hominem G Co Wi St Si | Domini] *add.* Iesu W S; *add.* nostri Iesu Christi V ● 6 non] *add.* est V | quia] quod Wi

mentum, ut sitis nova consparsio, sicut estis azymi. Etenim Ex 12,15.19; 13,7 1 P 1,19
Pascha nostrum immolatus est Christus! **8** Itaque festa Ex 12,21
celebremus, non in fermento veteri neque in fermento mali- Ex 12,15-20
tiae et nequitiae, sed in azymis sinceritatis et veritatis.
9 Scripsi vobis in epistula: Ne commisceamini forni- 2 P 2,2.14.19 Jd 23
cariis. **10** Non utique fornicariis huius mundi aut avaris aut 1 T 6,3-10 1 J 5,19
rapacibus aut idolis servientibus, alioquin debueratis de
hoc mundo exisse! **11** Nunc autem scripsi vobis non com- 6,9s 2 Th 3,6
misceri, si is qui frater nominatur, est fornicator aut avarus
aut idolis serviens aut maledicus aut ebriosus aut rapax;
cum eiusmodi nec cibum sumere. **12** Quid enim mihi de
his, qui foris sunt, iudicare? Nonne de his, qui intus sunt, Kol 4,5
vos iudicatis? **13** Nam eos, qui foris sunt, Deus iudicabit.
Auferte malum ex vobis ipsis! Dt 17,7; 19,19

Lites inter christianos dirimendae: 6,1-11

6 Audet aliquis vestrum habens negotium adversus alte-
rum iudicari apud iniquos et non apud sanctos? **2** An
nescitis quoniam sancti de mundo iudicabunt? Et si in Dn 7,22 L 22,30
vobis iudicabitur mundus, indigni estis minimis iudiciis? Ap 20,4
3 Nescitis quoniam angelos iudicabimus, quanto magis 2 P 2,4 Jd 6
saecularia?
4 Saecularia igitur iudicia si habueritis, contemptibiles,
qui sunt in ecclesia, illos constituite ad iudicandum? **5** Ad
verecundiam vestram dico! Sic non est inter vos sapiens 4,14
quisquam, qui possit iudicare inter fratrem suum? **6** Sed
frater cum fratre iudicio contendit, et hoc apud infideles?
7 Iam quidem omnino defectio est vobis, quod iudicia ha- Mt 5,39s 1 Th 5,15 1 P 3,9

7 conspersio V • 8 festa celebremus] epulemur W S V • 10 idolis servientibus] idolorum cultoribus Wi • 11 nominatur] *add.* inter vos V (– L P C) | aut ebriosus *om.* Wi | huiusmodi G Co E Wi | sumite Wi • 12 mihi] ad me attinet Wi | his[1+2]] iis St L P Si C ¶ 6.2 quoniam] quod Wi | de mundo] de hoc mundo V (– Wi: mundum; – L P) | in vobis] per vos Wi | minimis iudiciis] qui de minimis iudicetis W S V • 3 quoniam] quod Wi | iudicabitis Wi | saecularia] ea quae ad victum pertinent Wi • 4 saecularia ... ecclesia] igitur si habueritis de iis, qui ad victum pertinent, iudicia quae contemptibiles sunt in ecclesia Wi • 5 sic] an Wi • 6 sed] ne unus quidem sed Wi • 7 defectio] delictum W S V | est in vobis W S V

betis inter vosmetipsos! Quare non magis iniuriam accipi-
tis, quare non magis fraudem patimini? **8** Sed vos iniuriam
15,50 facitis et fraudatis, et hoc fratribus! **9** An nescitis quia
G 5,19-21 E 5,5 iniqui regnum Dei non possidebunt? Nolite errare: neque
Ap 21,8; 22,15 fornicarii neque idolis servientes neque adulteri neque
molles neque masculorum concubitores **10** neque fures
neque avari, non ebriosi, non maledici, non rapaces regnum
Dei possidebunt.
R 6,6-11 Tt 3,4-7 **11** Et haec quidam fuistis. Sed abluti estis, sed sanctifi-
1P 3,21 1J 2,12 cati estis, sed iustificati estis in nomine Domini Iesu Christi
H 9,14; 10,22 et in Spiritu Dei nostri!

De templo Spiritus sancti et de libertate christiana: 6,12-20

10,23 **12** «Omnia mihi licent!». Sed non omnia expediunt.
«Omnia mihi licent!». Sed ego sub nullius redigar potes-
Mt 15,17 tate. **13** «Esca ventri et venter escis!». Deus autem et hunc
1Th 4,3-5 et has destruet. Corpus autem non fornicationi sed Do-
15,20s R 8,11 mino, et Dominus corpori; **14** Deus vero et Dominum
2K 4,14 suscitavit et nos suscitabit per virtutem suam.
12,12.27 R 12,5 **15** Nescitis quoniam corpora vestra membra Christi
sunt? Tollens ergo membra Christi faciam membra mere-
tricis? Absit! **16** An nescitis quoniam, qui adhaeret mere-
Gn 2,24 trici, unum corpus est? «*Erunt* enim, inquit, *duo in carne*
2K 3,17 *una*». **17** Qui autem adhaeret Domino, unus Spiritus est.
18 Fugite fornicationem! Omne peccatum, quodcumque
fecerit homo, extra corpus est; qui autem fornicatur, in
3,16 corpus suum peccat. **19** An nescitis quoniam corpus vestrum
R 8,11.15 templum est Spiritus Sancti, qui in vobis est, quem habetis
7,23 1P 1,18s a Deo, et non estis vestri? **20** Empti enim estis pretio! Glori-

7 vosmetipsos] vos W S V • 8 hoc fratribus] fratres quidem Wi • 9 quia] quod Wi • 10 non^{1+2+3}] neque W S V • 11 haec] *add.* aliquando Co E Wi St | quidem V • 12 expediunt] conducunt Wi • 13 et^{2} (- Co C) | Domini] *add.* nostri W S V (- E) • 15 quoniam] quod Wi | ~ sunt Christi V *om.* E Wi | has] haec W S G Co E Wi St • 16 quoniam] quod Wi | est] efficitur W S V • 17 Domino] Deo E Wi • 18 omne enim peccatum V (- L P C) • 19 quoniam] quod Wi | corpus vestrum] membra vestra W S V | est^{1}] sunt V (- G) • 20 pretio] *add.* magno W S V

ficate ergo Deum in corpore vestro.

DE ORDINATIONE ECCLESIAE: 7,1-40

De matrimonio fidelium: 7,1-7

7 De quibus autem scripsistis, bonum est homini mulie- Mt 19,10 1 T 4,3
rem non tangere; 2 propter fornicationes autem unus- 1 Th 4,3s
quisque suam uxorem habeat, et unaquaeque suum virum
habeat.
3 Uxori vir debitum reddat; similiter autem et uxor viro. E 5,21-29
4 Mulier sui corporis potestatem non habet sed vir; similiter
autem et vir sui corporis potestatem non habet sed mulier.
5 Nolite fraudare invicem, nisi forte ex consensu ad tempus,
ut vacetis orationi et iterum sitis in idipsum, ne tentet vos
Satanas propter incontinentiam vestram. 6 Hoc autem dico
secundum indulgentiam, non secundum imperium. 7 Volo
autem omnes homines esse sicut meipsum; sed unusquisque Mt 19,12
proprium habet donum ex Deo: alius quidem sic, alius
vero sic.

De coniuge infideli et de repudio: 7,8-16

8 Dico autem innuptis et viduis: Bonum est illis si sic
maneant sicut et ego; 9 quod si non se continent, nubant. 1 T 5,14
Melius est enim nubere quam uri.
10 His autem, qui matrimonio iuncti sunt, praecipio, non
ego sed Dominus, uxorem a viro non discedere 11 – quod Mt 5,32; 19,4-6
si discesserit, maneat innupta aut viro suo reconcilietur –
et virum uxorem non dimittere.
12 Ceteris autem ego dico, non Dominus: Si quis frater
uxorem habet infidelem, et haec consentit habitare cum illo,

20 glorificate ergo] glorificate et portate W S V (– Wi: glorificate iam) ¶ 7.1 scripsistis] *add.* mihi V ● 2 fornicationem W V | ~ uxorem suam Wi ● 3 et *om.* Wi ● 5 vacetis] *add.* ieiunio et Co Wi | sitis in idipsum] revertimini in idipsum V (– Wi: conveniatis) ● 6 secundum[1]] propter Wi | et non E Wi St ● 7 velim Wi | autem] enim Co C | homines] vos E Si C; vos homines G St | ~ donum habet V ● 8 innuptis] non nuptis W S V | permaneant L P Si C; permanserint G Co E Wi St ● 10 his] iis St L P Si C ● 11 manere innuptam W S V (– Wi) | reconciliari W S V (– Wi) | et vir uxorem ne (non V) dimittat W S V ● 12 ceteris autem] nam ceteris W S V | ~ dico ego Co E Wi

non dimittat illam; **13** et si qua mulier habet virum infide-
lem, et hic consentit habitare cum illa, non dimittat virum.
14 Sanctificatus est enim vir infidelis in muliere, et sancti-
ficata est mulier infidelis in fratre. Alioquin filii vestri im-
mundi essent; nunc autem sancti sunt. **15** Quod si infidelis
discedit, discedat. Non est enim servituti subiectus frater
aut soror in eiusmodi; in pace autem vocavit nos Deus.
1 P 3,1 s **16** Quid enim scis, mulier, si virum salvum facies? Aut quid
scis, vir, si mulierem salvam facies?

De vocatione et de diversis hominum condicionibus: 7,17-24

20.24 **17** Nisi unicuique, sicut divisit Dominus, unumquemque,
sicut vocavit Deus, ita ambulet; et sic in omnibus ecclesiis
G 5,1 s doceo. **18** Circumcisus aliquis vocatus est? Non adducat
praeputium! In praeputio aliquis vocatus est? Non circum-
G 5,6; 6,15 R 2,25 s cidatur! **19** Circumcisio nihil est, et praeputium nihil est,
sed observatio mandatorum Dei. **20** Unusquisque, in qua
vocatione vocatus est, in ea permaneat. **21** Servus vocatus
E 6,5 s Phm 16 es? Non sit tibi curae; sed et si potes liber fieri, magis utere!
22 Qui enim in Domino vocatus est servus, libertus est Do-
mini; similiter, qui liber vocatus est, servus est Christi!
6,20 **23** Pretio empti estis! Nolite fieri servi hominum. **24** Unus-
quisque, in quo vocatus est, fratres, in hoc maneat apud
Deum.

De virginitate: 7,25-38

Mt 19,12 2 K 8,10 **25** De virginibus autem praeceptum Domini non habeo,
consilium autem do, tamquam misericordiam consecutus a
29; 10,11 Domino ut sim fidelis. **26** Existimo ergo hoc bonum esse
propter instantem necessitatem, quoniam bonum est ho-

13 mulier] *add.* fidelis V (– G L P) ● **14** sanctificatus est] sanctificatur Wi | in muliere] per mulierem fidelem (– Wi) V; in muliere fideli W S | sanctificata est] sanctificatur Wi | in fratre] per virum fidelem (– Wi) W S V ● **15** ~ non enim servituti subiectus est V | aut] vel Co E Wi | eiusmodi] huiusmodi St L P Si C; talibus Wi | nos] vos G E Wi St ● **16** quid^{1+2}] unde W S V | si $^{1+2}$] an Wi ● **17** nisi] verum Wi | ita *om.* Wi | sic] sicut W V (– Co) | doceo] constituto Wi ● **18** praeputio] *add.* autem E Wi ● **21** ~ fieri liber V ● **24** unusquisque] *add.* ergo V (– L P C) | frater V (– Co Wi C) | permaneat V (– Wi: permanet) ● **25** Domino] Deo G Co St ● **26** ergo] enim G Co St Si

mini sic esse. **27** Alligatus es uxori? Noli quaerere solutio-
nem. Solutus es ab uxore? Noli quaerere uxorem. **28** Si
autem acceperis uxorem, non peccasti; et si nupserit virgo,
non peccavit. Tribulationem tamen carnis habebunt huius-
modi, ego autem vobis parco. **29** Hoc itaque dico, fratres,
tempus breviatum est; reliquum est, ut et qui habent uxo- R 13,11
res, tamquam non habentes sint, **30** et qui flent, tamquam 1 P 4,7
non flentes, et qui gaudent, tamquam non gaudentes, et 1 J 2,16s
qui emunt, tamquam non possidentes, **31** et qui utuntur
hoc mundo, tamquam non abutentes; praeterit enim figura
huius mundi. **32** Volo autem vos sine sollicitudine esse. Qui
sine uxore est, sollicitus est, quae Domini sunt, quomodo
placeat Domino; **33** qui autem cum uxore est, sollicitus est, L 14,20
quae sunt mundi, quomodo placeat uxori, **34** et divisus est.
Et mulier innupta et virgo cogitat, quae Domini sunt, ut
sit sancta et corpore et spiritu; quae autem nupta est, cogi-
tat, quae sunt mundi, quomodo placeat viro. **35** Porro hoc
ad utilitatem vestram dico, non ut laqueum vobis iniciam,
sed ad id quod honestum est et ut assidue cum Domino
sitis sine distractione.

36 Si quis autem turpem se videri existimat super virgine
sua quod sit superadulta, et ita oportet fieri, quod vult,
faciat; non peccat: nubant. **37** Qui autem statuit in corde
suo firmus, non habens necessitatem, potestatem autem
habet suae voluntatis, et hoc iudicavit in corde suo servare
virginem suam, bene faciet; **38** igitur et, qui matrimonio
iungit virginem suam, bene facit; et, qui non iungit, melius
faciet.

28 tribulationem] adflictionem Wi | huiusmodi] tales Wi • **29** itaque] autem Wi | breve W S V | et *om.* W S Co St • **31** abutentes] utantur W S V | figura] habitus Wi • **32** sollicitus est] curat Wi | Domino] Deo W S V (– Wi) • **33** sollicitus est] curat Wi • **34** sancta corpore V (– L P) • **35** ad id quod honestum est] ut id quod decorum est sciatis Wi | et *om.* Wi | ut assidue cum Domino sitis sine distractione] quod facultatem praebeat sine impedimento Dominum obsecrandi (observandi W S L P) W S V (– Wi: ut adhaereatis domino assidui non distracti) • **36** turpem ... superadulta] indecorum virgini suae putat si praetereat nubendi tempus Wi | super virginem suam W | nubant] si (– S) nubat W S V (– Wi: si nubant) • **37** qui autem] nam qui W S V | habet] habens V | iudicavit] decrevit Wi | facit W S V • **38** faciet] facit W S V

De secundis nuptiis: 7,39-40

R 7,2 **39** Mulier alligata est, quanto tempore vir eius vivit;
quod si dormierit vir eius, libera est, cui vult nubere, tan-
tum in Domino. **40** Beatior autem erit, si sic permanserit
secundum meum consilium; puto autem quod et ego Spiri-
tum Dei habeo.

DE IDOLOTHYTIS ET DE SACRAMENTIS CHRISTIANIS: 8,1–11,34

De libertate christiana: 8,1-13

1-13: R 14,1-23 | Act 15,29 **8** De idolothytis autem, scimus quia omnes scientiam ha-
bemus. Scientia inflat, caritas vero aedificat. **2** Si quis
G 6,3 se existimat scire aliquid, nondum cognovit, quemadmo-
13,12 G 4,9 dum oporteat eum scire; **3** si quis autem diligit Deum, hic
10,19s cognitus est ab eo. **4** De esu igitur idolothytorum, scimus
quia nullum idolum est in mundo et quod nullus deus nisi
Unus. **5** Nam et si sunt, qui dicantur dii sive in caelo sive
in terra, siquidem sunt dii multi et domini multi, **6** nobis
R 11,36 Kol 1,16s tamen unus Deus Pater, ex quo omnia et nos in illum, et
unus Dominus Iesus Christus, per quem omnia et nos per
ipsum.
10,27s **7** Sed non in omnibus est scientia; quidam autem con-
suetudine usque nunc idoli quasi idolothytum manducant,
et conscientia ipsorum, cum sit infirma, polluitur. **8** Esca
autem nos non commendat Deo; neque si non manduca-
verimus, deficiemus, neque si manducaverimus, abundabi-

39 est[1]] *add.* legi V | libera est] liberata est (+ a lege Co E Wi St) W S V | cui] *add.* autem G Co E Wi St | nubat W S V | tantum] modo ut Wi ● **40** erit] est Wi | habeam V ¶ **8.1** de idolothytis autem] de his (iis St L P Si C) autem quae idolis sacrificantur (immolantur G St Si) W S V | quia] quod Wi ● **2** quis] *add.* autem V | oportet Wi ● **4** de esu igitur idolothytorum] de escis autem quae idolis immolantur W S V | quia] quod Wi | nullum] nihil W S V | ~ est idolum W S V | nullus] *add.* est V (- G Co) ● **5** et si] quamquam Wi ● **6** unus[1]] *add.* est E Wi Si | illum] illo G Co E St; ipsum Wi ● **7** consuetudine] cum (- W S L P) conscientia W S V | usque nunc idoli] idoli usque ad hoc tempus Wi ● **8** neque[1] ... abundabimus] neque enim si manducaverimus, abundabimus, neque si non manducaverimus, deficiemus V

mus. **9** Videte autem, ne forte haec licentia vestra offendicu- G 5,13
lum fiat infirmis. **10** Si enim quis viderit eum, qui habet
scientiam, in idolio recumbentem, nonne conscientia eius,
cum sit infirma, aedificabitur ad manducandum idolothyta?
11 Peribit enim infirmus in tua scientia, frater, propter
quem Christus mortuus est! **12** Sic autem peccantes in fra-
tres et percutientes conscientiam eorum infirmam, in Chri-
stum peccatis. **13** Quapropter si esca scandalizat fratrem
meum, non manducabo carnem in aeternum, ne fratrem
meum scandalizem.

Exemplum Pauli sequendum: 9,1-27

9 Non sum liber? Non sum apostolus? Nonne Iesum 15,8s G 5,1.13
Dominum nostrum vidi? Non opus meum vos estis in
Domino? **2** Si aliis non sum apostolus, sed tamen vobis 4,15
sum; nam signaculum apostolatus mei vos estis in Domino.
3 Mea defensio apud eos, qui me interrogant, haec est. 4,3s
4 Numquid non habemus potestatem manducandi et biben- 14
di? **5** Numquid non habemus potestatem sororem mulierem Mt. 8,14
circumducendi sicut et ceteri apostoli et fratres Domini et
Cephas? **6** Aut solus ego et Barnabas non habemus pote- Act 13,2
statem non operandi?

7 Quis militat suis stipendiis umquam? Quis plantat 2Th 3,9 2T 2,4.6
vineam et fructum eius non edit? Aut quis pascit gregem
et de lacte gregis non manducat? **8** Numquid secundum
hominem haec dico? An et lex haec non dicit? **9** Scriptum
est enim in Lege Moysis: «*Non alligabis os bovi trituranti*». Dt 25,4 1T 5,18
Numquid de bobus cura est Deo? **10** An propter nos utique
dicit? Nam propter nos scripta sunt, quoniam debet in spe,

9 licentia nostra G St | infirmibus S ● 10 ~ quis enim Co | eum qui habet] te qui habes Wi | idolio] idoleo G; epulo idolorum Wi; idolo Si | recumbere Wi ● 11 peribit enim] et peribit W S V | infirmus in tua scientia] per tuam scientiam infirmus Wi | conscientia E St ● 12 in Christo W S Co E St | peccetis E

¶ 9.1 Non (nonne Wi) sum apostolus? Non (nonne Wi) sum liber? Co Wi | Christum Iesum V | non³] nonne W V ● 2 et si V | estis per Dominum Wi ● 5 ~ mulierem sororem V (– Co E Wi) | mulierculam Co E Wi St ● 6 ~ ego solus V (– Co E Wi) | et] aut St | non²] hoc W S V | operandi] faciendi Wi ● 7 plantavit G St | fructum] de fructu V | aut *om.* W S V ● 8 an] nonne Wi | ~ non haec G | non *om.* Wi ● 9 bobus] bubus W S G ● 10 an] nonne Wi | utique] *add.* hoc Co St Si C; *add.* haec E; haec Wi | nos²] *add.* utique Co E Wi St

qui arat, arare et, qui triturat, in spe fructus percipiendi.
R 15,27 **11** Si nos vobis spiritalia seminavimus, magnum est, si nos
2K 11,7-9 Act 20,33s carnalia vestra metamus? **12** Si alii potestatis vestrae parti-
cipes sunt, non potius nos? Sed non usi sumus hac potestate,
sed omnia sustinemus, ne quod offendiculum demus evange-
Nu 18,8.21 Dt 18,1-3 lio Christi. **13** Nescitis quoniam, qui sacra operantur, quae
de sacrario sunt edunt; qui altari deserviunt, cum altari
Mt 10,10 G 6,6 participantur? **14** Ita et Dominus ordinavit his, qui evange-
lium annuntiant, de evangelio vivere.

15 Ego autem nullo horum usus sum. Non scripsi autem
haec, ut ita fiant in me; bonum est enim mihi magis mori
quam ut gloriam meam quis evacuet. **16** Nam si evangeliza-
vero, non est mihi gloria; necessitas enim mihi incumbit.
Vae enim mihi est, si non evangelizavero! **17** Si enim volens
hoc ago, mercedem habeo; si autem invitus, dispensatio
mihi credita est. **18** Quae est ergo merces mea? Ut evange-
lium praedicans sine sumptu ponam evângelium, ut non
abutar potestate mea in evangelio.

10,33 Mt 20,26s **19** Nam cum liber essem ex omnibus, omnium me servum
Act 16,3; 21,20-26 feci, ut plures lucri facerem. **20** Et factus sum Iudaeis tam-
G 4,12 quam Iudaeus, ut Iudaeos lucrarer; his, qui sub lege sunt,
quasi sub lege essem, cum ipse non essem sub lege, ut eos,
G 6,2 qui sub lege erant, lucri facerem; **21** his, qui sine lege erant,
tamquam sine lege essem, cum sine lege Dei non essem, sed
in lege essem Christi, ut lucri facerem eos, qui sine lege

12 quare non potius V | demus] domus G ● **13** sacra] in sacrario W S V | quae de sacrario sunt] ex hostiis Wi | qui[2]] et qui V | altari[1+2]] altario W S G Co E St; altaria Si | serviunt Wi | participant V ● **14** his] iis St L P Si C ● **15** ~ autem scripsi V (- Co) ● **16** nam] *add.* et V (- Si C) ● **17** hoc] haec G ● **18** ut evangelium ... evangelium] ut evangelizans gratis evangelium praedicem Wi ● **19** ex] ab Wi ● **20** his] iis St L P Si C | cum ipse non essem sub lege *om.* Wi ● **21** his] iis St L P Si C

erant; 22 factus sum infirmis infirmus, ut infirmos lucri fa- R 15,1
cerem; omnibus omnia factus sum, ut aliquos utique face- 2K 11,29
rem salvos. 23 Omnia autem facio propter evangelium, ut
comparticeps eius efficiar.

24 Nescitis quod hi, qui in stadio currunt, omnes quidem
currunt, sed unus accipit bravium? Sic currite, ut com-
prehendatis. 25 Omnis autem, qui in agone contendit, ab Ph 3,14
omnibus se abstinet, et illi quidem, ut corruptibilem coro- 2T 2,4s; 4,7s 1P 5,4
nam accipiant, nos autem incorruptam. 26 Ego igitur sic
curro non quasi in incertum, sic pugno non quasi aerem
verberans; 27 sed castigo corpus meum et in servitutem R 13,14
redigo, ne forte, cum aliis praedicaverim, ipse reprobus
efficiar.

Exemplum populi prostrati in deserto: 10,1-13

10 Nolo enim vos ignorare, fratres, quoniam patres nos- Ex 13,21; 14,22 Ps 78,13s
tri omnes sub nube fuerunt et omnes mare transie- R 1,13
runt 2 et omnes in Moyse baptizati sunt in nube et in
mari 3 et omnes eandem escam spiritalem manducaverunt Ex 16,4.35 Ps 78,24s
4 et omnes eundem potum spiritalem biberunt; bibebant Ex 17,6 Nu 20,7-11
autem de spiritali, consequente eos petra: petra autem erat Ps 78,15s
Christus. 5 Sed non in pluribus eorum complacuit sibi Nu 14,16
Deus, nam prostrati sunt in deserto.

6 Haec autem figurae fuerunt nostrae, ut non simus con- Nu 11,4.34
cupiscentes malorum, sicut et illi concupierunt. 7 Neque
idolorum cultores efficiamini, sicut quidam ex ipsis; quem-
admodum scriptum est: «*Sedit populus manducare et bi-* Ex 32,6
bere, et surrexerunt ludere». 8 Neque fornicemur, sicut qui- Nu 25,1.9
dam ex ipsis fornicati sunt, et ceciderunt una die viginti tria
milia. 9 Neque tentemus Christum, sicut quidam eorum Nu 21,5s
tentaverunt, et a serpentibus perierunt. 10 Neque murmura-

22 ~ infirmus infirmis Wi | aliquos utique] omnes W S V ● 23 particeps W S V ● 24 hi] ii St L P Si C; *om.* Wi ● 25 autem¹] enim Co E Wi | incorruptam] ut incorruptibilem Wi

¶ 10.1 quoniam] quod Wi ● 3 ~ spiritalem escam E ● 5 complacuit sibi Deus] beneplacitum est Deo W S V ● 6 figurae fuerunt nostrae] in figura facta sunt nostri W S V (– Wi: figurae nostri fuerunt) ● 7 idolorum cultores] idololatrae W V (– G Co E: idolatrae)

Ex 16,2s Nu 14,2.36s; veritis, sicut quidam eorum murmuraverunt et perierunt ab
17,6-14 7,29 exterminatore. **11** Haec autem in figura contingebant illis;
R 15,4 1P 4,7 scripta sunt autem ad correptionem nostram, in quos fines
R 11,20 saeculorum devenerunt. **12** Itaque, qui se existimat stare,
1,8s videat, ne cadat. **13** Tentatio vos non apprehendit nisi hu-
2Th 3,3 mana; fidelis autem Deus, qui non patietur vos tentari
Jc 1,13s super id quod potestis, sed faciet cum tentatione etiam pro-
ventum, ut possitis sustinere.

De idolorum cultura et de mensa daemoniorum: 10,14–11,1

1J 5,21 **14** Propter quod, carissimi mihi, fugite ab idolorum
cultura. **15** Ut prudentibus loquor; vos iudicate, quod dico:
11,24s **16** Calix benedictionis, cui benedicimus, nonne communi-
catio sanguinis Christi est? Et panis, quem frangimus, nonne
Act 2,42 communicatio corporis Christi est? **17** Quoniam unus panis,
12,27 R 12,5 unum corpus multi sumus, omnes enim de uno pane parti-
cipamur. **18** Videte Israel secundum carnem: nonne, qui
Lv 7,6.15s edunt hostias, communicantes sunt altari?
Dt 18,1-4 | 8,4 **19** Quid ergo dico? Quod idolothytum sit aliquid? Aut
Ps 106,37 quod idolum sit aliquid? **20** Sed, quae immolant, daemoniis
immolant et non Deo; nolo autem vos communicantes fieri
2K 6,15s daemoniis. **21** Non potestis calicem Domini bibere et cali-
Ml 1,7.12 cem daemoniorum; non potestis mensae Domini participes
Dt 32,21 esse et mensae daemoniorum. **22** An aemulamur Domi-
num? Numquid fortiores illo sumus?

6,12 **23** «Omnia licent!». Sed non omnia expediunt. «Omnia
R 15,2 Ph 2,4 licent!». Sed non omnia aedificant. **24** Nemo, quod suum

10 exterminatore] extinctore Wi • 11 haec autem omnia W S V | in figura contingebant illis] contingebant illis ut essent figurae Wi | correptionem nostram] admonitionem nostri Wi • 13 apprehendat W S V (– Co Wi) | Deus] *add.* est W V | super] supra V | ~ etiam cum tentatione V (– G) | proventum] eventum Wi • 15 vos] *add.* ipsi V | quod] quae E • 16 calicem S | communicatio²] participatio W S V | Christi²] Domini W S V • 17 panis] *add.* et V (– L P C) | omnes enim] omnesque W; omnes quidem S E Wi; omnes qui V (– E Wi) | pane] *add.* et de uno calice Co E Wi St Si | participamus V • 18 nonne] num Wi | communicantes] participes W S V | altaris W S V • 19 quod¹] ne quod Wi | idolothytum] idolis immolatum W S V (– Wi: idolum) | idolum] idolis immolatum Wi • 20 immolant¹] *add.* gentes W S V | communicantes] socios W S V | fieri daemoniis] fieri daemoniorum W S V (– Wi: daemoniorum fieri) • 21 non¹] quia non G St • 22 aemulamur] provocamus Wi • 23 omnia¹⁺³] *add.* mihi V | expediunt] conducunt Wi

est, quaerat, sed quod alterius. **25** Omne, quod in macello R 14,2-10
venit, manducate, nihil interrogantes propter conscientiam;
26 *Domini enim est terra et plenitudo eius.* Ps 24,1
27 Si quis vocat vos infidelium, et vultis ire, omne, quod
vobis apponitur, manducate, nihil interrogantes propter
conscientiam. **28** Si quis autem vobis dixerit: «Hoc immo- 8,7
laticium est idolis», nolite manducare, propter illum, qui
indicavit, et propter conscientiam; **29** conscientiam autem
dico non tuam ipsius, sed alterius. Ut quid enim libertas
mea iudicatur ab alia conscientia? **30** Si ego cum gratia R 14,6 1 T 4,3 s
participo, quid blasphemor pro eo, quod gratias ago?
31 Sive ergo manducatis sive bibitis sive aliud quid faci- Kol 3,17
tis, omnia in gloriam Dei facite. **32** Sine offensione estote R 14,13
Iudaeis et Graecis et ecclesiae Dei, **33** sicut et ego per omnia
omnibus placeo, non quaerens, quod mihi utile est, sed
quod multis, ut salvi fiant.
11 Imitatores mei estote sicut et ego Christi. 4,16 Ph 3,17; 4,9

De mulieribus orantibus aut prophetantibus: 11,2-16

2 Laudo autem vos quod omnia mei memores estis et, 2 Th 2,15
sicut tradidi vobis, traditiones meas tenetis. **3** Volo autem
vos scire quod omnis viri caput Christus est, caput autem 3,23 Gn 3,16
mulieris vir, caput vero Christi Deus. **4** Omnis vir orans aut E 5,23
prophetans velato capite, deturpat caput suum; **5** omnis
autem mulier orans aut prophetans non velato capite, de-
turpat caput suum: unum est enim atque si decalvetur.
6 Nam si non velatur mulier, et tondeatur! Si vero turpe est
mulieri tonderi aut decalvari, veletur.

7 Vir quidem non debet velare caput, quoniam imago Gn 1,27

26 enim *om.* W S V (– Co Wi) ● 27 infidelium] *add.* ad cenam Co E Wi St Si ● 28 vobis *om.* W S V | immolatum V | conscientiam] *add.* domini enim est terra et plenitudo eius Wi ● 29 ipsius *om.* W S V | alia] aliena V ● 30 quod] de quo Wi ● 31 sive[3]] vel W S G Co E Wi St | omnia ad gloriam Wi ● 32 estote] *add.* et Wi | Graecis] gentibus W V (– Wi); gentilibus S
¶ 11.2 vos] *add.* fratres W S V | quod per omnia V | traditiones meas] praecepta mea W S V ● 3 autem[2] *om.* Wi ● 4 aut] vel E Wi ● 5 unum] perinde Wi | ~ enim est V (– Co Wi) | atque] ac V ● 6 nam] *add.* et Co St | et *om.* V | veletur] velet caput suum W S V ● 7 caput] *add.* suum V

et gloria est Dei; mulier autem gloria viri est. **8** Non enim
Gn 2,22s 1T 2,13 | vir ex muliere est, sed mulier ex viro; **9** etenim non est crea-
Gn 2,18 tus vir propter mulierem, sed mulier propter virum. **10** Ideo
Gn 6,2 debet mulier potestatem habere supra caput propter ange-
los. **11** Verumtamen neque mulier sine viro, neque vir sine
muliere in Domino; **12** nam sicut mulier de viro, ita et vir
per mulierem, omnia autem ex Deo. **13** In vobis ipsi iudi-
cate: Decet mulierem non velatam orare Deum? **14** Nec
ipsa natura docet vos quod vir quidem, si comam nutriat,
ignominia est illi, **15** mulier vero, si comam nutriat, gloria
est illi? Quoniam coma pro velamine ei data est. **16** Si quis
autem videtur contentiosus esse, nos talem consuetudinem
non habemus, neque ecclesiae Dei.

Cena Domini quomodo celebranda: 11,17-34

17 Hoc autem praecipio non laudans quod non in melius
1,10-12; 3,3s sed in deterius convenitis. **18** Primum quidem convenienti-
bus vobis in ecclesia, audio scissuras inter vos esse et ex
parte credo. **19** Nam oportet et haereses inter vos esse, ut et,
qui probati sunt, manifesti fiant in vobis. **20** Convenientibus
ergo vobis in unum, non est dominicam cenam manducare;
21 unusquisque enim suam cenam praesumit in manducan-
do, et alius quidem esurit, alius autem ebrius est. **22** Num-
quid domos non habetis ad manducandum et bibendum?
Jc 2,5s Aut ecclesiam Dei contemnitis et confunditis eos, qui non
habent? Quid dicam vobis? Laudabo vos? In hoc non laudo!

15,3 Mt 26,26-28 **23** Ego enim accepi a Domino, quod et tradidi vobis,
Mc 14,22-24 quoniam Dominus Iesus, in qua nocte tradebatur, accepit
L 22,19s panem **24** et gratias agens fregit et dixit: «*Hoc est corpus*

7 ~ Dei est V ● 10 potestatem] velamen V (– L P C) | super Co E Wi | caput] *add.* suum et (– Wi) V (– L P C) ● 11 ~ neque vir sine muliere neque mulier sine viro W S V ● 13 in vobis] vos W S V | decet] *add.* ne Wi ● 14 ~ illi est Co ● 15 coma] capilli W S V | ei data est] ei dati sunt W S V (– E: dati sunt ei) ● 16 ecclesia V (– Wi) ● 17 praecipiens non laudo Wi ● 18 in ecclesiam V | audeo G | inter vos esse] esse inter vos V; esse W S ● 19 et¹ *om.* G St | inter vos *om.* W S V (– Wi) | et² *om.* Wi | in vobis] inter vos Wi ● 20 non] iam non W S V ● 21 ad manducandum W S V ● 22 laudabo] laudo W S V (– Wi: laudem) ● 24 dixit] *add.* accipite et manducate V

meum, quod pro vobis est; hoc facite in meam commemora-
tionem»; 25 similiter et calicem, postquam cenatum est,
dicens: «*Hic calix novum testamentum est in meo sanguine;* Jr 31,31 L 22,20
hoc facite, quotiescumque bibetis, in meam commemoratio-
nem». 26 Quotiescumque enim manducabitis panem hunc Mt 26,29 Mc 14,25 L 22,16-18
et calicem bibetis, mortem Domini annuntiatis, donec
veniat. 27 Itaque, quicumque manducaverit panem vel bi-
berit calicem Domini indigne, reus erit corporis et sanguinis
Domini. 28 Probet autem seipsum homo, et sic de pane illo
edat et de calice bibat; 29 qui enim manducat et bibit,
iudicium sibi manducat et bibit non diiudicans corpus.
30 Ideo inter vos multi infirmi et imbecilles et dormiunt
multi. 31 Quod si nosmetipsos diiudicaremus, non utique H 12,5s
iudicaremur; 32 dum iudicamur autem, a Domino corripi-
mur, ut non cum hoc mundo damnemur.
33 Itaque, fratres mei, cum convenitis ad manducandum,
invicem exspectate. 34 Si quis esurit, domi manducet, ut
non in iudicium conveniatis. Cetera autem, cum venero, 16,5
disponam.

DE CHARISMATIBUS ET DE VITA CHRISTIANA: 12,1–14,40

De divisionibus gratiarum unius eiusdemque Spiritus: 12,1-11

12 De spiritalibus autem, fratres, nolo vos ignorare. 14,1
2 Scitis quoniam, cum gentes essetis, ad simulacra G 4,8
muta, prout ducebamini, euntes. 3 Ideo notum vobis facio

24 quod pro vobis est] quod pro vobis tradetur (frangitur Wi) W V; pro vobis S | in mei commemorationem Wi • 25 cenatum est] cenavit W S V | biberitis Co Wi St | in mei commemorationem Wi • 26 annuntiabitis V | venerit Wi • 27 panem] *add.* hunc V (− G St) | vel] et G Co E Wi St • 29 bibit[1]] *add.* indigne W S V | corpus] *add.* Domini V • 30 infirmes S • 31 diiudicaremur E • 34 dum venero Wi
¶ 12.1 ~ nolo vos ignorare fratres W S V • 2 scitis] *add.* autem V (− L P C) | quoniam cum gentes essetis] quod gentes fuistis Wi

1 J 4,2s quod nemo in Spiritu Dei loquens dicit: «Anathema Iesus!»,
R 10,9 et nemo potest dicere: «Dominus Iesus», nisi in Spiritu
Sancto.
R 12,6 E 4,4 **4** Divisiones vero gratiarum sunt, idem autem Spiritus;
8,6 **5** et divisiones ministrationum sunt, idem autem Dominus;
E 4,6 **6** et divisiones operationum sunt, idem vero Deus, qui ope-
14,26 ratur omnia in omnibus. **7** Unicuique autem datur mani-
festatio Spiritus ad utilitatem. **8** Alii quidem per Spiritum
datur sermo sapientiae, alii autem sermo scientiae secun-
dum eundem Spiritum, **9** alteri fides in eodem Spiritu, alii
donationes sanitatum in uno Spiritu, **10** alii operationes
virtutum, alii prophetatio, alii discretio spirituum, alii gene-
ra linguarum, alii interpretatio linguarum; **11** haec autem
7,7 R 12,3 E 4,7-12 1 P 4,7 omnia operatur unus et idem Spiritus, dividens singulis,
prout vult.

Membra unius corporis multa: 12,12-31

10,17 R 12,4s **12** Sicut enim corpus unum est et membra habet multa,
omnia autem membra corporis, cum sint multa, unum cor-
G 3,28 pus sunt, ita et Christus; **13** etenim in uno Spiritu omnes
nos in unum corpus baptizati sumus, sive Iudaei sive Graeci
sive servi sive liberi, et omnes unum Spiritum potati sumus.
14 Nam et corpus non est unum membrum sed multa. **15** Si
dixerit pes: «Non sum manus, non sum de corpore», non
ideo non est de corpore; **16** et si dixerit auris: «Non sum

3 Iesus[1]] Iesu W S V (– Wi: Iesum) | Dominum Iesum nisi per Spiritum Sanctum Wi ● 4 gratiarum] donorum Wi ● 5 autem] vero Wi ● 6 sunt *om.* Wi | vero] *add.* est Wi ● 9 alii] alteri Wi | donationes] gratia W S V (– Wi: dona) | sanationum Wi | in eodem Spiritu Wi ● 10 operatio W S V | prophetia W V | linguarum[2]] sermonum W S V ● 11 et] atque W S V ● 12 membra[2]] *add.* unius Wi | unum[2]] *add.* tamen V ● 13 corpus *om.* St L P | Graeci] gentiles W S V (– Wi) | unum Spiritum] in (– G) uno Spiritu V ● 15 pes] *add.* quoniam (quod Wi) W S V | num ideo V (– G Wi St) ● 16 auris] *add.* quia W S; *add.* quoniam (quod Wi) V

oculus, non sum de corpore», non ideo non est de corpore.
17 Si totum corpus oculus est, ubi auditus? Si totum audi-
tus, ubi odoratus? **18** Nunc autem posuit Deus membra,
unumquodque eorum in corpore, sicut voluit. **19** Quod si
essent omnia unum membrum, ubi corpus? **20** Nunc autem
multa quidem membra, unum autem corpus. **21** Non potest
dicere oculus manui: «Non es mihi necessaria!», aut iterum
caput pedibus: «Non estis mihi necessarii!». **22** Sed multo
magis, quae videntur membra corporis infirmiora esse, ne-
cessaria sunt; **23** et, quae putamus ignobiliora membra esse
corporis, his honorem abundantiorem circumdamus; et,
quae inhonesta sunt nostra, abundantiorem honestatem
habent, **24** honesta autem nostra nullius egent. Sed Deus
temperavit corpus, ei, cui deerat, abundantiorem tribuendo
honorem, **25** ut non sit schisma in corpore, sed idipsum
pro invicem sollicita sint membra. **26** Et sive patitur unum R 12,15
membrum, compatiuntur omnia membra; sive glorificatur
unum membrum, congaudent omnia membra. **27** Vos autem R 12,5 E 5,30
estis corpus Christi et membra ex parte.

28 Et quosdam quidem posuit Deus in ecclesia primum 8-10 E 4,11s
apostolos, secundo prophetas, tertio doctores, deinde vir-
tutes, exinde donationes curationum, opitulationes, guber-
nationes, genera linguarum. **29** Numquid omnes apostoli?
Numquid omnes prophetae? Numquid omnes doctores?
Numquid omnes virtutes? **30** Numquid omnes donationes
habent curationum? Numquid omnes linguis loquuntur?
Numquid omnes interpretantur? **31** Aemulamini autem 14,1
charismata maiora. Et adhuc excellentiorem viam vobis
demonstro.

Hymnus caritati: 13,1–13,13

13 Si linguis hominum loquar et angelorum, caritatem 14,6-8
autem non habeam, factus sum velut aes sonans aut
cymbalum tinniens.

2 Et si habuero prophetiam et noverim mysteria omnia 14,3.5 Mt 7,22; 17,20

16 num ideo V (– G Wi St) ● 17 est *om.* W S V | totum²] autem Co ● 21 potest] *add.* autem V | ~ oculus dicere V (– G Wi) | non es mihi necessaria] opera tua non indigeo W S V | iterum] rursum Wi ● 22 necessariora W S V (– Wi) ● 23 inhonesta] indecora Wi | honestatem] decorem Wi ● 24 honesta] decora Wi ● 25 idipsum] in idipsum G Co E St Si; *om.* Wi | sollicita sunt G ● 26 sive] si quid W S V | gloriatur W S V (– Wi) ● 27 ex parte] de membro W S V ● 28 primo E Wi | exinde] exin W S | donationes] gratias W S V (– Wi: dona) | linguarum] *add.* interpretationes sermonum V (– Wi L P) ● 30 donationes] gratiam W S V ● 31 maiora] meliora V
¶ 13.1 velut *om.* Wi ● 2 novero Wi

Mt 17,20; 21,22 Mc 11,23 et omnem scientiam, et si habuero omnem fidem, ita ut
montes transferam, caritatem autem non habuero, nihil
sum.
Mt 19,21 **3** Et si distribuero in cibos omnes facultates meas et si
tradidero corpus meum, ut glorier, caritatem autem non
habuero, nihil mihi prodest.
R 13,8-10 **4** Caritas patiens est, benigna est caritas, non aemulatur,
non agit superbe, non inflatur, **5** non est ambitiosa, non
quaerit, quae sua sunt, non irritatur, non cogitat malum,
R 12,9 **6** non gaudet super iniquitatem, congaudet autem veritati;
Prv 10,12 **7** omnia suffert, omnia credit, omnia sperat, omnia sustinet.
8 Caritas numquam excidit. Sive prophetiae, evacuabun-
tur; sive linguae, cessabunt; sive scientia, destruetur. **9** Ex
parte enim cognoscimus et ex parte prophetamus; **10** cum
autem venerit, quod perfectum est, evacuabitur, quod ex
parte est. **11** Cum essem parvulus, loquebar ut parvulus,
sapiebam ut parvulus, cogitabam ut parvulus; quando fac-
tus sum vir, evacuavi, quae erant parvuli. **12** Videmus enim
nunc per speculum in aenigmate, tunc autem facie ad fa-
ciem; nunc cognosco ex parte, tunc autem cognoscam, sicut
et cognitus sum.
H 10,22-24 Kol 3,14 **13** Nunc autem manet fides, spes, caritas, tria haec;
maior autem ex his est caritas.

De prophetia et de dono linguarum: 14,1-25

12,10 **14** Sectamini caritatem, aemulamini spiritalia, magis
autem, ut prophetetis. **2** Qui enim loquitur lingua,
non hominibus loquitur, sed Deo; nemo enim audit, spiritu
autem loquitur mysteria. **3** Qui autem prophetat, hominibus

2 si² *om.* W S G ● 3 cibos] *add.* pauperum W S V | ita ut V | glorier] ardeam W S V ● 4 superbe] perperam W S V (– Wi: nequiter) ● 5 ambitiosa] immodesta Wi ● 6 super iniquitate V ● 11 quando] *add.* autem V | evacuavi] abolita sunt Wi ● 12 enim *om.* W S V ● 13 manent V | ex his] horum V (– Wi: inter haec); his W S
¶ 14.1 ut prophetis G ● 2 spiritus G E St Si ● 3 qui autem] nam qui W S V | hominibus] omnibus Wi

loquitur aedificationem et exhortationem et consolationes.
4 Qui loquitur lingua, semetipsum aedificat; qui autem pro-
phetat, ecclesiam aedificat. **5** Volo autem omnes vos loqui Nu 11,29
linguis, magis autem prophetare; maior autem est qui pro-
phetat quam qui loquitur linguis, nisi forte interpretetur, ut
ecclesia aedificationem accipiat.

6 Nunc autem, fratres, si venero ad vos linguis loquens,
quid vobis prodero, nisi vobis loquar aut in revelatione aut
in scientia aut in prophetia aut in doctrina? **7** Tamen, quae
sine anima sunt vocem dantia, sive tibia sive cithara, nisi
distinctionem sonituum dederint, quomodo scietur quod
tibia canitur aut quod citharizatur? **8** Etenim si incertam
vocem det tuba, quis parabit se ad bellum? **9** Ita et vos per
linguam nisi manifestum sermonem dederitis, quomodo
scietur id, quod dicitur? Eritis enim in aera loquentes.
10 Tam multa, ut puta, genera linguarum sunt in mundo,
et nihil sine voce est. **11** Si ergo nesciero virtutem vocis, ero
ei, qui loquitur, barbarus; et, qui loquitur, mihi bar-
barus.

12 Sic et vos, quoniam aemulatores estis spirituum, ad
aedificationem ecclesiae quaerite, ut abundetis. **13** Et ideo,
qui loquitur lingua, oret, ut interpretetur. **14** Nam si orem
lingua, spiritus meus orat, mens autem mea sine fructu est.
15 Quid ergo est? Orabo spiritu, orabo et mente; psallam
spiritu, psallam et mente. **16** Ceterum si benedixeris in spiri- 2K 1,20 1Chr 16,36 Neh 8,6

3 loquitur] *add.* ad V | consolationem W V ● 4 ecclesiam] *add.* Dei V (– Wi L P) ● 5 ~ vos omnes Wi | prophetare] ut prophetetis Wi | maior autem] nam maior W S V | nisi forte] nisi forte ut W; nisi si forte ut S ● 6 nisi] *add.* si W S | in^{2+3} *om.* S ● 7 scietur] *add.* id V | tibia^{2} *om.* W S V ● 10 tam multa ut puta] videlicet tam multa Wi | in hoc mundo W V ● 11 qui loquitur^{1}] cui loquor (loquar E Wi) W S V ● 16 ceterum] alioqui Wi | in *om.* W S V

tu, qui supplet locum idiotae, quomodo dicet «Amen!»
super tuam benedictionem, quoniam quid dicas nescit?
17 Nam tu quidem bene gratias agis, sed alter non aedifi-
catur. **18** Gratias ago Deo quod omnium vestrum magis
linguis loquor; **19** sed in ecclesia volo quinque verba sensu
meo loqui, ut et alios instruam, quam decem milia verbo-
rum in lingua.
R 16,19 **20** Fratres, nolite pueri effici sensibus, sed malitia parvuli
E 4,14 estote, sensibus autem perfecti estote.
21 In Lege scriptum est:
Is 28,11s *«In aliis linguis et in labiis aliorum*
loquar populo huic,
et nec sic *exaudient* me»,
dicit Dominus. **22** Itaque linguae in signum sunt non fideli-
bus sed infidelibus, prophetia autem non infidelibus sed
Act 2,12s fidelibus. **23** Si ergo conveniat universa ecclesia in unum, et
omnes linguis loquantur, intrent autem idiotae aut infideles,
nonne dicent quod insanitis? **24** Si autem omnes prophe-
tent, intret autem quis infidelis vel idiota, convincitur ab
omnibus, diiudicatur ab omnibus, **25** occulta cordis eius
Is 45,14 manifesta fiunt, et ita cadens in faciem adorabit Deum pro-
Zch 8,23 nuntians: «Vere Deus in vobis est!».

Deus cum ordine et pace colendus: 14,26-40

12,8-10 **26** Quid ergo est, fratres? Cum convenitis, unusquisque
E 4,12 psalmum habet, doctrinam habet, apocalypsim habet, lin-
guam habet, interpretationem habet: omnia ad aedificatio-
nem fiant. **27** Sive lingua quis loquitur, secundum duos aut
ut multum tres, et per partes, et unus interpretetur; **28** si

16 qui] quis W G Co E St Si | benedictionem] gratiarum actionem Wi • **18** Deo] *add.* meo V (– G St) | omnium vestrum magis linguis loquor] plus linguis loquor quam omnes vos Wi | magis linguis] lingua W S V (– Wi) • **19** volo] malo Wi | sensu meo] mente mea Wi | in lingua] per linguam Wi • **21** lege] *add.* enim V (– L P C) | est] *add.* quoniam W S V | in labiis aliorum] labiis aliis W S V (– Co: in labiis; – E: in aliis labiis; – Wi: in labiis aliis) | loquor E | nec sic] ne sic quidem Wi • **22** prophetiae W V • **23** quod] quid V (– L P C) • **25** occulta] *add.* enim Co E Wi St Si | pronuntians] *add.* quod W S V | in vobis] inter vos Wi | est] sit W V • **26** unusquisque] *add.* vestrum W S V | apocalypsim habet *om.* Wi | linguam habet] *add.* revelationem habet Wi • **27** secundum … partes] per binos fiat aut ad summum per ternos, idque vicissem Wi

autem non fuerit interpres, taceat in ecclesia, sibi autem
loquatur et Deo. **29** Prophetae duo aut tres dicant, et ceteri 1Th 5,19-21
diiudicent; **30** quod si alii revelatum fuerit sedenti, prior
taceat. **31** Potestis enim omnes per singulos prophetare, ut
omnes discant et omnes exhortentur, **32** et spiritus prophe-
tarum prophetis subiecti sunt; **33** non enim est dissensionis R 15,33
Deus sed pacis.

Sicut in omnibus ecclesiis sanctorum, **34** mulieres in ec- 11,16 Gn 3,16
clesiis taceant, non enim permittitur eis loqui; sed subditae 1T 2,11s
sint, sicut et lex dicit. **35** Si quid autem volunt discere,
domi viros suos interrogent; turpe est enim mulieri loqui E 5,22
in ecclesia.
36 An a vobis verbum Dei processit aut in vos solos per-
venit? **37** Si quis videtur propheta esse aut spiritalis, cogno-
scat, quae scribo vobis, quia Domini est mandatum. **38** Si
quis autem ignorat, ignorabitur. **39** Itaque, fratres mei,
aemulamini prophetare et loqui linguis nolite prohibere; 1.5
40 omnia autem honeste et secundum ordinem fiant. Kol 2,5

CHRISTUS RESUSCITATUS PRIMITIAE DORMIENTIUM: 15,1-58

In resurrectione Christi omnes vivificabuntur: 15,1-34

15 Notum autem vobis facio, fratres, evangelium, quod G 1,11
evangelizavi vobis, quod et accepistis, in quo et statis,
2 per quod et salvamini, qua ratione evangelizaverim vobis,
si tenetis, nisi si frustra credidistis! **3** Tradidi enim vobis in

29 prophetae] *add.* autem V | duo et tres Wi | dicant] loquantur Wi ● 31 per singulos] singulatim Wi | exhortentur] consolationem accipiant Wi ● 32 subiectus est V (– L P C) ● 33 ~ dissensionis est G Co E Wi | sicut] *add.* et V | sanctorum] *add.* doceo V ● 34 subditae sint] subditas esse W S V ● 35 discere] dicere Wi ● 37 est mandatum] sunt mandata W S V ● 38 ignorabitur] ignoret Wi ● 39 mei *om.* W S V ● 40 honeste] decore Wi | fiant] *add.* in vobis V (– Wi: *add.* inter vos; – C)
¶ 15.1 evangelizavi] praedicavi W S V | in quo statis Wi ● 2 evangelizaverim] praedicaverim W S V | retinetis Wi | si[2] *om.* W V

11,23 | Is 53,4s primis, quod et accepi, quoniam Christus mortuus est pro
R 4,25 1 P 2,24 peccatis nostris secundum Scripturas **4** et quia sepultus est
Hos 6,2 et quia suscitatus est tertia die secundum Scripturas **5** et
L 24,34.36 quia visus est Cephae et post haec Duodecim; **6** deinde
visus est plus quam quingentis fratribus simul, ex quibus
plures manent usque adhuc, quidam autem dormierunt;
7 deinde visus est Iacobo, deinde apostolis omnibus; **8** no-
9,1 Act 9,3-5 vissime autem omnium, tamquam abortivo, visus est et
Act 8,1-3; 9,1-3 G 1,13 mihi. **9** Ego enim sum minimus apostolorum, qui non sum
1 T 1,15 E 3,8 | dignus vocari apostolus, quoniam persecutus sum ecclesiam
3,10 Dei; **10** gratia autem Dei sum id, quod sum, et gratia eius
2 K 11,23 1 T 1,14 in me vacua non fuit, sed abundantius illis omnibus labo-
3,5 ravi, non ego autem, sed gratia Dei mecum. **11** Igitur sive
2 T 2,18 ego sive illi, sic praedicamus, et sic credidistis.

12 Si autem Christus praedicatur quod suscitatus est a
mortuis, quomodo quidam dicunt in vobis quoniam resur-
rectio mortuorum non est? **13** Si autem resurrectio mor-
tuorum non est, neque Christus suscitatus est! **14** Si autem
Christus non suscitatus est, inanis est ergo praedicatio
nostra, inanis est et fides vestra, **15** invenimur autem et falsi
testes Dei, quoniam testimonium diximus adversus Deum
quod suscitaverit Christum, quem non suscitavit, si revera
mortui non resurgunt. **16** Nam si mortui non resurgunt,
neque Christus resurrexit; **17** quod si Christus non resur-
rexit, stulta est fides vestra, adhuc estis in peccatis vestris.
1 Th 4,14 **18** Ergo et, qui dormierunt in Christo, perierunt. **19** Si in
hac vita tantum in Christo sperantes sumus, miserabiliores
sumus omnibus hominibus.

Act 26,23 Kol 1,18 **20** Nunc autem Christus resurrexit a mortuis, primitiae

3 et *om.* Wi | quoniam ... mortuus est] quod ... mortuus sit Wi ● 4 quia[1+2]] quod Wi | sepultus sit Wi | suscitatus est] resurrexit S V (– Wi: resurrexerit); surrexit W ● 5 quia visus est] quod visus sit Wi | haec] hoc V | Duodecim] Undecim W S V ● 6 plures] multi W S V (– Wi) | obdormierunt Wi ● 10 mecum] quae mecum est Wi ● 11 igitur sive] sive enim (– Wi) W S V | praedicavimus V (– L P C) ● 12 suscitatus est] resurrexit W S V (– Wi: resurrexerit) | in vobis] inter vos Wi | quoniam ... non est] quod ... non sit Wi ● 13 suscitatus est] resurrexit W S V ● 14 suscitatus est] resurrexit W S V | ergo *om.* V (– L P C) | est[3] *om.* Co ● 15 suscitavit G | revera *om.* W S V ● 17 stulta] vana W S V | adhuc] *add.* enim W S V

dormientium. **21** Quoniam enim per hominem mors, et per — Gn 3,17-19; R 5,12.18
hominem resurrectio mortuorum: **22** sicut enim in Adam
omnes moriuntur, ita et in Christo omnes vivificabuntur.
23 Unusquisque autem in suo ordine: primitiae Christus; — 1 Th 4,15s
deinde hi, qui sunt Christi, in adventu eius; **24** deinde finis,
cum tradiderit regnum Deo et Patri, cum evacuaverit
omnem principatum et omnem potestatem et virtutem.
25 Oportet autem illum regnare, *donec ponat* omnes *inimicos* — Ps 110,1
sub pedibus eius. **26** Novissima autem inimica destruetur — Ap 20,14; 21,4
mors; **27** *omnia* enim *subiecit sub pedibus eius*. Cum autem — Ps 8,7; H 2,8
dicat: «Omnia subiecta sunt», sine dubio praeter eum, qui
subiecit ei omnia. **28** Cum autem subiecta fuerint illi omnia, — 8,6; R 11,36
tunc ipse Filius subiectus erit illi, qui sibi subiecit omnia,
ut sit Deus omnia in omnibus.

29 Alioquin quid facient, qui baptizantur pro mortuis?
Si omnino mortui non resurgunt, ut quid et baptizantur pro
illis? **30** Ut quid et nos periclitamur omni hora? **31** Cotidie — R 8,36
morior, utique per vestram gloriationem, fratres, quam — 2 K 4,10s
habeo in Christo Iesu Domino nostro! **32** Si secundum
hominem ad bestias pugnavi Ephesi, quid mihi prodest?
Si mortui non resurgunt, *manducemus et bibamus, cras enim* — Is 22,13; Act 19,29s; 20,3
moriemur. **33** Nolite seduci: «Corrumpunt mores bonos — 2 K 1,8
colloquia mala». **34** Evigilate iuste et nolite peccare! Igno- — 6,5; 1 Th 5,6-8
rantiam enim Dei quidam habent; ad reverentiam vobis
loquor.

In resurrectione mortuorum opus salutis consummatur: 15,35-58

35 Sed dicet aliquis: «Quomodo resurgunt mortui? Quali
autem corpore veniunt?». **36** Insipiens! Tu, quod seminas,

21 enim] quidem V • 22 sicut enim] et sicut W S V • 23 hi] ii St L P Si C | in adventu eius] qui in adventu (adventum G St L P) eius crediderunt V (– Wi: cum advenerit) • 24 omnem[2] *om.* W S V • 26 novissime V (– L P C) • 27 autem] *add.* haec Si | sunt] *add.* ei W V • 28 tunc] *add.* et V | subiectus erit] subicietur Wi | illi[2]] ei St L P Si C | ~ subiecit sibi omnia V (– Wi: sibi omnia subiecit) • 29 pro[1+2]] super Wi • 31 utique *om.* W S V | per] propter W G E Wi St Si | gloriam W S V • 34 iusti V (– Co) | reverentiam] confusionem Wi • 35 dicit G Co St L P | ~ aliquis dicet Wi | resurgent E Wi | quali autem] qualive Si C | venient V

non vivificatur, nisi prius moriatur; **37** et quod seminas,
non corpus, quod futurum est, seminas, sed nudum gra-
J 12,24 num, ut puta tritici aut alicuius ceterorum. **38** Deus autem
Gn 1,11 dat illi corpus sicut voluit, et unicuique seminum proprium
corpus. **39** Non omnis caro eadem caro, sed alia hominum,
alia caro pecorum, alia caro volucrum, alia autem piscium.
40 Et corpora caelestia et corpora terrestria, sed alia quidem
caelestium gloria, alia autem terrestrium. **41** Alia claritas
solis, alia claritas lunae et alia claritas stellarum; stella
enim a stella differt in claritate. **42** Sic et resurrectio mor-
tuorum: seminatur in corruptione, resurgit in incorrup-
Ph 3,20s Kol 3,4 tione; **43** seminatur in ignobilitate, resurgit in gloria; semi-
natur in infirmitate, resurgit in virtute; **44** seminatur cor-
pus animale, resurgit corpus spiritale.

Si est corpus animale, est et spiritale. **45** Sic et scriptum
Gn 2,7 est: «*Factus est* primus *homo* Adam *in animam viventem*»;
novissimus Adam in Spiritum vivificantem. **46** Sed non
prius, quod spiritale est, sed quod animale est; deinde quod
Gn 2,7 spiritale. **47** Primus homo de terra terrenus, secundus homo
de caelo. **48** Qualis terrenus, tales et terreni, et qualis
Gn 5,3 R 8,29 caelestis, tales et caelestes; **49** et sicut portavimus imaginem
terreni, portabimus et imaginem caelestis. **50** Hoc autem
J 3,5s dico, fratres, quoniam caro et sanguis regnum Dei possidere
non possunt, neque corruptio incorruptelam possidebit.

1Th 4,15-17 **51** Ecce mysterium vobis dico: Non omnes quidem dor-
miemus, sed omnes immutabimur, **52** in momento, in ictu
Mt 24,31 oculi, in novissima tuba; canet enim, et mortui suscitabun-

37 quod[1]] quid G E Wi St • 38 vult V • 39 alia[1]] *add.* quidem Si C | caro[3] *om.* W S V (– Si C: vero) | alia[3] ... piscium] alia autem piscium alia volucrum Wi | caro[4] *om.* V (– G: *add.* autem) | autem *om.* St L P • 40 corpora caelestia et corpora terrestria] corporum alia sunt caelestia, alia terrestria Wi | gloria] claritas Wi • 41 et *om.* W • 42 surget V; surgit W S | in incorruptibilitate Wi • 43 resurgit[1]] surgit W S; surget V | seminatur[2] ... in virtute *om.* Wi | resurgit[2]] surgit W S; surget V (– Wi) • 44 surget V; surgit W S | si *om.* Wi • 45 sic et] sicut W V • 46 prius] *add.* est Wi | est[2] *om.* V (– E Wi) • 47 terrenus] *add.* est Wi | homo de caelo] homo dominus ex caelo Wi | caelo] *add.* caelestis W S V (– Wi) • 49 et[1]] igitur W S V | portabimus] portemus W S V (– Wi) • 50 quoniam] quia V (– Wi: quod) | incorruptibilitatem Wi • 51 non *om.* W S V (– Wi) | dormiemus] resurgemus W S V (– Wi) | sed] *add.* non W S V (– Wi) • 52 enim] *add.* tuba V | suscitabuntur] resurgent W S V

tur incorrupti, et nos immutabimur. 53 Oportet enim cor- 2K 5,4
ruptibile hoc induere incorruptelam, et mortale induere im-
mortalitatem. 54 Cum autem corruptibile hoc induerit in-
corruptelam, et mortale hoc induerit immortalitatem, tunc
fiet sermo, qui scriptus est:
«*Absorpta est mors in victoria.* Is 25,8
55 *Ubi est, mors, victoria tua?* Hos 13,14 ⓖ
Ubi est, mors, stimulus tuus?».
56 Stimulus autem mortis peccatum est, virtus vero peccati R 5,12s; 7,7-9.13
lex. 57 Deo autem gratias, qui dedit nobis victoriam per R 7,25
Dominum nostrum Iesum Christum. 58 Itaque, fratres mei 16,13
dilecti, stabiles estote, immobiles, abundantes in opere Do-
mini semper, scientes quod labor vester non est inanis in
Domino.

CONCLUSIO: 16,1-24

De collectis seponendis et Hierosolymam perferendis: 16,1-4

16 De collectis autem, quae fiunt in sanctos, sicut ordi- Act 11,29 R 15,26 2K 8,4; 9,1 G 2,10
navi ecclesiis Galatiae, ita et vos facite. 2 Per primam Act 20,7 Ap 1,10
sabbati unusquisque vestrum apud se ponat recondens,
quod ei beneplacuerit, ut non, cum venero, tunc collectae 2K 8,16-19
fiant. 3 Cum autem praesens fuero, quos probaveritis, per
epistulas hos mittam perferre gratiam vestram in Ierusalem;
4 quod si dignum fuerit, ut et ego eam, mecum ibunt.

De hieme apud Corinthios transigenda: 16,5-12

5 Veniam autem ad vos, cum Macedoniam pertransiero, Act 19,21; 20,2s 2K 1,16
nam Macedoniam pertransibo; 6 apud vos autem forsitan

53 incorruptionem V (– Wi: incorruptibilitatem) | mortale] *add.* hoc W S V ● 54 corruptibile hoc induerit incorruptelam et *om.* W S V ● 55 Ubi est mors aculeus tuus? Ubi est inferne victoria tua? Wi ● 56 stimulus] aculeus Wi ● 57 gratia Wi ● 58 estote] *add.* et W S V | in omni opere G Co E Wi St | in Domino] per Dominum Wi
¶ 16.1 in ecclesiis Co E Wi ● 2 primam] unam W S V | seponat St L P Si C; reponat G Co E Wi | beneplacuerit] commodum fuerit Wi ● 4 et *om.* W G Co E Wi St

manebo vel etiam hiemabo, ut vos me deducatis, quocum-
que iero. **7** Nolo enim vos modo in transitu videre; spero
enim me aliquantum temporis manere apud vos, si Domi-
Act 19,1.10 nus permiserit. **8** Permanebo autem Ephesi usque ad Pente-
Act 14,27 costen; **9** ostium enim mihi apertum est magnum et efficax,
4,17 Ph 2,19s et adversarii multi. **10** Si autem venerit Timotheus, videte,
ut sine timore sit apud vos, opus enim Domini operatur
1 T 4,12 sicut et ego; **11** ne quis ergo illum spernat. Deducite autem
illum in pace, ut veniat ad me; exspecto enim illum cum
3,5s fratribus. **12** De Apollo autem fratre, multum rogavi eum,
ut veniret ad vos cum fratribus, et utique non fuit voluntas,
ut nunc veniret; veniet autem, cum ei opportunum fuerit.

15,58 E 6,10 *Ultimae exhortationes et salutationes: 16,13-24*

Ps 31,25 ⊛ Jos 1,7 **13** Vigilate, state in fide, viriliter agite, confortamini;
Kol 3,14 **14** omnia vestra in caritate fiant. **15** Obsecro autem vos,
1,16 R 16,5 fratres: nostis domum Stephanae, quoniam sunt primitiae
Achaiae et in ministerium sanctorum ordinaverunt seipsos;
16 ut et vos subditi sitis eiusmodi et omni cooperanti et
laboranti. **17** Gaudeo autem in praesentia Stephanae et
Fortunati et Achaici, quoniam id quod vobis deerat, ipsi
suppleverunt, **18** refecerunt enim et meum spiritum et
1 Th 5,12s vestrum. Cognoscite ergo, qui eiusmodi sunt.

Ap 1,4.11 **19** Salutant vos ecclesiae Asiae. Salutant vos in Domino
Act 18,2 multum Aquila et Prisca cum domestica sua ecclesia. **20** Sa-

7 aliquantulum V • 9 efficax] evidens W S V (– Wi) • 12 fratre] fratre (– Wi) vobis notum facio quoniam V | voluntas] *add.* eius V (– C) | opportunum] vacuum W S V (– Wi) • 13 agite] *add.* et W S V • 14 omnia] *add.* enim Co E St • 15 Stephanae] *add.* et Fortunati (+ et Achaici Co E St Si C) W S V (– Wi) | quoniam sunt primitiae] primitias Wi • 16 eiusmodi] talibus Wi • 17 in] de Wi • 18 qui] quae E | qui eiusmodi sunt] tales Wi | huiusmodi L P Si C • 19 vos[1]] *add.* omnes G Co Wi St Si | salutant[2]] salutat E | Priscilla V (– Co E Wi) | ecclesia] *add.* apud quos et hospitor V (– L P)

lutant vos fratres omnes. Salutate invicem in osculo sancto. R 16,16
21 Salutatio mea manu Pauli. 22 Si quis non amat Do- 2Th 3,17 Kol 4,18
minum, sit anathema. Marana tha! 23 Gratia Domini Iesu G 1,8s
vobiscum. 24 Caritas mea cum omnibus vobis in Christo R 16,24
Iesu.

EPISTULA AD CORINTHIOS II

INSCRIPTIO: 1,1-2

1 Paulus apostolus Christi Iesu per voluntatem Dei, et 1K 1,1s; 16,10 Ph 1,1
Timotheus frater, ecclesiae Dei, quae est Corinthi, cum
sanctis omnibus, qui sunt in universa Achaia: 2 gratia vobis
et pax a Deo Patre nostro et Domino Iesu Christo.

DE TRIBULATIONE ET CONSOLATIONE APOSTOLI: 1,3-11

3 Benedictus Deus et Pater Domini nostri Iesu Christi, E 1,3 1P 1,3
Pater misericordiarum et Deus totius consolationis, 4 qui R 15,5
consolatur nos in omni tribulatione nostra, ut possimus et 7,6
ipsi consolari eos, qui in omni pressura sunt, per exhorta-
tionem, qua exhortamur et ipsi a Deo; 5 quoniam, sicut
abundant passiones Christi in nobis, ita per Christum abun- 4,10s Kol 1,24
dat et consolatio nostra. 6 Sive autem tribulamur, pro 4,12.15
vestra exhortatione et salute; sive exhortamur, pro vestra

20 ~ omnes fratres V • 22 Dominum] *add.* (+ nostrum V) Iesum Christum W S V • 23 Domini] *add.* nostri V | Iesu] *add.* Christi V • 24 Iesu] *add.* amen W S V
¶ 1.1 ~ Iesu Christi W S V (– G St) | ~ omnibus sanctis V • 3 totius] universae Wi • 4 omni pressura] quavis tribulatione Wi | per exhortationem … a Deo] per consolationem quam consolatur nosipsos Deus Wi • 5 ita] *add.* et W S V | et *om.* W S V | consolatio nostri Wi • 6 pro vestra exhortatione[1] … passionum] pro vestri consolatione et salute tribulamur quae efficax est cum toleratis easdem passiones Wi | exhortatione et *om.* Si | salute] *add.* sive consolamur pro vestra consolatione V (– Wi L P)

exhortatione, quae operatur in tolerantia earundem passio-
num, quas et nos patimur. **7** Et spes nostra firma pro vobis,
scientes quoniam, sicut socii passionum estis, sic eritis et
consolationis.
Act 19,23 1K 15,32 **8** Non enim volumus ignorare vos, fratres, de tribula-
tione nostra, quae facta est in Asia, quoniam supra modum
gravati sumus supra virtutem, ita ut taederet nos etiam
vivere; **9** sed ipsi in nobis ipsis responsum mortis habuimus,
R 4,17 ut non simus fidentes in nobis, sed in Deo, qui suscitat
mortuos: **10** qui de tanta morte eripuit nos et eruet, in
R 15,30 quem speramus, et adhuc eripiet, **11** adiuvantibus et vobis
in oratione pro nobis, ut propter eam, quae ex multis per-
4,15 sonis in nos est, donationem per multos gratiae agantur
pro nobis.

DEFENSIO PAULI PRIMA: 1,12–2,11

De sinceritate Pauli: 1,12-14

2,17 Act 23,1 **12** Nam gloria nostra haec est, testimonium conscientiae
nostrae, quod in simplicitate et sinceritate Dei et non in
1K 2,13 sapientia carnali sed in gratia Dei conversati sumus in
mundo, abundantius autem ad vos. **13** Non enim alia scribi-
mus vobis quam quae legitis aut etiam cognoscitis; spero
3,2s Ph 2,16 autem quod usque in finem cognoscetis, **14** sicut et cogno-
vistis nos ex parte, quia gloria vestra sumus sicut et vos
nostra in die Domini nostri Iesu.

6 exhortatione[2]] *add.* et salute V (– Wi Si) | in tolerantia] tolerantiam V (– Wi) | patimur] *add.* sive consolationem capimus pro vestri consolatione et salute capimus Wi ● 7 et[1]] ut V (– Wi L P) | firma] *add.* sit V (– Wi L P: *add.* est) | scientes] cum sciamus Wi | quoniam] quod V (– G Co E) | eritis] futuri sitis Wi ● 8 nostra *om.* Wi | facta est] accidit nobis Wi | virtutem] vires Wi | ut taederet nos etiam vivere] ut desperemus et de vita Wi ● 9 in nobismetipsis V (– Co Wi) ● 10 tanta morte] tantis periculis W S V (– Wi: tali morte) | ~ nos eripuit V | eruit V | speramus] *add.* quoniam (quod Wi) W S V | et adhuc eripiet] et posthac erepturus sit Wi ● 11 et *om.* Co Wi St | in oratione] per orationem Wi | propter eam quae *om.* W S V | ex multis personis in nos est donationem] ex multarum personis facierum (ex multarum facierum W; ex multis personis S; ex multorum personis C) eius quae in nobis est donationis W S V (– Wi: multipliciter de dono in nos collato) ● 12 gloriatio Wi | simplicitate] *add.* cordis V (– L P) | in hoc mundo V | ad vos] apud vos Wi ● 13 legistis W S V (– Wi) | aut etiam] et W S V | cognoscitis] cognovistis V (– Wi: agnoscitis; – L P) | cognoscetis] agnoscetis Wi ● 14 quia] quod St L P Si C | gloriatio Wi | Iesu] *add.* Christi W S V (– Wi: Christi Iesu)

De mutatione itineris: 1,15–2,4

15 Et hac confidentia volui prius venire ad vos, ut secun- R 15,29
dam gratiam haberetis, **16** et per vos transire in Macedo- 1K 16,5s
niam et iterum a Macedonia venire ad vos et a vobis deduci
in Iudaeam. **17** Cum hoc ergo voluissem, numquid levitate
usus sum? Aut, quae cogito, secundum carnem cogito, ut Jc 5,12 Mt 5,37
sit apud me "Est, est" et "Non, non"? **18** Fidelis autem 1K 1,9
Deus, quia sermo noster, qui fit apud vos, non est "Est"
et "Non"! **19** Dei enim Filius Iesus Christus, qui in vobis 1Th 1,1
per nos praedicatus est, per me et Silvanum et Timotheum, Act 18,5
non fuit "Est" et "Non", sed "Est" in illo fuit. **20** Quotquot Ap 3,14
enim promissiones Dei sunt, in illo "Est"; ideo et per ipsum 1K 14,16
"Amen" Deo ad gloriam per nos. **21** Qui autem confirmat 1J 2,27
nos vobiscum in Christum et qui unxit nos Deus, **22** et qui
signavit nos et dedit arrabonem Spiritus in cordibus nostris. 5,5 E 1,13s

23 Ego autem testem Deum invoco in animam meam R 1,9
quod parcens vobis non veni ultra Corinthum. **24** Non quia 12,20s
dominamur fidei vestrae, sed adiutores sumus gaudii vestri, 4,5 1P 5,3
nam fide stetistis.

2 Statui autem hoc ipse apud me, ne iterum in tristitia 12,21
venirem ad vos; **2** si enim ego contristo vos, et quis est 1K 4,21
qui me laetificet, nisi qui contristatur ex me? **3** Et hoc

16 transirem G Co E St | venirem G Co E • 17 ~ ergo hoc V | est² *om.* W S V (– Co Wi) | non² *om.* W S V (– Co Wi) | Est est et Non non] quod est etiam etiam et quod est nonnon Wi • 18 quia] quod Wi | fit] fuit V (– Wi) | est¹] *add.* in illo W S V (– Wi) | qui fit ... Non] apud vos non fuit etiam et non Wi | Non] *add.* sed est in illo est G Co E St Si • 19 enim *om.* Wi | in vobis] inter vos Wi | praedicatus] praeditus Wi | fuit¹] *add.* in illo G Co E St Si | Est et Non sed Est in illo fuit] etiam et non sed fuit etiam per ipsum Wi • 20 in illo Est] per ipsum etiam Wi | ideo *om.* Wi | per ipsum] *add.* dicimus E; *add.* sunt Wi | per nos] nostram W S V (– Wi; – St: vestram) • 21 in Christo V (– Wi) | Deus] *add.* est Wi • 22 ~ qui et V (– G Co E) | arrabonem] pignus W S V • 24 quia dominamur] quod dominemur Wi | statis V
¶ 2.1 ipsum V • 2 ego *om.* Wi | et *om.* Wi

13,10 ipsum scripsi, ut non, cum venero, tristitiam habeam de
quibus oportebat me gaudere, confidens in omnibus vobis,
quia meum gaudium omnium vestrum est. **4** Nam ex multa
7,8 Act 20,31 tribulatione et angustia cordis scripsi vobis per multas
lacrimas, non ut contristemini, sed ut sciatis quam carita-
tem habeo abundantius in vos.

Exhortatio ad mansuetudinem: 2,5-11

5 Si quis autem contristavit, non me contristavit, sed ex
7,11s parte, ut non onerem, omnes vos. **6** Sufficit illi, qui eiusmodi
est, obiurgatio haec, quae fit a pluribus, **7** ita ut e contra
Kol 3,13 magis donetis et consolemini, ne forte abundantiore tristitia
absorbeatur, qui eiusmodi est. **8** Propter quod obsecro vos,
ut confirmetis in illum caritatem; **9** ideo enim et scripsi, ut
cognoscam probationem vestram, an in omnibus oboedien-
tes sitis. **10** Cui autem aliquid donatis, et ego; nam et ego,
quod donavi, si quid donavi, propter vos in persona
Christi, **11** ut non circumveniamur a Satana, non enim
ignoramus cogitationes eius.

DE MINISTERIO GLORIAE IN VASIS FICTILIBUS EXPLENDO: 2,12–5,10

Felici Pauli itinere Christus triumphans manifestatur: 2,12-17

Act 20,6 **12** Cum venissem autem Troadem ob evangelium Christi,
1K 16,9 et ostium mihi apertum esset in Domino, **13** non habui
7,5 requiem spiritui meo, eo quod non invenerim Titum fratrem
meum, sed valefaciens eis profectus sum in Macedoniam.
14 Deo autem gratias, qui semper triumphat nos in Christo
et odorem notitiae suae manifestat per nos in omni loco.
1K 1,18 **15** Quia Christi bonus odor sumus Deo in his, qui salvi
3,5s fiunt, et in his, qui pereunt: **16** aliis quidem odor ex morte
in mortem, aliis autem odor ex vita in vitam. Et ad haec
4,2 quis idoneus? **17** Non enim sumus sicut plurimi adulteran-

3 scripsi] *add.* vobis W V | tristitiam] *add.* super tristitiam W S V | habeam] *add.* de iis Wi | oportuerat W S V ● 4 habeam V | in vos] in vobis W S V (– Wi: erga vos) ● 5 contristavit[1]] *add.* me V (– L P C) | contristavit[2]] *add.* tametsi me quoque Wi | sed ex parte] aliqua ex parte Wi ● 7 ita ut] itaque Wi | e contra] e contrario W V (– Wi) | donate et consolamini Wi | eiusmodi] talis Wi ● 9 scripsi] *add.* vobis V (– L P C) | probationem vestram] experimentum vestrum W S V ● 10 donastis V (– Wi) ● 12 ob] propter W S V ● 13 spiritu Wi ● 14 nos[1]] per nos Wi | Christo] *add.* Iesu W S V ● 15 his[1+2]] iis St L P Si C ● 16 ex morte] mortis W S V | ex vita] vitae W S V | quis tam idoneus W S V ● 17 adulterantes] cauponantes Wi

tes verbum Dei, sed sicut ex sinceritate, sed sicut ex Deo Ph 1,15-17
coram Deo in Christo loquimur.

De epistula Christi: 3,1-3

3 Incipimus iterum nosmetipsos commendare? Aut num- 5,12; 10,12
quid egemus sicut quidam commendaticiis epistulis ad
vos aut ex vobis? **2** Epistula nostra vos estis, scripta in 1K 9,1s
cordibus nostris, quae scitur et legitur ab omnibus homini-
bus; **3** manifestati quoniam epistula estis Christi ministrata
a nobis, scripta non atramento sed Spiritu Dei vivi, non in Ex 24,12; 34,1 | Ez 11,19; 36,26
tabulis lapideis sed in tabulis cordis carnalibus. Jr 31,33

De apostolo non litterae sed Spiritus ministro: 3,4–4,6

4 Fiduciam autem talem habemus per Christum ad
Deum. **5** Non quod sufficientes simus cogitare aliquid a 2,16 Ph 2,13
nobis quasi ex nobis, sed sufficientia nostra ex Deo est,
6 qui et idoneos nos fecit ministros Novi Testamenti, non R 7,6 1K 11,25
litterae sed Spiritus: littera enim occidit, Spiritus autem
vivificat.
7 Quod si ministratio mortis litteris deformata in lapidi-
bus fuit in gloria, ita ut non possent intendere filii Israel in
faciem Moysis propter gloriam vultus eius, quae evacuatur, Ex 34,29s
8 quomodo non magis ministratio Spiritus erit in gloria?
9 Nam si ministerium damnationis gloria est, multo magis
abundat ministerium iustitiae in gloria. **10** Nam nec glori- Ex 34,29-35
ficatum est, quod claruit in hac parte, propter excellentem
gloriam; **11** si enim, quod evacuatur, per gloriam est, multo
magis, quod manet, in gloria est.
12 Habentes igitur talem spem multa fiducia utimur,
13 et non sicut Moyses: ponebat velamen super faciem Ex 34,33.35

17 sicut[2] *om.* W S V (– Wi: tamquam) | sed[2] *om.* G Co E Wi St
¶ **3.1** ex vobis] a vobis commendaticiis Wi • **3** quoniam] quod V (– G Co E) | estis] sitis Wi | et scripta W S V • **6** et *om.* Wi | non littera sed Spiritu V (– Wi) • **9** ministerium[1]] ministratio W S V | gloria[1]] in gloria V (– G Wi C)

suam, ut non intenderent filii Israel in finem illius, quod eva-
Is 6,10 R 11,25 cuatur. **14** Sed obtusi sunt sensus eorum. Usque in hodier-
num enim diem idipsum velamen in lectione Veteris Testa-
R 10,4 menti manet non revelatum, quoniam in Christo evacuatur;
15 sed usque in hodiernum diem, cum legitur Moyses, vela-
Ex 34,34 R 11,23.26 men est positum super cor eorum. **16** *Quando autem con-
versus fuerit ad Dominum, aufertur velamen.* **17** Dominus
R 8,2 1 K 6,17 autem Spiritus est; ubi autem Spiritus Domini, ibi libertas.
R 8,29 1 K 13,12 | **18** Nos vero omnes revelata facie gloriam Domini specu-
Ex 16,7.10; 24,17 lantes, in eandem imaginem transformamur a claritate in
claritatem tamquam a Domini Spiritu.

4 Ideo habentes hanc ministrationem, iuxta quod miseri-
cordiam consecuti sumus, non deficimus, **2** sed abdica-
2,17 1 Th 2,5 vimus occulta dedecoris non ambulantes in astutia neque
adulterantes verbum Dei, sed in manifestatione veritatis
commendantes nosmetipsos ad omnem conscientiam homi-
num coram Deo.
1 K 1,18 **3** Quod si etiam velatum est evangelium nostrum, in his,
E 2,2 qui pereunt, est velatum, **4** in quibus deus huius saeculi
excaecavit mentes infidelium, ut non fulgeat illuminatio
Kol 1,15 H 1,3 evangelii gloriae Christi, qui est imago Dei. **5** Non enim
nosmetipsos praedicamus sed Iesum Christum Dominum;
Gn 1,3 nos autem servos vestros per Iesum. **6** Quoniam Deus qui

13 finem illius] faciem eius W S V (– Wi: finem eius) • 14 enim *om.* Co E Wi | quoniam] quod Co E Wi • 15 ~ positum est V • 16 quando] cum W S V | conversi fuerint St | Dominum] Deum W S G Co E Wi | auferetur W V
¶ 4.1 hanc *om.* Si C | administrationem V (– G L P) • 2 abdicamus W S V (– Wi) | ad] apud Wi • 3 velatum^{1+2}] opertum W S V | his] iis St L P Si C • 4 fulgeat] *add.* illis Si C; *add.* eis Co Wi • 5 ~ Christum Iesum Wi | Dominum] *add.* nostrum V (– Wi) | per] propter Wi

dixit: «*De tenebris lux splendescat*», ipse illuxit in cordibus 3,18 1P 2,9
nostris ad illuminationem scientiae claritatis Dei in facie
Iesu Christi.

De apostolo passionis et vitae Iesu participe: 4,7-18

7 Habemus autem thesaurum istum in vasis fictilibus, ut
sublimitas sit virtutis Dei, et non ex nobis. 8 In omnibus
tribulationem patimur, sed non angustiamur; aporiamur, 1,8s 1K 4,10-13
sed non destituimur; 9 persecutionem patimur, sed non
derelinquimur; deicimur, sed non perimus; 10 semper mor- R 6,8
tificationem Iesu in corpore circumferentes, ut et vita Iesu
in corpore nostro manifestetur. 11 Semper enim nos, qui R 8,36
vivimus, in mortem tradimur propter Iesum, ut et vita Iesu
manifestetur in carne nostra mortali. 12 Ergo mors in nobis
operatur, vita autem in vobis.

13 Habentes autem eundem spiritum fidei, sicut scriptum
est: «*Credidi, propter quod locutus sum*», et nos credimus, Ps 116,10 ⊛
propter quod et loquimur, 14 scientes quoniam, qui susci- R 8,11 1K 6,14
tavit Dominum Iesum, et nos cum Iesu suscitabit et consti-
tuet vobiscum. 15 Omnia enim propter vos, ut gratia abun- 1,11
dans per multos gratiarum actionem abundare faciat in
gloriam Dei. 16 Propter quod non deficimus, sed licet is,
qui foris est, noster homo corrumpitur, tamen is, qui intus
est, noster renovatur de die in diem. 17 Id enim, quod in R 8,17s 1P 1,6s
praesenti est, leve tribulationis nostrae supra modum in
sublimitatem aeternum gloriae pondus operatur nobis,
18 non contemplantibus nobis, quae videntur, sed quae non R 8,24s H 11,1
videntur; quae enim videntur, temporalia sunt, quae autem
non videntur, aeterna sunt.

De spe habitationis caelestis: 5,1-10

5 Scimus enim quoniam si terrestris domus nostra huius 2P 1,13s
tabernaculi dissolvatur, aedificationem ex Deo habemus
domum non manufactam, aeternam in caelis. 2 Nam et in

6 lucem splendescere W S V | ipse] qui W S; *om.* G | claritatis] gloriae Wi | Dei *om.* G | ~ Christi Iesu W S V (– G Wi) ● 8 in] dum in Wi | aporiamur] perturbamur Wi ● 9 derelinquimur] *add.* humiliamur sed non confundimur Co E St Si ● 10 Iesu[1]] Iesu Christi Co E St; domini Iesu Wi | corpore[1]] *add.* nostro W S V (– Wi) | in corpore nostro manifestetur] manifestetur in corporibus nostris V; in corporibus nostris manifestetur W S ● 14 quoniam] quoque G; quod Wi | Dominum *om.* W S V ● 15 gratiarum actionem abundare faciat] in (– W S) gratiarum actione abundet W S V (– Wi) | per multos ... faciat] cum multi gratias agunt, abundet Wi ● 16 corrumpatur V (– L P) | noster[2] *om.* W S V ● 17 id enim quod in praesenti est] nam momentanea Wi | est] *add.* momentaneum et W S V (– Wi) | leve tribulationis nostrae] et levis tribulatio nostra →

R 8,23 hoc ingemiscimus, habitationem nostram, quae de caelo
est, superindui cupientes, **3** si tamen et exspoliati, non nudi
1 K 15,53 inveniamur. **4** Nam et, qui sumus in tabernaculo, ingemisci-
mus gravati, eo quod nolumus exspoliari sed supervestiri,
ut absorbeatur, quod mortale est, a vita. **5** Qui autem effecit
1,22 E 1,13 s nos in hoc ipsum, Deus, qui dedit nobis arrabonem Spiritus.
H 13,14 **6** Audentes igitur semper et scientes quoniam, dum prae-
sentes sumus in corpore, peregrinamur a Domino; **7** per
R 8,24 1 P 1,8 fidem enim ambulamus et non per speciem. **8** Audemus
Ph 1,23 autem et bonam voluntatem habemus magis peregrinari a
corpore et praesentes esse ad Dominum. **9** Et ideo conten-
dimus sive praesentes sive absentes placere illi. **10** Omnes
R 14,10 1 K 4,5 enim nos manifestari oportet ante tribunal Christi, ut referat
unusquisque pro eis, quae per corpus gessit, sive bonum
sive malum.

DE MINISTERIO APOSTOLI TRIBULATIONIBUS PROBATO: 5,11–6,10

De reconciliatione mundi: 5,11-21

4,2 **11** Scientes ergo timorem Domini hominibus suademus,
Deo autem manifesti sumus; spero autem et in conscientiis
3,1 s; 10,12 vestris manifestos nos esse. **12** Non iterum nos commenda-
mus vobis, sed occasionem damus vobis gloriandi pro nobis,
ut habeatis ad eos, qui in facie gloriantur et non in corde.
13 Sive enim mente excedimus, Deo; sive sobrii sumus,
vobis.
R 6,3 s; 7,4 **14** Caritas enim Christi urget nos, aestimantes hoc quon-
R 8,31 s iam, si unus pro omnibus mortuus est, ergo omnes mortui
R 14,7 s G 2,20 sunt; **15** et pro omnibus mortuus est, ut et, qui vivunt, iam
non sibi vivant, sed ei, qui pro ipsis mortuus est et resurrexit.

3 et exspoliati] vestiti (+ et G Co E Wi St) W S V | inveniemur Wi ● 4 in hoc taberna-culo V ● 5 efficit W S V | Deus] *add.* est Wi | arrabonem] pignus W S V ● 6 et *om.* Si C | praesentes *om.* W S V | in hoc corpore Co E Wi St Si ● 7 enim *om.* Wi ● 8 peregrinari] peregre abesse Wi | ad] apud Wi | Dominum] Deum W S ● 9 ~ sive absentes sive praesentes W S V ● 10 pro eis quae per corpus] propria corporis prout W S V ● 11 suademus] obsequimur Wi ● 12 ~ commendamus nos V | pro] de Wi | ut habeatis ad eos] ut aliquid habeatis adversum eos Wi ● 13 mente excedimus Deo] vehementiores sumus, Deo sumus Wi | sobrii] moderati Wi | vobis] *add.* sumus Wi ● 14 existimantes Wi | quoniam] quod Wi ● 15 est[1]] *add.* Christus V (– Wi)

→ Wi | in sublimitatem] in sublimitate V (– Wi: excellenter) | in nobis V ● 18 non contemplantibus nobis] dum non spectamus ea Wi | temporaria Wi
¶ 5.1 quoniam] quod Wi | tabernaculi] habitationis W S V | dissolvatur] *add.* quod W S V (– Wi) | habeamus W S G St | manufactam] *add.* sed Co E Wi St

16 Itaque nos ex hoc neminem novimus secundum carnem; R 1,3; 9,5
et si cognovimus secundum carnem Christum, sed nunc R 6,4
iam non novimus. **17** Si quis ergo in Christo, nova creatura; G 6,15
vetera transierunt, ecce, facta sunt nova. Ap 21,5

18 Omnia autem ex Deo, qui reconciliavit nos sibi per R 5,10
Christum et dedit nobis ministerium reconciliationis,
19 quoniam quidem Deus erat in Christo mundum reconci- R 3,24s Kol 1,19s
lians sibi, non reputans illis delicta ipsorum, et posuit in
nobis verbum reconciliationis. **20** Pro Christo ergo legatione Mt 10,40
fungimur tamquam Deo exhortante per nos: obsecramus L 10,16
pro Christo, reconciliamini Deo. **21** Eum, qui non noverat R 8,3s G 3,13
peccatum, pro nobis peccatum fecit, ut nos efficeremur 1P 2,24
iustitia Dei in ipso.

De tribulationibus apostoli et de armis iustitiae: 6,1-10

6 Adiuvantes autem et exhortamur, ne in vacuum gra-
tiam Dei recipiatis **2** – ait enim:
«*Tempore accepto exaudivi te* Is 49,8
et in die salutis adiuvi te»;
ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis –
3 nemini dantes ullam offensionem, ut non vituperetur minis-
terium, **4** sed in omnibus exhibentes nosmetipsos sicut Dei *4–10*: 4,8-10; 11,23-29
ministros in multa patientia, in tribulationibus, in necessi- 1K 4,11-13
tatibus, in angustiis, **5** in plagis, in carceribus, in seditioni-
bus, in laboribus, in vigiliis, in ieiuniis, **6** in castitate, in
scientia, in longanimitate, in suavitate, in Spiritu Sancto, in G 5,22s
caritate non ficta, **7** in verbo veritatis, in virtute Dei; per R 13,12
arma iustitiae a dextris et sinistris, **8** per gloriam et ignobili-
tatem, per infamiam et bonam famam; ut seductores et
veraces, **9** sicut qui ignoti et cogniti, quasi morientes, et ecce Ps 118,17s
vivimus, ut castigati et non mortificati, **10** quasi tristes,
semper autem gaudentes, sicut egentes, multos autem locu-

16 ex hoc] post hac Wi | sed nunc iam non] nunc tamen non amplius Wi ● **17** quis] qua W S V (– Wi) | creatura] *add.* est G Wi | sunt] *add.* omnia V ● **18** ~ nos reconciliavit V | Christum] *add.* Iesum Wi ● **19** ipsorum] eorum Wi ● **20** legationem W S ¶ 6.1 et *om.* V ● **2** adiuvavi W S ● **3** ministerium] *add.* nostrum W V ● **4** exhibeamus W S V ● **7** et] *add.* a V ● **8** ut seductores et veraces] quasi seductores et tamen veraces Wi ● **9** sicut qui ignoti et cogniti] quasi ignoti et tamen noti Wi

8,9 Ph 4,12s pletantes, tamquam nihil habentes et omnia possidentes.

RECONCILIATIO CUM CORINTHIIS: 6,11–7,16

Paulus Corinthios placide rogat et adhortatur: 6,11–7,5

Ps 119,32 **11** Os nostrum patet ad vos, o Corinthii, cor nostrum
dilatatum est. **12** Non angustiamini in nobis, sed angustia-
mini in visceribus vestris; **13** eandem autem habentes re-
munerationem, tamquam filiis dico, dilatamini et vos.
Dt 22,10 E 5,7.11 **14** Nolite iugum ducere cum infidelibus! Quae enim par-
ticipatio iustitiae cum iniquitate? Aut quae societas luci ad
1K 10,21 tenebras? **15** Quae autem conventio Christi cum Beliar, aut
quae pars fideli cum infideli? **16** Qui autem consensus
templo Dei cum idolis? Vos enim estis templum Dei vivi;
sicut dicit Deus:

Lv 26,11s «*Inhabitabo in illis et inambulabo*
Jr 31,33; 32,38 Ez 37,27 *et ero illorum Deus, et ipsi erunt mihi populus.*
1K 3,16 **17** Propter quod *exite de medio eorum*
Is 52,11 Jr 51,45 Ap 18,4 *et separamini, dicit Dominus,*
et immundum ne tetigeritis;
Zph 3,20 ⓖ *et ego recipiam vos*
2Sm 7,14 Jr 31,9 **18** et *ero* vobis *in Patrem,*
Is 43,6 Am 3,13 ⓖ et vos eritis *mihi in filios* et filias,
dicit Dominus omnipotens».

1J 3,3 **7** Has igitur habentes promissiones, carissimi, mundemus
nos ab omni inquinamento carnis et spiritus, perficien-
tes sanctificationem in timore Dei.
12,17 **2** Capite nos! Neminem laesimus, neminem corrupimus,
6,11s.9 neminem circumvenimus. **3** Non ad condemnationem dico;
praedixi enim quod in cordibus nostris estis ad commo-
riendum et ad convivendum. **4** Multa mihi fiducia est apud
vos, multa mihi gloriatio pro vobis; repletus sum consola-
tione, superabundo gaudio in omni tribulatione nostra.

10 et tamen omnia Wi ● **12** non] ne Wi | in nobis] propter nos Wi | sed angustiamini] angustiamini autem W S V (- Wi) | in visceribus vestris] fideliter Wi ● **13** eandem ... remunerationem] cum autem habeatis rursus consolationem Wi ● **15** cum Beliar] ad Belial W S V | infidele W S ● **16** qui] quis Si Wi | Deus¹] *add.* quoniam W S V | habitabo Wi | inambulabo] *add.* inter eos V (- G L P) ● **17** et² *om.* Wi
¶ **7.1** igitur] ergo V ● **3** condemnationem] *add.* vestram V (- L P) | praediximus V (- Wi L P) ● **4** tribulatione vestra E Wi St Si

5 Nam et cum venissemus Macedoniam, nullam requiem 2,13; 4,8
habuit caro nostra, sed omnem tribulationem passi: foris
pugnae, intus timores.

De missione Titi: 7,6-16

6 Sed qui consolatur humiles, consolatus est nos Deus in 1,3s
adventu Titi; **7** non solum autem in adventu eius sed etiam
in solacio, quo consolatus est in vobis, referens nobis 1Th 3,6s
vestrum desiderium, vestrum fletum, vestram aemulatio-
nem pro me, ita ut magis gauderem.
8 Quoniam etsi contristavi vos in epistula, non me paeni- 2,4
tet; etsi paeniteret – video quod epistula illa, etsi ad horam,
vos contristavit – **9** nunc gaudeo, non quia contristati estis,
sed quia contristati estis ad paenitentiam; contristati enim
estis secundum Deum, ut in nullo detrimentum patiamini
ex nobis. **10** Quae enim secundum Deum tristitia, paeniten-
tiam in salutem stabilem operatur; saeculi autem tristitia
mortem operatur. **11** Ecce enim hoc ipsum secundum Deum 2,6s
contristari: quantam in vobis operatum est sollicitudinem,
sed defensionem, sed indignationem, sed timorem, sed de-
siderium, sed aemulationem, sed vindictam! In omnibus
exhibuistis vos incontaminatos esse negotio. **12** Igitur etsi
scripsi vobis, non propter eum, qui fecit iniuriam, nec 2,9
propter eum, qui passus est, sed ad manifestandam sollicitu-
dinem vestram, quam pro nobis habetis, ad vos coram Deo.
13 Ideo consolati sumus.

In consolatione autem nostra abundantius magis gavisi
sumus super gaudium Titi, quia refectus est spiritus eius ab
omnibus vobis; **14** et si quid apud illum de vobis gloriatus
sum, non sum confusus, sed sicut omnia vobis in veritate
locuti sumus, ita et gloriatio nostra, quae fuit ad Titum,

5 in Macedoniam V | passi] *add.* sumus V ● 6 per adventum Wi ● 7 per adventum Wi | in solacio quo] in consolatione (+ in E) qua V (– Wi: per consolationem quam) | consolatus est in] ille cepit ex Wi | ~ ita magis ut L P ● 8 etsi paeniteret] tametsi paenitebat Wi | video] videns W S V (– Wi: *add.* enim) ● 9 quia[1+2]] quod Wi | ut in nullo ... ex nobis] itaque a nobis non estis detrimento affecti Wi ● 10 tristitia[1]] *add.* est W S V | stabilem] haud paenitendam Wi | saeculi] mundi Wi ● 11 contristari] *add.* vos W S V (– Wi: vos contristari) | operatum est] operatur W S V | in negotio Wi ● 12 passus est] *add.* scripsi Wi | vestram] nostram W S V | pro nobis habetis] habemus pro vobis V; pro vobis habemus W S | ad vos *om.* V ● 13 ideo] *add.* quoque E Wi | consolati sumus] consolationem cepimus ex consolatione vestri Wi | in consolatione autem nostra *om.* Wi | magis] item Wi | super gaudio V ● 14 si quid] quod Wi

Ph 2,12 veritas facta est. **15** Et viscera eius abundantius in vos sunt,
reminiscentis omnium vestrum oboedientiam, quomodo
cum timore et tremore excepistis eum. **16** Gaudeo quod in
omnibus confido in vobis.

DE COLLECTIS HIEROSOLYMAM MITTENDIS: 8,1-24

De abundanti liberalitate Macedonum: 8,1-6

9,1s R 15,26 **8** Notam autem facimus vobis, fratres, gratiam Dei, quae
data est in ecclesiis Macedoniae, **2** quod in multo ex-
perimento tribulationis abundantia gaudii ipsorum et altis-
sima paupertas eorum abundavit in divitias simplicitatis
eorum; **3** quia secundum virtutem, testimonium reddo, et
Act 11,29 supra virtutem voluntarii fuerunt **4** cum multa exhorta-
tione obsecrantes nos gratiam et communicationem mini-
sterii, quod fit in sanctos. **5** Et non sicut speravimus, sed
semetipsos dederunt primum Domino, deinde nobis per
12,18 voluntatem Dei, **6** ita ut rogaremus Titum, ut, quemadmo-
dum coepit, ita et perficiat in vos etiam gratiam istam.

De perficiendis collectis Corinthiorum: 8,7-15

1K 1,5 **7** Sed sicut in omnibus abundatis, fide et sermone et
scientia et omni sollicitudine et caritate ex nobis in vobis,
1K 16,1-3 ut et in hac gratia abundetis. **8** Non quasi imperans dico,
sed per aliorum sollicitudinem etiam vestrae caritatis in-
Ph 2,6s genitum bonum comprobans; **9** scitis enim gratiam Domini
nostri Iesu Christi, quoniam propter vos egenus factus est,
cum esset dives, ut illius inopia vos divites essetis. **10** Et
consilium in hoc do. Hoc enim vobis utile est, qui non solum
9,2 facere sed et velle coepistis ab anno priore; **11** nunc vero
et facto perficite, ut, quemadmodum promptus est animus
Prv 3,27s velle, ita sit et perficere ex eo, quod habetis. **12** Si enim vo-
luntas prompta est, secundum id quod habet, accepta est,
non secundum quod non habet. **13** Non enim, ut aliis sit
remissio, vobis autem tribulatio; sed ex aequalitate **14** in

15 viscera] benevolentia Wi | abundantius in vos sunt] abundantior erga vos est Wi | in vobis W V (– Wi) | eum] illum V

¶ **8.2** quod] et quod G Co E Wi St | ipsorum] *add.* fuit V (– G) | altissima] profunda Wi ● **3** testimonium illis reddo W S V | et] *add.* quod Wi ● **4** nos] *add.* ut Wi | sanctos] *add.* susciperemus Wi ● **6** in vobis V ● **7** et in omni Wi | sollicitudine] *add.* insuper V | ex nobis] vestra W S V | in vobis] in nos W S V | ut *om.* Wi | ~ abundetis et in hac gratia Wi ● **8** ingenitum bonum] ingenium bonum W V (– Wi: sinceritatem) | comprobans] explorans Wi ● **9** quoniam] quod Wi ● **10** in *om.* Wi | et² *om.* Co ● **11** promptus est animus velle] prompta est voluntas Wi | velle] voluntatis W S V (– Wi) | sit et perficere] perficiatis etiam Wi | perficere] perficiendi W S V (– Wi) ● **12** secundum²] *add.* id V

praesenti tempore vestra abundantia illorum inopiam sup-
pleat, ut et illorum abundantia vestram inopiam suppleat,
ut fiat aequalitas, sicut scriptum est: **15** «*Qui multum, non* Ex 16,18
abundavit; et, qui modicum, non minoravit».

De sollicitudine Titi et sociorum eius: 8,16-24

16 Gratias autem Deo, qui dedit eandem sollicitudinem
pro vobis in corde Titi, **17** quoniam exhortationem quidem
suscepit, sed, cum sollicitior esset, sua voluntate profectus
est ad vos. **18** Misimus etiam cum illo fratrem, cuius laus 12,18
est in evangelio per omnes ecclesias **19** – non solum autem
sed et ordinatus ab ecclesiis comes noster cum hac gratia,
quae ministratur a nobis ad Domini gloriam et destinatam
voluntatem nostram – **20** devitantes hoc, ne quis nos vitu-
peret in hac plenitudine, quae ministratur a nobis; **21** *pro-* Prv 3,4 ⓖ
videmus enim *bona* non solum *coram Domino* sed *etiam*
coram *hominibus*. **22** Misimus autem cum illis et fratrem
nostrum, quem probavimus in multis saepe sollicitum esse,
nunc autem multo sollicitiorem, confidentia multa in vos.
23 Sive pro Tito, est socius meus et in vos adiutor; sive
fratres nostri, apostoli ecclesiarum, gloria Christi. **24** Osten-
sionem ergo, quae est caritatis vestrae et nostrae gloriatio- 7,14s
nis pro vobis, in illos ostendite in faciem ecclesiarum.

DE COLLECTIS ITERUM: 9,1-15

De ministris recipiendis: 9,1-5

9 Nam de ministerio, quod fit in sanctos, superfluum est 8,4
mihi scribere vobis; **2** scio enim promptum animum 8,11
vestrum, pro quo de vobis glorior apud Macedonas, quon-
iam Achaia parata est ab anno praeterito, et vestra aemu-

14 et *om.* Wi | vestrae inopiae W S V | suppleat²] sit supplementum W S V ● 15 multum] *add.* habuit G | minoravit] eguit Wi ● 16 autem] *add.* ago G Co E Wi St ● 17 quoniam] nam Wi | quidem *om.* Wi | accepit Wi | sed] imo Wi | sollicitior] diligentior Wi | sua voluntate ... ad vos] profectus est ad vos ultro Wi ● 18 etiam] autem E Wi | fratrem] *add.* nostrum V (– L P C) ● 19 ordinatus] *add.* est V | noster *om.* W S V | cum hac gratia] peregrinationis nostrae in hac gratia (in hanc gratiam V) W S V | ministratur] curatur Wi | destinatam voluntatem nostram] ad promptitudinem animi vestri Wi ● 20 ministratur] curatur Wi | a nobis] *add.* in (ad Wi) Domini gloriam V (– L P C) ● 21 providemus] procuramus Wi | Domino] Deo W S V ● 22 et *om.* Co | sollicitum] diligentem Wi | sollicitiorem] diligentiorem Wi | confidentia multa in vos] et confidimus in vobis Wi ● 23 sive¹⁺²] tum Wi | Tito] *add.* qui W S V | in vos] in vobis G Co E St Si; inter vos Wi | fratres nostri] pro fratribus nostris qui sunt Wi | gloriae W S V (– Wi: et gloria; – C) ● 24 ostensionem ergo quae est] proinde indicium Wi | gloriationis] gloriae W S V (– Wi) | ~ gloriationis nostrae Wi | pro vobis] de vobis Wi | in illos ... ecclesiarum] ostendite erga eos coram ecclesiis Wi | in facie G St L P →

8,22.24 latio provocavit plurimos. **3** Misi autem fratres, ut ne, quod
gloriamur de vobis, evacuetur in hac parte, ut, quemadmo-
dum dixi, parati sitis, **4** ne, cum venerint mecum Macedones
et invenerint vos imparatos, erubescamus nos, ut non dicam
vos, in hac substantia. **5** Necessarium ergo existimavi rogare
fratres, ut praeveniant ad vos et praeparent repromissam
benedictionem vestram, ut haec sit parata sic quasi bene-
dictio, non quasi avaritia.

De eleemosynae fructu: 9,6-15

Prv 11,24 **6** Hoc autem: qui parce seminat, parce et metet; et, qui
seminat in benedictionibus, in benedictionibus et metet.
7 Unusquisque prout destinavit corde suo, non ex tristitia
Prv 22,8 ⊕ aut ex necessitate, *hilarem* enim *datorem* diligit *Deus*. **8** Po-
tens est autem Deus omnem gratiam abundare facere in
vobis, ut, in omnibus semper omnem sufficientiam habentes,
abundetis in omne opus bonum, **9** sicut scriptum est:
Ps 112,9 «*Dispersit, dedit pauperibus;*
iustitia eius manet in aeternum».
Is 55,10 **10** Qui autem administrat semen seminanti, et panem ad
manducandum praestabit et multiplicabit semen vestrum
Hos 10,12 ⊕ et augebit incrementa frugum iustitiae vestrae. **11** In omni-
4,15; 8,7 bus locupletati in omnem simplicitatem, quae operatur per
nos gratiarum actionem Deo **12** – quoniam ministerium
8,14 huius officii non solum supplet ea, quae desunt sanctis, sed
etiam abundat per multas gratiarum actiones Deo – **13** per
probationem ministerii huius glorificantes Deum in oboe-
dientia confessionis vestrae in evangelium Christi et simpli-

3 misimus G Co E St Si | quod gloriamur] gloriatio nostra Wi ● 4 ~ Macedones mecum V | erubescamus ... substantia] pudeat huius gloriationis nos, ne dicam vos Wi | dicamus W S V (– Wi) ● 5 rogare] hortari Wi | promissam Wi | vestram ut haec sit parata] hanc paratam esse W S V | benedictionem W S V | quasi[2]] tamquam St L P Si C | avaritiam W S V ● 6 autem] *add.* dico V | in[2]] de W S V ● 7 in corde suo V ● 8 omnem gratiam abundare facere] facere ut omnis gratia exuberet Wi | in vobis] in vos Wi | abundantis G ● 9 aeternum] saeculum saeculi V (– L P) ● 10 et[1]] idem et Wi ● 11 ut in omnibus W S V | locupletati] *add.* abundetis W S V ● 12 supplet ea quae desunt sanctis] sublevat inopiam sanctorum Wi | abundat ... Deo] abundare facit gratiarum actiones Deo apud multos Wi | Deo] in Domino W S V (– Wi) ● 13 per] qui per Wi | glorificant Wi | de oboedientia Wi | confessionis vestrae] consensus vestri Wi | evangelio G Co E St | et] *add.* de Wi

→ ¶ 9.1 superfluum] ex abundanti W S V (– Wi: supervacaneum) | scribere ad vos Wi ● 2 pro quo de vobis glorior] quem de vobis iacto Wi | Macedones W V | quoniam] *add.* et V (– Wi: quod) | vestra] vestri Wi

citate communionis in illos et in omnes, **14** et ipsorum
obsecratione pro vobis, desiderantium vos propter eminen-
tem gratiam Dei in vobis. **15** Gratias Deo super inenarrabili
dono eius.

DEFENSIO PAULI ALTERA: 10,1-18

De maledictis contradicentium: 10,1-11

10 Ipse autem ego Paulus obsecro vos per mansuetudi- 10; 11,6
nem et modestiam Christi, qui in facie quidem hu- 1 K 2,3
milis inter vos, absens autem confido in vobis; **2** rogo 1 K 4,21
autem, ne praesens audeam per eam confidentiam, quae
existimo audere in quosdam, qui arbitrantur nos tamquam 1,17
secundum carnem ambulemus. **3** In carne enim ambulantes,
non secundum carnem militamus **4** – nam arma militiae R 13,12 E 6,11-13
nostrae non carnalia sed potentia Deo ad destructionem
munitionum – consilia destruentes **5** et omnem altitudinem Is 2,12-17
extollentem se adversus scientiam Dei, et in captivitatem
redigentes omnem intellectum in obsequium Christi, **6** et in
promptu habentes ulcisci omnem inoboedientiam, cum im-
pleta fuerit vestra oboedientia.
7 Quae secundum faciem sunt, videte. Si quis confidit 1 K 1,12
sibi Christi se esse, hoc cogitet iterum apud se, quia sicut
ipse Christi est, ita et nos. **8** Nam et si amplius aliquid 12,6; 13,10
gloriatus fuero de potestate nostra, quam dedit Dominus in
aedificationem et non in destructionem vestram, non eru-
bescam, **9** ut non existimer tamquam terrere vos per epistu-
las; **10** quoniam quidem «Epistulae – inquiunt – graves sunt 1; 11,6
et fortes, praesentia autem corporis infirma et sermo con-
temptibilis». **11** Hoc cogitet, qui eiusmodi est, quia quales 13,2
sumus verbo per epistulas absentes, tales et praesentes in
facto.

De modo gloriandi: 10,12-18

12 Non enim audemus inserere aut comparare nos qui- 3,1
busdam, qui seipsos commendant; sed ipsi se in semetipsis

13 communionis] communicationis (+ vestrae G Co E St) W S V | in illos et in omnes] cum eis et cum omnibus Wi • 14 et] *add.* in V (– Wi) | et ipsorum obsecratione] glorificant autem in obsecratione Wi | desiderantium] et desiderant Wi • 15 gratias] *add.* ago V (– L P C)
¶ 10.1 modestiam] lenitatem Wi | humilis] *add.* sum V • 2 autem] *add.* vos V (– L P) | quae] qua W S V | existimo] existimor W V • 3 non] *add.* tamen E Wi • 4 carnalia] *add.* sunt V (– G) • 7 videtis Wi | sibi *om.* Co E Wi | iterum] e contra Wi | quia] quod Wi | sicut] *add.* et Co | nos] *add.* Christi sumus Wi • 8 dedit] *add.* nobis V | destructionem vestri Wi • 9 ut] *add.* autem W S V • 10 ~ inquiunt epistulae Co • 11 eiusmodi] talis Wi | quia] quod Wi | facto] *add.* sumus Wi • 12 ipsi] *add.* cum Wi | se in semetipsis] in nobis nosmetipsos W S V (– Wi: se inter sese)

metientes et comparantes semetipsos sibi, non intellegunt.
R 12,3 **13** Nos autem non ultra mensuram gloriabimur, sed secun-
dum mensuram regulae, quam impertitus est nobis Deus,
mensuram pertingendi usque ad vos. **14** Non enim quasi
non pertingentes ad vos superextendimus nosmetipsos,
usque ad vos enim pervenimus in evangelio Christi; **15** non
R 15,20.24 ultra mensuram gloriantes in alienis laboribus, spem autem
habentes, crescente fide vestra, in vobis magnificari secun-
dum regulam nostram in abundantiam, **16** ad evangelizan-
dum in iis, quae ultra vos sunt, et non in aliena regula
gloriari in his, quae praeparata sunt.
Jr 9,22s 1K 1,31 **17** *Qui* autem *gloriatur, in Domino glorietur;* **18** non enim
1K 4,5 qui seipsum commendat, ille probatus est, sed quem Domi-
nus commendat.

GLORIATIO APOSTOLI: 11,1–12,13

De sermonis imperitia et humilitate: 11,1-15

16-18 **11** Utinam sustineretis modicum quid insipientiae meae;
E 5,26s sed et supportate me! **2** Aemulor enim vos Dei aemu-
latione; despondi enim vos uni viro virginem castam ex-
Gn 3,4.13 hibere Christo. **3** Timeo autem, ne, sicut serpens Evam
seduxit astutia sua, ita corrumpantur sensus vestri a simpli-
G 1,6-9 citate et castitate, quae est in Christum. **4** Nam si is qui
venit, alium Christum praedicat, quem non praedicavimus,
aut alium Spiritum accipitis, quem non accepistis, aut aliud
evangelium, quod non recepistis, recte pateremini. **5** Existi-
13; 12,11 mo enim nihil me minus fecisse magnis apostolis; **6** nam
10,10 1K 2,1s.13 etsi imperitus sermone, sed non scientia, in omni autem
manifestantes in omnibus ad vos.
1K 9,12s **7** Aut numquid peccatum feci meipsum humilians, ut vos
exaltemini, quoniam gratis evangelium Dei evangelizavi

12 metiantur Wi | comparantes semetipsos sibi] comparantes nosmetipsos nobis W S V (– Wi: sibi ipsis se comparent) | non intellegunt *om.* W S V (– Wi: nihil sapiunt) ● **13** ultra mensuram] in immensum W S V | quam] qua V | impertitus] mensus W S V ● **14** extendimus Wi | nosmetipsos] nos W S V ● **15** ultra mensuram] in immensum W S V | crescentis fidei vestrae W S V (– Wi) | in abundantia G Co E Wi St ● **16** ad evangelizandum in iis ... et] etiam in illa ... evangelizare W S V (– Wi: ut etiam in regionibus ultra vos evangelizemus) | ~ in his (iis St L P Si C) quae praeparata sunt gloriari W S V (– Wi: ne de his quae praeparata sunt gloriemur) ● **18** Dominus] Deus V ¶ **11.1** et *om.* Wi | supportate] tolerate Wi; supportare P ● **3** vestri] vestri (nostri G) et excidant W S V | et castitate *om.* W S V | in Christo W S G L P Si C; in Christo Iesu Co E St ● **4** pateremini] sustinuissetis Wi ● **5** a magnis V (– Wi) ● **6** nam *om.* W S G | sermone] *add.* sim Wi | sed non] non tamen Wi | in omni autem manifestantes in omnibus ad vos] in omnibus autem manifestatus sum (manifestus sum Co E St Si; manifesti sumus G Wi; manifestati sumus L P C) vobis W S V ● **7** quoniam] quod Wi

vobis? **8** Alias ecclesias exspoliavi accipiens stipendium ad Ph 4,10.15
ministerium vestrum **9** et, cum essem apud vos et egerem, 12,13
nulli onerosus fui; nam, quod mihi deerat, suppleverunt
fratres, qui venerunt a Macedonia; et in omnibus sine onere
me vobis servavi et servabo. **10** Est veritas Christi in me, 1 K 9,15
quoniam haec gloria non infringetur in me in regionibus
Achaiae.

11 Quare? Quia non diligo vos? Deus scit! **12** Quod
autem facio et faciam, ut amputem occasionem eorum, qui
volunt occasionem, ut in quo gloriantur, inveniantur sicut
et nos. **13** Nam eiusmodi pseudoapostoli, operarii subdoli, 2,17 Ph 3,2 Ap 2,2
transfigurantes se in apostolos Christi. **14** Et non mirum,
ipse enim Satanas transfigurat se in angelum lucis; **15** non
est ergo magnum, si et ministri eius transfigurentur velut
ministri iustitiae, quorum finis erit secundum opera ipsorum. Ph 3,19 2 T 4,14

Gloriatio insipientis: 11,16–12,13

De periculis et laboribus pro Christo susceptis: 11,16-33

16 Iterum dico, ne quis me putet insipientem esse; alio- 1; 12,6
quin velut insipientem accipite me, ut et ego modicum quid
glorier. **17** Quod loquor, non loquor secundum Dominum,
sed quasi in insipientia in hac substantia gloriationis.
18 Quoniam multi gloriantur secundum carnem, et ego Ph 3,4
gloriabor. **19** Libenter enim suffertis insipientes, cum sitis 1 K 4,10
ipsi sapientes; **20** sustinetis enim, si quis vos in servitutem
redigit, si quis devorat, si quis accipit, si quis extollitur, si
quis in faciem vos caedit.

21 Secundum ignobilitatem dico, quasi nos infirmi fueri-
mus; in quo quis audet, in insipientia dico, audeo et ego.
22 Hebraei sunt? Et ego. Israelitae sunt? Et ego. Semen Act 22,3 R 11,1
Abrahae sunt? Et ego. **23** Ministri Christi sunt? Minus Ph 3,5 1 K 4,1
sapiens dico, plus ego: in laboribus plurimis, in carceribus 1 K 15,10
abundantius, in plagis supra modum, in mortibus frequen-
ter; **24** a Iudaeis quinquies quadragenas una minus accepi, Dt 25,3

8 stipendia G St • 10 quoniam] quod Wi | gloriatio V • 12 et[1]] id et in posterum Wi | eorum] iis Wi • 13 pseudoapostoli] *add.* sunt V • 14 et non mirum] nec mirum est Wi | transfigurat se] transfiguratur Wi • 15 ~ ergo est E | et *om.* W S V | opera eorum Wi • 16 ne quis me putet] ne putate me Wi | ~ putet me E | esse *om.* W S G | alioquin] aut si putatis at Wi • 17 Dominum] Deum V (– Wi) | substantia gloriationis] substantia gloriae W S V (– Wi: gloriatione) • 21 secundum ignobilitatem] contumeliose Wi | quasi] *add.* et Wi | fuerimus] *add.* in hac parte V (– Wi); simus Wi | in insipientia] per insipientiam Wi • 23 sunt] *add.* et ego V (– Wi C) | ut minus W V (– Wi) | minus sapiens dico plus ego] stulte dico ego plus sum Wi | ~ in plagis supra modum in carceribus abundantius Wi

Act 16,22; 14,19; 27,41-43 **25** ter virgis caesus sum, semel lapidatus sum, ter naufra-
gium feci, nocte et die in profundo maris fui; **26** in itineri-
bus saepe, periculis fluminum, periculis latronum, periculis
ex genere, periculis ex gentibus, periculis in civitate, peri-
culis in solitudine, periculis in mari, periculis in falsis fratri-
6,4s 1 K 4,11 bus, **27** in labore et aerumna, in vigiliis saepe, in fame et
1 Th 2,9 siti, in ieiuniis frequenter, in frigore et nuditate; **28** praeter
Act 20,31 illa, quae extrinsecus sunt, instantia mea cotidiana, sollici-
1 K 9,22 tudo omnium ecclesiarum. **29** Quis infirmatur, et non infir-
mor? Quis scandalizatur, et ego non uror?
12,5.9s **30** Si gloriari oportet, quae infirmitatis meae sunt, gloria-
bor. **31** Deus et Pater Domini Iesu scit, qui est benedictus
Act 9,24s in saecula, quod non mentior. **32** Damasci praepositus
gentis Aretae regis custodiebat civitatem Damascenorum,
ut me comprehenderet, **33** et per fenestram in sporta di-
missus sum per murum et effugi manus eius.

De gratia Dei in infirmitate Pauli manifesta: 12,1-13

12 Gloriari oportet; non expedit quidem, veniam autem
Act 26,16 G 2,2 ad visiones et revelationes Domini. **2** Scio hominem
in Christo ante annos quattuordecim – sive in corpore
nescio, sive extra corpus nescio, Deus scit – raptum eius-
modi usque ad tertium caelum. **3** Et scio huiusmodi homi-
nem – sive in corpore sive extra corpus nescio, Deus scit –
4 quoniam raptus est in paradisum et audivit arcana verba,
11,30 quae non licet homini loqui. **5** Pro eiusmodi gloriabor, pro
me autem nihil gloriabor nisi in infirmitatibus meis. **6** Nam
10,8 et si voluero gloriari, non ero insipiens, veritatem enim

25 in profundum G St L P ● 27 saepe] multis W S V | frequenter] multis W S V ● 28 sunt ... ecclesiarum] acciderunt, accedit quod cotidie obruor, accedit et cura pro omnibus ecclesiis Wi ● 29 et[1]] *add.* ego W V ● 30 quae] de iis quae Wi ● 31 Domini] *add.* nostri V | Iesu] *add.* Christi V | ~ qui est benedictus in saecula scit St L P Si C ● 32 regis] *add.* nomine Wi | prehenderet Wi ● 33 et[2]] *add.* sic V
¶ 12.1 si gloriari W S V (– Wi) | gloriari ... quidem] gloriari vero non expedit mihi Wi | autem] enim Wi ● 2 scio] novi Wi | nescio[1] *om.* G Co E St Si | raptum eiusmodi] raptum huiusmodi (huiuscemodi E) V (– Wi: talem raptum esse) ● 3 scio] novi Wi | huiusmodi] huiuscemodi E; talem Wi ● 4 quoniam] quod Wi | licet homini] potest homo Wi ● 5 pro eiusmodi] pro huiusmodi (huiuscemodi E) V (– Wi: de tali) | gloriabor[2] *om.* G Co E Wi St

dicam; parco autem, ne quis in me existimet supra id, quod
videt me aut audit ex me, 7 et ex magnitudine revelationum.
Propter quod, ne extollar, datus est mihi stimulus carni, Nu 33,55 Ez 28,24
angelus Satanae, ut me colaphizet, ne extollar. 8 Propter
quod ter Dominum rogavi, ut discederet a me; 9 et dixit Mt 26,44
mihi: «Sufficit tibi gratia mea, nam virtus in infirmitate per- Is 40,29 Ph 4,13
ficitur». Libentissime igitur potius gloriabor in infirmitati-
bus meis, ut inhabitet in me virtus Christi. 10 Propter quod 6,9s
placeo mihi in infirmitatibus, in contumeliis, in necessitati-
bus, in persecutionibus et in angustiis, pro Christo: cum
enim infirmor, tunc potens sum.

11 Factus sum insipiens. Vos me coegistis; ego enim de- 11,1.5.16
bui a vobis commendari. Nihil enim minus fui ab his, qui
sunt supra modum apostoli, tametsi nihil sum; 12 signa
tamen apostoli facta sunt super vos in omni patientia, signis Act 5,12 R 15,19
quoque et prodigiis et virtutibus. 13 Quid est enim quod 11,7-9
minus habuistis prae ceteris ecclesiis, nisi quod ego ipse
non gravavi vos? Donate mihi hanc iniuriam.

DE ADVENTU PAULI PROXIMO: 12,14–13,10

De Apostoli dilectione Corinthii ne dubitent: 12,14-18

14 Ecce tertio hoc paratus sum venire ad vos et non ero 13,1
gravis vobis; non enim quaero, quae vestra sunt, sed vos,
nec enim debent filii parentibus thesaurizare, sed parentes
filiis. 15 Ego autem libentissime impendam et superimpen- Ph 2,17 1 Th 2,8
dar ipse pro animabus vestris. Si plus vos diligo, minus
diligar?

6 in *om.* V | videt me aut] videt in me aut aliquid (- G E Wi) V | audit] *add.* aliquid G Co E Wi • 7 ex magnitudine] ne magnitudo W S V | propter quod ne extollar] extollat me W S V | mihi *om.* Wi | carni] carnis meae W S V (- Wi: carni meae) | ut] qui V (- G L P) | ne extollar² *om.* W S V • 9 libenter W S V | potius *om.* W S V • 10 infirmitatibus] *add.* meis V (- L P) | et *om.* W S V • 11 insipiens] *add.* gloriando Wi | ~ a vobis debui V | fui] feci V (- L P C) | fui ab his ... apostoli] feci quam praestantiores apostoli Wi | his] iis St L P Si C • 12 tamen] quidem Wi | apostoli] apostolatus mei V (- Wi) | super] inter Wi | signis quoque] in (- W S G) signis W S V • 14 hoc *om.* Wi • 15 superimpendar] eximpendar Wi | ipse] ego ipse Co E Wi St | vestris] abundantius Wi | si] licet W S V | diligo] diligens W S V

16 Esto quidem, ego vos non gravavi; sed cum essem
7,2 astutus, dolo vos cepi. **17** Numquid per aliquem eorum,
8,16-18 quos misi ad vos, circumveni vos? **18** Rogavi Titum et misi
cum illo fratrem; numquid Titus vos circumvenit? Nonne
eodem spiritu ambulavimus? Nonne iisdem vestigiis?

De sollicitudine et timoribus Pauli: 12,19-21

2,17 **19** Olim putatis quod excusemus nos apud vos? Coram
Deo in Christo loquimur; omnia autem, carissimi, propter
10,2 vestram aedificationem. **20** Timeo enim, ne forte, cum
venero, non quales volo, inveniam vos, et ego inveniar a
vobis, qualem non vultis, ne forte contentiones, aemulationes, animositates, dissensiones, detractiones, susurrationes,
13,2 inflationes, seditiones sint; **21** ne iterum, cum venero,
humiliet me Deus meus apud vos, et lugeam multos ex his,
qui ante peccaverunt et non egerunt paenitentiam super
immunditia et fornicatione et impudicitia, quam gesserunt.

De ministerio apostolico in animabus fidelium servandis adimplendo: 13,1-10

12,14 | Dt 19,15 **13** Ecce tertio hoc venio ad vos: *in ore duorum vel trium*
Mt 18,16 1T 5,19 *testium stabit omne verbum.* **2** Praedixi et praedico, ut
praesens bis et nunc absens his, qui ante peccaverunt, et
12,21 ceteris omnibus, quoniam si venero iterum, non parcam,
R 15,18s **3** quoniam experimentum quaeritis eius, qui in me loquitur,
Christi, qui in vos non infirmatur, sed potens est in vobis.
1K 1,24s.27 **4** Nam etsi crucifixus est ex infirmitate, sed vivit ex virtute
Dei. Nam et nos infirmi sumus in illo, sed vivemus cum eo
ex virtute Dei in vos.

16 esto quidem] sed esto (+ ut Wi) W S V | gravarim Wi | sed] at Wi • 18 rogavi] hortatus sum Wi | iisdem] eidem Co E • 19 olim] rursum Wi | autem] enim G Co St | ~ aedificationem vestram V • 20 animositates dissensiones] irae concertationes Wi | sint] *add.* inter vos W S V • 21 meus *om.* W S V | his] iis St L P Si C | et non] nec Wi | gesserunt] perpetrarunt Wi

¶ 13.1 hoc *om.* Wi | in] ut in E St • 2 praedixi] *add.* enim G Co E St Si | his] vobis G Co E St Si; secundo Wi; *om.* L P C | nunc] *add.* scribo Wi | his] iis St L P Si C | quoniam] quod Wi • 3 quoniam] an W S V (- Wi: quandoquidem) | Christus W V | in vos] in vobis V (- Wi: inter vos) | infirmatur] est infirmus Wi | est in vobis] inter vos Wi • 4 etsi] tametsi Wi | sed[1]] tamen Wi | vivemus] vivimus G | cum eo] in eo Co | in vobis W S V

5 Vosmetipsos tentate, si estis in fide; ipsi vos probate. 1K 11,28 R 8,9s
An non cognoscitis vos ipsos quia Iesus Christus in vobis
est? Nisi forte reprobi estis. **6** Spero autem quod cognosce-
tis quia nos non sumus reprobi. **7** Oramus autem Deum, ut
nihil mali faciatis, non ut nos probati pareamus, sed ut vos,
quod bonum est, faciatis, nos autem ut reprobi simus.
8 Non enim possumus aliquid adversus veritatem, sed pro
veritate. **9** Gaudemus enim, quando nos infirmi sumus, vos
autem potentes estis; hoc et oramus, vestram consumma-
tionem. **10** Ideo haec absens scribo, ut non praesens durius 2,3; 10,4.8.11
agam secundum potestatem, quam Dominus dedit mihi in
aedificationem et non in destructionem.

CONCLUSIO. SALUTATIONES ET BENEDICTIO: 13,11-13

11 De cetero, fratres, gaudete, perfecti estote, exhorta- Ph 4,4
mini invicem, idem sapite, pacem habete, et Deus dilectionis R 12,16; 15,5.33
et pacis erit vobiscum. **12** Salutate invicem in osculo sancto. Ph 2,2
Salutant vos sancti omnes. R 16,16 1K 16,20 1Th 5,26

13 Gratia Domini Iesu Christi et caritas Dei et commu- G 6,18 | J 14,16s
nicatio Sancti Spiritus cum omnibus vobis. R 8,26s

5 vos ipsos] vosmetipsos V | quia] quod Wi | ~ Christus Iesus W S V ● 6 cognoscitis Co E St L P | quia] quod Wi ● 7 appareamus V (– Co E St) | veluti reprobi simus Wi ● 8 ~ possumus enim Co E Wi ● 9 quando] quoniam V (– Wi) | vestram consummationem] ut vos perfecti sitis Wi ● 10 ideo] *add.* enim Co E Wi St ● 11 de cetero] ceterum Wi; *add.* autem E | invicem *om.* W S V | idem] idipsum G Co E St | ~ pacis et dilectionis V ● 12 in *om.* Wi | ~ omnes sancti V ● 13 Domini] *add.* nostri W S V | Spiritus] *add.* sit V | vobis] *add.* amen W S V (– Wi)

EPISTULA AD GALATAS

INSCRIPTIO: 1,1-5

11s R 1,1 **1** Paulus apostolus, non ab hominibus neque per homi-
nem, sed per Iesum Christum et Deum Patrem, qui
suscitavit eum a mortuis, **2** et, qui mecum sunt, omnes fra-
1 K 16,1 tres, ecclesiis Galatiae: **3** gratia vobis et pax a Deo Patre
2,20 E 5,2 1 T 2,6 nostro et Domino Iesu Christo, **4** qui dedit semetipsum pro
1 J 5,19 peccatis nostris, ut eriperet nos de praesenti saeculo nequam
R 16,27 2 T 4,18 secundum voluntatem Dei et Patris nostri, **5** cui gloria in
saecula saeculorum. Amen.

QUARE PAULUS EPISTULAM SCRIPSERIT: 1,6-10

5,8 **6** Miror quod tam cito transferimini ab eo, qui vos voca-
2 K 11,4 vit in gratia Christi, in aliud evangelium; **7** quod non est
5,10 Act 15,1.24 aliud, nisi sunt aliqui, qui vos conturbant et volunt con-
vertere evangelium Christi. **8** Sed licet nos aut angelus de
caelo evangelizet vobis praeterquam quod evangelizavimus
1 K 16,22 vobis, anathema sit! **9** Sicut praediximus, et nunc iterum
dico: Si quis vobis evangelizaverit praeter id, quod acce-
1 Th 2,4 pistis, anathema sit! **10** Modo enim hominibus suadeo aut
Deo? Aut quaero hominibus placere? Si adhuc hominibus
placerem, Christi servus non essem!

PAULUS VERUS CHRISTI APOSTOLUS: 1,11–2,10

A Deo electus in apostolum: 1,11-24

11 Notum enim vobis facio, fratres, evangelium, quod
1 evangelizatum est a me, quia non est secundum hominem;
12 neque enim ego ab homine accepi illud neque didici, sed

¶ **1**,3 nostro et Domino] ~ et Domino nostro W S Co L P C; *add.* nostro Wi Si • 5 cui] *add.* est W S V • 6 quod sic tam cito W S V (– Wi) | ab eo] a Christo Wi | in gratiam W S V (– Wi: per gratiam) | Christi *om.* Wi • 7 quod] quamquam Wi | pervertere Wi • 8 praeterquam] praeter id Wi • 10 suadeo] studeo demereri Wi | aut[1+2]] an V | Deum Wi • 11 ~ facio vobis Wi | quia] quod Wi

per revelationem Iesu Christi. **13** Audistis enim conversatio- Ph 3,5
nem meam aliquando in Iudaismo quoniam supra modum Act 8,3; 9,1 1 K 15,9
persequebar ecclesiam Dei et expugnabam illam **14** et pro-
ficiebam in Iudaismo supra multos coaetaneos in genere Act 26,4s
meo, abundantius aemulator exsistens paternarum mearum
traditionum. **15** Cum autem placuit Deo, qui me segregavit
de utero matris meae et vocavit per gratiam suam, **16** ut Is 49,1
revelaret Filium suum in me, ut evangelizarem illum in R 1,5 1 K 15,10
gentibus, continuo non contuli cum carne et sanguine Act 9,3-5
17 neque ascendi Hierosolymam ad antecessores meos apos-
tolos, sed abii in Arabiam et iterum reversus sum Da-
mascum.

18 Deinde post annos tres ascendi Hierosolymam videre Act 9,26-28
Cepham et mansi apud eum diebus quindecim; **19** alium J 1,42
autem apostolorum non vidi nisi Iacobum fratrem Domini. 2,9 Mt 13,55
20 Quae autem scribo vobis, ecce coram Deo quia non R 9,1
mentior. **21** Deinde veni in partes Syriae et Ciliciae. **22** Eram
autem ignotus facie ecclesiis Iudaeae, quae sunt in Christo;
23 tantum autem auditum habebant: «Qui persequebatur
nos aliquando, nunc evangelizat fidem, quam aliquando
expugnabat», **24** et in me glorificabant Deum.

Concilium Hierosolymitanum: 2,1-10

2 Deinde post annos quattuordecim iterum ascendi Hie- Act 15,2
rosolymam cum Barnaba, assumpto et Tito; **2** ascendi
autem secundum revelationem; et contuli cum illis evange-
lium, quod praedico in gentibus, seorsum autem his, qui
observabantur, ne forte in vacuum currerem aut cucurris- Ph 2,16
sem. **3** Sed neque Titus, qui mecum erat, cum esset Grae-
cus, compulsus est circumcidi. **4** Sed propter subintroductos

13 quoniam] quod Wi | expugnabam illam] vastabam eam Wi • 14 coaetaneos] *add.* meos V • 15 Deo] ei W S V | de] ex V (– G) • 16 contuli] acquievi W S V (– Wi) | cum carne et sanguine] carni et sanguini W S V (– Wi) • 17 ascendi] veni W S V | Hierosolyma S | ad antecessores meos apostolos] ad eos qui ante me fuerant apostoli Wi • 18 ascendi] veni W S V | Hierosolyma S | Cepham] Petrum W S V • 19 non vidi] vidi neminem W S V • 20 quia] quod Wi • 22 ignotus a facie Wi | sunt] erant W S V • 23 habebant] *add.* quoniam (quod Wi) W S V • 24 glorificabant] clarificabant W S V (– Wi)

¶ 2.1 Hierosolyma S • 2 his] iis St L P Si C; cum his Wi | observabantur] videbantur W S; videbantur aliquid esse V (– Wi: erant in auctoritate) • 3 sed *om.* Wi | Graecus] gentilis W S V • 4 sed] idque Wi | subintroductos] fraude ingressos Wi

5,1 falsos fratres, qui subintroierunt explorare libertatem nos-
tram, quam habemus in Christo Iesu, ut nos in servitutem
redigerent; **5** quibus neque ad horam cessimus subicientes
nos, ut veritas evangelii permaneat apud vos.
6 Ab his autem, qui videbantur esse aliquid – quales ali-
Dt 10,17 R 2,11 quando fuerint, nihil mea interest; Deus personam hominis
non accipit – mihi enim, qui observabantur, nihil contule-
1,15s Act 22,21 runt, **7** sed e contra, cum vidissent quod creditum est mihi
R 1,5 evangelium praeputii, sicut Petro circumcisionis **8** – qui
enim operatus est Petro in apostolatum circumcisionis
operatus est et mihi inter gentes – **9** et cum cognovissent
gratiam, quae data est mihi, Iacobus et Cephas et Ioannes,
qui videbantur columnae esse, dexteras dederunt mihi et
Barnabae communionis, ut nos in gentes, ipsi autem in cir-
Act 11,29s 1K 16,1-4 cumcisionem; **10** tantum ut pauperum memores essemus,
2K 8,9 quod etiam sollicitus fui hoc ipsum facere.

DE IUSTITIA FIDEI: 2,11–4,7

Nemo ex operibus legis iustificatur: 2,11-21

J 1,42 **11** Cum autem venisset Cephas Antiochiam, in faciem ei
restiti, quia reprehensibilis erat. **12** Prius enim quam veni-
Act 10,15.28; 11,3 rent quidam ab Iacobo, cum gentibus comedebat; cum
autem venissent, subtrahebat et segregabat se, timens eos,
qui ex circumcisione erant. **13** Et simulationi eius consense-
runt ceteri Iudaei, ita ut et Barnabas simul abduceretur illo-
rum simulatione. **14** Sed cum vidissem quod non recte am-
bularent ad veritatem evangelii, dixi Cephae coram omni-
bus: «Si tu, cum Iudaeus sis, gentiliter et non Iudaice vivis,
quomodo gentes cogis iudaizare?». **15** Nos natura Iudaei et

4 subintroierant Wi • 5 cessimus subicientes nos] cessimus subiectioni (subiectione C) W S V (– Wi: cessi ut subicerer) • 6 his] iis St L P Si C | videbantur esse aliquid] in auctoritate erant Wi | Deus] *add.* enim G Co E Wi St | enim] autem E | observabantur] videbantur W S; videbantur esse aliquid V (– Wi: in auctoritate erant) • 7 sicut et Petro V (– L P) • 8 operatus est Petro in] efficax fuit per Petrum ad Wi | operatus est et mihi] efficax fuit et per me Wi • 9 communionis] societatis W S V | inter gentes Wi | circumcisionem] circumcisione evangelizarent Wi • 10 sollicitus fui hoc ipsum] studui Wi • 11 Cephas] Petrus G Co St • 12 a Iacobo V (– G) | comedebat] edebat W S V | subtrahebat] subducebat Wi • 13 simul *om.* W S V | duceretur W S V | illorum] ab eis W S V | simulatione] in illam simulationem V; in illa simulatione W S • 14 Cephae] Petro Wi | ~ vivis et non Iudaice V

non ex gentibus peccatores, **16** scientes autem quod non 3,11 R 3,20.28;
iustificatur homo ex operibus legis nisi per fidem Iesu Chri- 4,5; 11,6
sti, et nos in Christum Iesum credidimus, ut iustificemur ex
fide Christi et non ex operibus legis, quoniam ex operibus
legis *non iustificabitur omnis* caro. Ps 143,2 𝔊
17 Quodsi quaerentes iustificari in Christo, inventi sumus
et ipsi peccatores, numquid Christus peccati minister est?
Absit! **18** Si enim, quae destruxi, haec iterum aedifico, prae-
varicatorem me constituo. **19** Ego enim per legem legi R 6,10; 7,6
mortuus sum, ut Deo vivam. Christo confixus sum cruci: 6,14
20 vivo autem iam non ego, vivit vero in me Christus; quod R 8,9s
autem nunc vivo in carne, in fide vivo Filii Dei, qui dilexit Kol 3,4
me et tradidit seipsum pro me. **21** Non irritam facio gra- 1,4
tiam Dei; si enim per legem iustitia, ergo Christus gratis
mortuus est.

Galatae insensati: 3,1-5

3 O insensati Galatae, quis vos fascinavit, ante quorum 5,7
oculos Iesus Christus descriptus est crucifixus? **2** Hoc
solum volo a vobis discere: Ex operibus legis Spiritum ac- 2,16
cepistis an ex auditu fidei? **3** Sic stulti estis? Cum Spiritu
coeperitis, nunc carne consummamini? **4** Tanta passi estis
sine causa? Si tamen et sine causa! **5** Qui ergo tribuit vobis
Spiritum et operatur virtutes in vobis, ex operibus legis an
ex auditu fidei?

De fide et benedictione Abrahae: 3,6-18

6 Sicut Abraham *credidit Deo, et reputatum est ei ad iusti-* Gn 15,6 R 4,3
tiam. **7** Cognoscitis ergo quia qui ex fide sunt, hi sunt filii R 4,11s
Abrahae. **8** Providens autem Scriptura quia ex fide iustificat
gentes Deus, praenuntiavit Abrahae: «*Benedicentur in te* Gn 12,3; 18,18 Act 3,25

16 autem *om.* Wi | nisi] sed Wi | in Christo Iesu W S V (– Wi) | credimus W V | quoniam] propter (propterea Wi) quod W S V ● 17 in Christo] per Christum Wi ● 18 ~ iterum haec V (– Wi) | reaedifico G Co E St ● 19 Christo confixus sum cruci] cum Christo crucifixus sum Wi ● 20 semetipsum V (– Co E Wi) ● 21 irritam facio] abicio W S V | ~ gratis Christus V

¶ 3.1 insensati] amentes Wi | fascinavit] *add.* non oboedire veritati V | ante quorum oculos] quibus ab oculis Wi | ~ Christus Iesus Co E Wi | descriptus] proscriptus S V (– Wi C); praescriptus W Wi C | est] *add.* (+ et Co E St) in vobis V (– G; – Wi: quod sit in vobis) ● 2 ~ a vobis volo V ● 3 estis] *add.* ut W V | consummemini St L P C ● 4 sine causa[1+2] frustra Wi | et *om.* W S V ● 5 tribuit] suppeditat Wi | fidei] *add.* est Wi ● 6 sicut] *add.* scriptum est V (– Wi L P) | ei] illi V ● 7 cognoscite W V | quia] quod Wi | hi] ii St L P Si C ● 8 praevidens Wi | quia] quod Wi | Abrahae] *add.* quia (quod Wi) W S V

R 4,16 *omnes gentes*». **9** Igitur, qui ex fide sunt, benedicuntur cum
fideli Abraham. **10** Quicumque enim ex operibus legis sunt,
Dt 27,26 Jc 2,10 sub maledicto sunt; scriptum est enim: «*Maledictus omnis,*
qui non permanserit in omnibus, quae scripta sunt in libro legis,
ut faciat ea». **11** Quoniam autem in lege nemo iustificatur
2,16 Hab 2,4 R 1,17 apud Deum manifestum est, quia *iustus ex fide vivet*; **12** lex
Lv 18,5 R 10,5 autem non est ex fide, sed *qui fecerit ea, vivet in illis*. **13** Chri-
R 8,3 stus nos redemit de maledicto legis factus pro nobis male-
2K 5,21 Dt 21,23 dictum, quia scriptum est: «*Maledictus omnis, qui pendet in*
ligno», **14** ut in gentes benedictio Abrahae fieret in Christo
Is 44,3 Joel 3,1s Iesu, ut promissionem Spiritus accipiamus per fidem.

15 Fratres, secundum hominem dico, tamen hominis con-
H 9,16 firmatum testamentum nemo irritum facit aut superordinat.
16 Abrahae autem dictae sunt promissiones *et semini eius*.
Non dicit: «*Et seminibus*» quasi in multis, sed quasi in uno:
Gn 22,17 «*Et semini tuo*», qui est Christus. **17** Hoc autem dico: Testa-
Ex 12,40 mentum confirmatum a Deo, quae post quadringentos et
triginta annos facta est lex, non irritum facit, ad evacuan-
R 4,13; 11,6 dam promissionem. **18** Nam si ex lege hereditas, iam non ex
promissione; Abrahae autem per promissionem donavit
Deus.

Qui locus sit legis in oeconomia salutis: 3,19-25

R 5,20; 7,7.13 **19** Quid igitur lex? Propter transgressiones apposita est,
H 2,2 Act 7,38.53 donec veniret semen, cui promissum est, ordinata per ange-
los in manu mediatoris. **20** Mediator autem unius non est,
Dt 6,4 Deus autem unus est. **21** Lex ergo adversus promissa Dei?

9 benedicentur W S V ● 11 quoniam] quod Wi | in lege] per legem Wi | vivit W S V (- Co) ● 12 ea] *add.* homo Wi Si ● 14 in (- Wi) gentibus W S V | fieret in Christo Iesu] contingeret per Christum Iesum Wi | promissionem] pollicitationem W S V | acciperemus Wi ● 15 irritum facit] spernit W S V (- Wi: rescindit) ● 16 autem *om.* W S V ● 17 a Deo] *add.* in Christum Wi | quae ... lex] lex post quadringentos et triginta annos facta Wi | irritam S; in irritum G ● 18 ex repromissione W S | per repromissionem W V (- Wi) ● 19 transgressionem G Co E St Si | posita W S V | promissum est] promiserat W S V

Absit! Si enim data esset lex, quae posset vivificare, vere ex R 8,2-4
lege esset iustitia. 22 Sed conclusit Scriptura omnia sub R 3,9; 11,32
peccato, ut promissio ex fide Iesu Christi daretur credenti-
bus.

23 Prius autem quam veniret fides, sub lege custodieba- 4,3
mur conclusi in eam fidem, quae revelanda erat. 24 Itaque
lex paedagogus noster fuit in Christum, ut ex fide iustifice- R 10,4
mur; 25 at ubi venit fides, iam non sumus sub paedagogo.

De adoptione filiorum: 3,26–4,7

26 Omnes enim filii Dei estis per fidem in Christo Iesu. 4,5.7 R 8,17
27 Quicumque enim in Christum baptizati estis, Christum R 13,14
induistis: 28 non est Iudaeus neque Graecus, non est servus R 10,12 1 K 12,13
neque liber, non est masculus et femina; omnes enim vos Kol 3,11
unus estis in Christo Iesu. 29 Si autem vos Christi, ergo
Abrahae semen estis, secundum promissionem heredes. 7.14.18 R 9,7

4 Dico autem: Quanto tempore heres parvulus est, nihil
differt a servo, cum sit dominus omnium, 2 sed sub
tutoribus est et actoribus usque ad praefinitum tempus a
patre. 3 Ita et nos, cum essemus parvuli, sub elementis 3,23
mundi eramus servientes; 4 at ubi venit plenitudo temporis, Kol 2,20 Mc 1,15
misit Deus Filium suum, factum ex muliere, factum sub
lege, 5 ut eos, qui sub lege erant, redimeret, ut adoptionem 3,13
filiorum reciperemus. 6 Quoniam autem estis filii, misit 3,26
Deus Spiritum Filii sui in corda nostra clamantem: «Abba, R 8,15
Pater!». 7 Itaque iam non es servus sed filius; quod si filius, 3,29 R 8,16s
et heres per Deum.

24 in Christo W S V (- Wi) • 26 fidem] *add.* quae est V (- L P) | in Christo Iesu] per Christum Iesum Wi • 27 in Christum] in Christo W S V (- E: in Christo Iesu; - Wi: per Christum Iesum) • 28 et] neque W S V | unum W S V (- Wi) • 29 ~ semen Abrahae V (- G)
¶ 4.1 a *om.* S • 2 ~ et actoribus (procuratoribus Wi) est V • 3 mundi] *add.* huius G • 4 venit plenitudo temporis] tempus completum est Wi | natum ex muliere Wi | sub legem Wi • 6 filii[1]] *add.* Dei V (- L P C) | nostra] vestra V • 7 es] est W V | per Deum] Dei per Christum Wi

DE LIBERTATE CHRISTIANA: 4,8–6,10

Admonentur, ne ad servitutem revertantur: 4,8-20

1 K 8,4; 12,2 **8** Sed tunc quidem ignorantes Deum, his, qui natura non
1 Th 4,5 sunt dii, servistis; **9** nunc autem, cum cognoveritis Deum,
immo cogniti sitis a Deo, quomodo convertimini iterum ad
Kol 2,20 | 3,29 infirma et egena elementa, quibus rursus ut antea servire
R 8,16s vultis? **10** Dies observatis et menses et tempora et annos!
11 Timeo vos, ne forte sine causa laboraverim in vobis.

12 Estote sicut ego, quia et ego sicut vos, fratres, obsecro
vos. Nihil me laesistis; **13** scitis autem quia per infirmitatem
carnis pridem vobis evangelizavi, **14** et tentationem vestram
in carne mea non sprevistis neque respuistis, sed sicut ange-
lum Dei excepistis me, sicut Christum Iesum.

15 Ubi est ergo beatitudo vestra? Testimonium enim
perhibeo vobis, quia, si fieri posset, oculos vestros eruissetis
et dedissetis mihi. **16** Ergo inimicus vobis factus sum, verum
1,7; 6,12 Act 20,30 dicens vobis? **17** Aemulantur vos non bene, sed excludere
vos volunt, ut illos aemulemini. **18** Bonum est autem aemu-
lari in bono semper, et non tantum cum praesens sum apud
1 K 4,15 vos, **19** filioli mei, quos iterum parturio, donec formetur
Christus in vobis! **20** Vellem autem esse apud vos modo et
mutare vocem meam, quoniam incertus sum in vobis.

De duobus filiis Abrahae: 4,21-31

21 Dicite mihi, qui sub lege vultis esse: Legem non audi-
Gn 16,15; 21,2s tis? **22** Scriptum est enim quoniam Abraham duos filios
habuit, unum de ancilla et unum de libera. **23** Sed qui de
Gn 17,16 R 4,19s; 9,7-9 ancilla, secundum carnem natus est, qui autem de libera,
per promissionem. **24** Quae sunt per allegoriam dicta; ipsae

8 his] iis St L P Si C | serviebatis W S V ● 9 rursus ut antea] denuo W S V ● 11 vos *om.* E Si | sine causa] frustra Wi | in vobis] apud vos Wi ● 12 sicut et ego W S | ~ laesistis me Wi ● 13 quia] quod Wi | pridem vobis evangelizavi] evangelizavi vobis iam pridem W S V ● 14 vestram] meam Co ● 15 quia] quod Wi | potuisset E Wi ● 17 aemulantur] ambiunt Wi | illos] ipsos Wi ● 18 est autem aemulari] autem aemulamini W S V (– Wi: autem est aemulari) | in bono semper] semper bona Wi | tantum] solum Wi ● 20 incertus sum] confundor W S V (– Wi: angor) | in vobis] de vobis Wi ● 21 auditis] legistis W S V ● 22 quoniam] quod Wi ● 23 sed] *add.* is G | ancilla] *add.* fuit Wi | repromissionem W S V (– Wi; – P: remissionem) ● 24 ipsae] haec W S V

enim sunt duo Testamenta, unum quidem a monte Sinai, Ex 19,20
in servitutem generans, quod est Agar. 25 Illud vero Agar Gn 16,1
mons est Sinai in Arabia, respondet autem Ierusalem, quae
nunc est; servit enim cum filiis suis. 26 Illa autem, quae
sursum est Ierusalem, libera est, quae est mater nostra; H 12,22 Ap 21,2
27 scriptum est enim:

«Laetare, sterilis, quae non paris, Is 54,1
erumpe et exclama, quae non parturis,
quia multi filii desertae
magis quam eius, quae habet virum».

28 Vos autem, fratres, secundum Isaac promissionis filii
estis. 29 Sed quomodo tunc, qui secundum carnem natus
fuerat, persequebatur eum, qui secundum spiritum, ita et
nunc. 30 Sed quid dicit Scriptura? «*Eice ancillam et filium* Gn 21,10
eius; non enim heres erit filius ancillae cum filio liberae».
31 Itaque, fratres, non sumus ancillae filii sed liberae.

De libertate servanda: 5,1-12

5 Hac libertate nos Christus liberavit; state igitur et nolite 2,4; 4,5.9 J 8,32.36
iterum iugo servitutis detineri. 2 Ecce ego Paulus dico
vobis quoniam, si circumcidamini, Christus vobis nihil prod- 2,21
erit. 3 Testificor autem rursum omni homini circumcidenti 3,10 R 2,25
se quoniam debitor est universae legis faciendae. 4 Eva- Jc 2,10
cuati estis a Christo, qui in lege iustificamini, a gratia exci-
distis. 5 Nos enim Spiritu ex fide spem iustitiae exspectamus. R 8,23.25
6 Nam in Christo Iesu neque circumcisio aliquid valet neque 3,28; 6,15 1 K 7,19

24 a] in V (– Wi L P) | Sina W S V | quod] quae W S V • 25 *sic habent:* Sina enim mons est in Arabia, qui coniunctus est ei, quae nunc est Hierusalem, et servit cum filiis suis (eius W S) W S V (– Wi: nam in Arabia Sina mons Agar dicitur, qui contiguus est ei, quae nunc est Ierusalem et servit cum filiis suis) • 27 scriptum est enim] sicut scriptum est E Wi | clama W V | multi] plures Wi | desertae] *add.* sunt Wi | magis *om.* Wi • 28 vos] nos W S V | estis] sumus W S V • 29 qui¹] is qui V | spiritum] *add.* erat Wi • 30 enim *om.* Si
¶ 5.1 hac libertate] qua libertate W S V (– Wi: in ea igitur libertate qua) | ~ Christus nos V (– Co E) | igitur *om.* W S V | contineri W S V (– Wi: teneri) • 2 quoniam] quod Wi • 3 rursus V | quoniam] quod Wi • 4 evacuati estis a Christo] nihil vobis cum Christo est Wi

praeputium, sed fides, quae per caritatem operatur.
7 Currebatis bene; quis vos impedivit veritati non oboe-
1,6 dire? 8 Haec persuasio non est ex eo, qui vocat vos. 9 Mo-
1 K 5,6 dicum fermentum totam massam corrumpit. 10 Ego con-
1,7 fido in vobis in Domino quod nihil aliud sapietis; qui autem
conturbat vos, portabit iudicium, quicumque est ille. 11 Ego
6,12.14 1 K 1.23 autem, fratres, si circumcisionem adhuc praedico, quid ad-
huc persecutionem patior? Ergo evacuatum est scandalum
crucis. 12 Utinam et abscidantur, qui vos conturbant!

Caritas fructus Spiritus est: 5,13-26

1 K 8,9 1 P 2,16 13 Vos enim in libertatem vocati estis, fratres; tantum ne
libertatem in occasionem detis carni, sed per caritatem ser-
vite invicem.
R 13,9 14 Omnis enim lex in uno sermone impletur, in hoc:
Lv 19,18 Mt 22,39s *Diliges proximum tuum sicut teipsum.* 15 Quod si invicem
6,15 mordetis et devoratis, videte, ne ab invicem consumamini!
5,25 R 8,5 16 Dico autem: Spiritu ambulate et concupiscentiam
R 7,15.23; 8,6 carnis ne perfeceritis. 17 Caro enim concupiscit adversus
Spiritum, Spiritus autem adversus carnem; haec enim in-
vicem adversantur, ut non, quaecumque vultis, illa faciatis.
R 6,14; 8,14 18 Quod si Spiritu ducimini, non estis sub lege. 19 Mani-
2 K 12,10 1 K 1,10s | festa autem sunt opera carnis, quae sunt fornicatio, immun-
1 K 6,9s Kol 3,5s ditia, luxuria, 20 idolorum servitus, veneficia, inimicitiae,
Ap 22,15 contentiones, aemulationes, irae, rixae, dissensiones, sectae,
21 invidiae, ebrietates, comissationes et his similia, quae
praedico vobis, sicut praedixi, quoniam, qui talia agunt,

6 operatur] est efficax Wi • 7 oboedire] *add.* nemini consenseritis G Co E St Si • 8 ~ persuasio haec V (– L P); haec *om.* W S L P | ~ ex eo est Wi | vocavit G • 10 confido vobis Wi • 11 adhuc[2] *om.* St • 12 et *om.* Co E Wi | abscindantur V (– G) • 13 carnis W S V (– Wi) | caritatem] *add.* Spiritus V (– Wi L P) | servire G E • 14 omnis] tota Wi | sermone] verbo Wi | completur Wi | in hoc *om.* W S V • 15 devoratis] comeditis W S V • 16 autem] *add.* in Christo G Co E St Si | concupiscentiam] desideria V; desiderium W S | non perficietis W S V (– Wi: non perficite) • 17 invicem] sibi invicem V • 18 ducemini G Co St • 19 ~ sunt autem V | sunt[2]] *add.* adulterium Wi | immunditia] *add.* impudicitia V (– Wi) | luxuria] lascivia Wi • 20 contentio Wi • 21 invidiae] *add.* homicidia W S V | sicut] *add.* et Wi | quoniam] quod Wi

regnum Dei non consequentur. 22 Fructus autem Spiritus E 5,9 2K 6,6
est caritas, gaudium, pax, longanimitas, benignitas, boni-
tas, fides, 23 mansuetudo, continentia; adversus huiusmodi 2P 1,6 1T 1,9
non est lex.

24 Qui autem sunt Christi Iesu, carnem crucifixerunt 2,19 R 6,6; 8,9
cum vitiis et concupiscentiis. 25 Si vivimus Spiritu, Spiritu 5,16
et ambulemus. 26 Non efficiamur inanis gloriae cupidi, in- R 8,4s Ph 2,3
vicem provocantes, invicem invidentes.

De lege Christi: 6,1-10

6 Fratres, et si praeoccupatus fuerit homo in aliquo de- Mt 18,15 Jc 5,19
licto, vos, qui spiritales estis, huiusmodi instruite in
spiritu lenitatis, considerans teipsum, ne et tu tenteris. 1K 10,12
2 Alter alterius onera portate et sic adimplebitis legem Kol 3,13 | R 8,2
Christi. 3 Nam si quis existimat se aliquid esse, cum sit nihil, 1K 9,21 1K 8,2
ipse se seducit; 4 opus autem suum probet unusquisque et 2K 12,11
sic in semetipso tantum gloriationem habebit et non in
altero. 5 Unusquisque enim onus suum portabit. R 14,12

6 Communicet autem is, qui catechizatur verbum, ei qui 1K 9,11.14
se catechizat, in omnibus bonis. 7 Nolite errare: Deus non
irridetur. Quae enim seminaverit homo, haec et metet;
8 quoniam, qui seminat in carne sua, de carne metet cor- R 8,6.13
ruptionem, qui autem seminat in Spiritu, de Spiritu metet
vitam aeternam. 9 Bonum autem facientes infatigabiles, 2Th 3,13 H 12,1.3
tempore enim suo metemus non deficientes. 10 Ergo dum
tempus habemus, operemur bonum ad omnes, maxime
autem ad domesticos fidei.

CONCLUSIO ET BENEDICTIO: 6,11-18

11 Videte qualibus litteris scripsi vobis mea manu. 1K 16,21
12 Quicumque volunt placere in carne, hi cogunt vos cir- 5,2.11
cumcidi, tantum ut crucis Christi persecutionem non pa-

22 longanimitas] patientia Wi ● 22/23 pax ... continentia] pax, patientia, benignitas, bonitas, longanimitas, mansuetudo, fides, modestia, continentia, castitas V (– Wi); pax, longanimitas, bonitas, benignitas, fides, modestia, continentia W S ● 23 huismodi] huiuscemodi E; talia Wi ● 24 Iesu *om.* W S V | carnem] *add.* suam V | vitiis] adfectibus Wi ● 25 ~ Spiritu vivimus Co E Wi Si C | et *om.* Co ● 26 efficiamur] simus Wi ¶ 6.1 ~ homo fuerit E | huiuscemodi E | huiusmodi ... lenitatis] talem instaurate mansuetudo spiritu Wi ● 2 adimplebitis] perficietis Wi ● 3 ~ nihil sit V | seducit] decipit Wi ● 4 gloriam W S V (– Wi) | in altero] adversus alterum Wi ● 6 is qui] his qui G | is qui ... bonis] doctori in omnibus bonis is, qui docetur verbum Wi | verbo V (– Wi) ● 8 carne^{2}] *add.* et W S V | metet^{1}] *add.* et G ● 9 infatigabiles] non deficiamus W S V ● 10 ad^{1+2}] erga Wi ● 12 quicumque] *add.* enim V (– Wi L P)

tiantur; **13** neque enim, qui circumciduntur, legem custo-
diunt, sed volunt vos circumcidi, ut in carne vestra glorien-
2,19 1 K 2,2 tur. **14** Mihi autem absit gloriari nisi in cruce Domini nostri
Iesu Christi, per quem mihi mundus crucifixus est, et ego
mundo.
5,6 1 K 7,19 **15** Neque enim circumcisio aliquid est neque praepu-
2 K 5,17 tium, sed nova creatura. **16** Et quicumque hanc regulam
Ps 125,4s secuti fuerint, pax super illos et misericordia et super Israel
Dei.
2 K 4,10 **17** De cetero nemo mihi molestus sit; ego enim stigmata
Iesu in super corpore meo porto.
Ph 4,23 2 T 4,22 Phm 25 **18** Gratia Domini nostri Iesu Christi cum spiritu vestro,
fratres. Amen.

EPISTULA AD EPHESIOS

INSCRIPTIO: 1,1-2

Kol 1,1s **1** Paulus apostolus Christi Iesu per voluntatem Dei sanc-
tis, qui sunt Ephesi, et fidelibus in Christo Iesu: **2** gratia
vobis et pax a Deo Patre nostro et Domino Iesu Christo.

DE OECONOMIA SALUTIS: 1,3–2,22

Hymnus dispensationi divinae: 1,3-14

2 K 1,3 **3** Benedictus Deus et Pater Domini nostri Iesu Christi,

13 custodiunt] servant Wi • 15 neque enim] in Christo enim Iesu neque W S V | est] valet W S V • 16 hanc regulam secuti fuerint] in hac regula incedunt Wi • 17 de cetero *om.* Wi | stigmata] *add.* Domini (+ nostri Co) V | in super] in W S V
¶ 1.1 ~ Iesu Christi V (– G Co St) | sanctis] omnibus sanctis V (– Wi); sanctis omnibus W S | fidelibus] *add.* omnibus E Wi

qui benedixit nos in omni benedictione spiritali in
caelestibus in Christo,
4 sicut elegit nos in ipso ante mundi constitutionem,
ut essemus sancti et immaculati in conspectu eius in
caritate,
5 qui praedestinavit nos in adoptionem filiorum
per Iesum Christum in ipsum,
secundum beneplacitum voluntatis suae,
6 in laudem gloriae gratiae suae,
in qua gratificavit nos in Dilecto,
7 in quo habemus redemptionem per sanguinem eius, Kol 1,14
remissionem peccatorum,
secundum divitias gratiae eius,
8 quam superabundare fecit in nobis
in omni sapientia et prudentia,
9 notum faciens nobis mysterium voluntatis suae,
secundum beneplacitum eius, quod proposuit in eo,
10 in dispensationem plenitudinis temporum: Kol 1,20
recapitulare omnia in Christo,
quae in caelis et quae in terra, in ipso;
11 in quo etiam sorte vocati sumus, praedestinati secundum
propositum eius, qui omnia operatur secundum consilium
voluntatis suae, **12** ut simus in laudem gloriae eius, qui
ante speravimus in Christo;
13 in quo et vos cum audissetis verbum veritatis, evange-
lium salutis vestrae, in quo et credentes signati estis
Spiritu promissionis Sancto, **14** qui est arrabo hereditatis 2K 1,22
nostrae in redemptionem acquisitionis, in laudem gloriae
ipsius.

Oratio ad scientiam virtutis Christi impetrandam: 1,15-23

15 Propterea et ego audiens fidem vestram, quae est in Kol 1,3s.9
Domino Iesu, et dilectionem in omnes sanctos, **16** non cesso

3 in[1] *om.* Wi | in Christo] per Christum Wi ● **4** in ipso] per ipsum Wi | immaculati] irreprehensibiles Wi | in caritate] per caritatem Wi ● **5** beneplacitum] propositum W S V (– Wi) ● **6** gloriosae Wi | gratificavit nos] fecit nos acceptos Wi | in Dilecto] per Dilectum Wi | Dilecto] *add.* Filio suo V (– Wi) ● **7** in quo] per quem Wi | in remissionem E ● **8** quam superabundare fecit] quae superabundavit W S V (– Wi: quae exuberavit) | nobis] nos Wi | in[2] *om.* Wi ● **9** notum faciens nobis mysterium] ut notum faceret nobis sacramentum (mysterium Wi) W S V | bonum placitum W S | eo] seipso Wi ● **10** in dispensatione V (– Wi) | in dispensationem plenitudinis] ut dispensaretur in plenitudine Wi | recapitulare] instaurare W S V (– Wi: ut summatim complecteretur) | in terra] *add.* sunt W S V | in ipso] in Christo G; per ipsum Wi ● **11** etiam] *add.* (+ et Si C) nos V | ~ operatur omnia V ● **12** in[1]] ad Wi | qui] nos qui V ● **14** arrabo] pignus W S V | in [1+2]] ad Wi ● **15** Domino] Christo V (– L P C)

gratias agens pro vobis memoriam faciens in orationibus
meis, **17** ut Deus Domini nostri Iesu Christi, Pater gloriae,
det vobis Spiritum sapientiae et revelationis in agnitione
eius, **18** illuminatos oculos cordis vestri, ut sciatis quae sit
spes vocationis eius, quae divitiae gloriae hereditatis eius
in sanctis **19** et quae sit supereminens magnitudo virtutis
eius in nos, qui credimus, secundum operationem potentiae
virtutis eius, **20** quam operatus est in Christo, suscitans illum
Ps 110,1 a mortuis et constituens ad dexteram suam in caelestibus
Kol 1,16 **21** supra omnem principatum et potestatem et virtutem et
dominationem et omne nomen, quod nominatur non solum
Ps 8,7 H 8,6 in hoc saeculo sed et in futuro; **22** et *omnia subiecit sub*
Kol 1,18 *pedibus eius*, et ipsum dedit caput supra omnia ecclesiae,
23 quae est corpus ipsius, plenitudo eius, qui omnia in
omnibus adimpletur.

Nimia caritas Dei in filios diffidentiae: 2,1-10

Kol 2,13 **2** Et vos, cum essetis mortui delictis et peccatis vestris,
2 in quibus aliquando ambulastis secundum saeculum
mundi huius, secundum principem potestatis aeris, spiritus,
qui nunc operatur in filios diffidentiae; **3** in quibus et nos
omnes aliquando conversati sumus in concupiscentiis carnis
nostrae, facientes voluntates carnis et cogitationum, et era-
mus natura filii irae sicut et ceteri. **4** Deus autem, qui dives
est in misericordia, propter nimiam caritatem suam, qua
dilexit nos, **5** et cum essemus mortui peccatis, convivificavit

16 agere Wi | memoriam] *add.* vestri W S V • **17** in (ad Wi) agnitionem G Co E Wi St • **18** et illuminatos Wi | cordis vestri] mentis vestrae Wi | eius[1]] *add.* et V | in sanctos Wi • **19** supereminens] superveniens E | in nos] erga nos Wi | credidimus W S | operationem] efficaciam Wi | eius[2] *om.* G • **20** Christo] *add.* Iesu E Wi | illum] eum Wi • **21** super E Wi | sed et] sed etiam V • **22** subter pedes Wi | supra (super E) omnem ecclesiam V • **23** ipsius] *add.* et V (– L P)
¶ **2.1** vos] *add.* convivificavit Co E Wi St Si • **2** aeris] *add.* huius W S V | spiritus] *add.* videlicet Wi | operatur in filios] est efficax in filiis Wi • **3** concupiscentiis] desideriis W S V | voluntatem W V • **4** nimiam] magnam Wi

nos Christo – gratia estis salvati – **6** et conresuscitavit et Kol 3,1
consedere fecit in caelestibus in Christo Iesu, **7** ut ostenderet
in saeculis supervenientibus abundantes divitias gratiae
suae in bonitate super nos in Christo Iesu.

8 Gratia enim estis salvati per fidem; et hoc non ex vobis,
Dei donum est: **9** non ex operibus, ut ne quis glorietur. 1 K 1,29
10 Ipsius enim sumus factura, creati in Christo Iesu in opera
bona, quae praeparavit Deus, ut in illis ambulemus.

De Israel et gentibus in Christo adunatis: 2,11-22

11 Propter quod memores estote quod aliquando vos
gentes in carne, qui dicimini praeputium ab ea, quae dicitur
circumcisio in carne manufacta, **12** quia eratis illo in tem-
pore sine Christo, alienati a conversatione Israel et extranei
testamentorum promissionis, spem non habentes et sine
Deo in mundo. **13** Nunc autem in Christo Iesu vos, qui
aliquando eratis longe, facti estis prope in sanguine Christi. 17
14 Ipse est enim pax nostra, qui fecit utraque unum et me- Kol 1,20.22
dium parietem maceriae solvit, inimicitiam, in carne sua,
15 legem mandatorum in decretis evacuans, ut duos condat
in semetipso in unum novum hominem, faciens pacem,
16 et reconciliet ambos in uno corpore Deo per crucem
interficiens inimicitiam in semetipso. **17** Et veniens *evange-* Is 57,19
lizavit pacem vobis, *qui longe fuistis, et pacem his, qui prope;* L 2,14
18 quoniam per ipsum habemus accessum ambo in uno
Spiritu ad Patrem.

19 Ergo iam non estis extranei et advenae, sed estis con-
cives sanctorum et domestici Dei, **20** superaedificati super

5 Christo] in (– G L P; cum Wi) Christo cuius V • **6** consedere] una sedere Wi | per Christum Iesum Wi • **7** bonitate] benignitate Wi | per Christum Iesum Wi • **8** non *om.* G | Dei] *add.* enim W S V • **10** per Christum Iesum Wi | in operibus bonis W S V • **11** vos gentes] vos qui gentes eratis Co E Wi; vos (+ qui St) eratis gentes G St L P Si | dicebamini V (– C) | ~ praeputium ab ea dicimini Wi • **12** quia] qui V (– C) | illo tempore Wi | extranei] hospites W S V | in hoc mundo V (– Wi) • **13** per Christum Iesum Wi | per sanguinem Wi • **14** ~ enim est V (– Wi) | solvens W S V (– Wi: diruit) | inimicitias V (– Wi: nempe inimicitiam) | per carnem suam Wi • **15** in[1] *om.* W S V (– Wi) | decretis] *add.* sitam Wi | conderet Wi | in semetipsum W S G | in uno novo homine Co E • **16** et] ut St | reconciliaret Wi | inimicitias V | in semetipso] per eam Wi • **17** his] iis St L P Si C • **18** per unum Spiritum Wi • **19** extranei] hospites W S V | cives W S V

fundamentum apostolorum et prophetarum, ipso summo
angulari lapide Christo Iesu, **21** in quo omnis aedificatio
1 P 2,5 compacta crescit in templum sanctum in Domino, **22** in
quo et vos coaedificamini in habitaculum Dei in Spiritu.

DE APOSTOLO ET ECCLESIA: 3,1-21

Paulus apostolus gentium: 3,1-13

4,1 Ph 1,7 **3** Huius rei gratia ego Paulus vinctus Christi Iesu pro
Kol 4,18 Phm 1,9 vobis gentibus – **2** si tamen audistis dispensationem
gratiae Dei, quae data est mihi pro vobis, **3** quoniam secun-
1,9s dum revelationem notum mihi factum est mysterium, sicut
supra scripsi in brevi, **4** prout potestis legentes intellegere
prudentiam meam in mysterio Christi, **5** quod aliis genera-
tionibus non innotuit filiis hominum, sicuti nunc revelatum
est sanctis apostolis eius et prophetis in Spiritu, **6** esse gentes
coheredes et concorporales et comparticipes promissionis
Kol 1,25 in Christo Iesu per evangelium, **7** cuius factus sum minister
secundum donum gratiae Dei, quae data est mihi secun-
1 K 15,9 dum operationem virtutis eius. **8** Mihi omnium sanctorum
G 1,16 minimo data est gratia haec: gentibus evangelizare in-
vestigabiles divitias Christi **9** et illuminare omnes, quae sit
dispensatio mysterii absconditi a saeculis in Deo, qui omnia
creavit, **10** ut innotescat nunc principatibus et potestatibus
in caelestibus per ecclesiam multiformis sapientia Dei
11 secundum propositum saeculorum, quod fecit in Christo
Iesu Domino nostro, **12** in quo habemus fiduciam et acces-

20 ipso] existente Wi | ~ Iesu Christo Wi L P St • 21 omnis aedificatio] totum aedificium Wi | compacta] constructa W S V (– Wi: coagmentatum) • 22 habitaculum] tabernaculum Co E Wi | in Spiritu] *add.* sancto V (– Wi: per Spiritum)

¶ 3.1 cuius rei St | vinctus] *add.* sum Wi | ~ Iesu Christi Wi • 2 tamen] quidem Wi | pro vobis] in vobis W S V (– Wi: ad vos) • 3 quoniam] quod Wi | ~ factum mihi E | mysterium] sacramentum W S V (–Wi) | in brevi] breviter Wi • 4 prudentiam] cognitionem Wi | mysterio] ministerio E • 5 generationibus] aetatibus Wi | innotuit] est agnitum W S V | in Spiritum Wi • 6 ~ gentes esse St L P Si C | promissionis] *add.* eius L P Si C | in Christo Iesu] Christo Wi • 7 sum] *add.* ego G Co E Wi St | operationem] efficaciam Wi • 8 mihi] *add.* enim G Co E St Si | in gentibus W S V | ininvestigabiles S; impervestigabiles Wi • 9 dispensatio] communio Wi | mysterii] sacramenti W S V (– Wi) | creavit] *add.* per Iesum Christum Wi • 10 nunc *om.* W S V (– Co) | principibus W S G St L P • 11 propositum] praefinitionem W S V | quod] quam W S V (– Si) • 12 in quo] per quem Wi

sum in confidentia per fidem eius. **13** Propter quod peto,
ne deficiatis in tribulationibus meis pro vobis, quae est
gloria vestra.

Oratio pro ecclesia: 3,14-21

14 Huius rei gratia flecto genua mea ad Patrem, **15** ex
quo omnis paternitas in caelis et in terra nominatur, **16** ut
det vobis secundum divitias gloriae suae virtute corroborari
per Spiritum eius in interiorem hominem, **17** habitare Chri-
stum per fidem in cordibus vestris, in caritate radicati et
fundati, **18** ut valeatis comprehendere cum omnibus sanctis
quae sit latitudo et longitudo et sublimitas et profundum,
19 scire etiam supereminentem scientiae caritatem Christi,
ut impleamini in omnem plenitudinem Dei.
20 Ei autem, qui potens est supra omnia facere super- R 16,25-27
abundanter quam petimus aut intellegimus, secundum vir-
tutem, quae operatur in nobis, **21** ipsi gloria in ecclesia et in
Christo Iesu in omnes generationes saeculi saeculorum.
Amen.

EXHORTATIONES VARIAE: 4,1–6,20

Ut unitas Spiritus servetur: 4,1-6

4 Obsecro itaque vos ego vinctus in Domino, ut digne
ambuletis vocatione, qua vocati estis, **2** cum omni humi- Kol 3,12
litate et mansuetudine, cum longanimitate, supportantes
invicem in caritate, **3** solliciti servare unitatem spiritus in
vinculo pacis; **4** unum corpus et unus Spiritus, sicut et vo- R 12,5 1 K 12,12s
cati estis in una spe vocationis vestrae; **5** unus Dominus,
una fides, unum baptisma; **6** unus Deus et Pater omnium,
qui super omnes et per omnia et in omnibus.

14 Patrem] *add.* Domini nostri Iesu Christi W S V ● **16** virtutem V (– Co Wi C) | eius] suum Wi | in interiori (interiore W S) homine W S V (– Wi C) ● **17** ~ Christum habitare V (– Wi: ut Christus habitet) | in[2]] ut in Wi | fundati] *add.* sitis Wi ● **18** valeatis] possitis W S V ● **19** scire ... Christi] et cognoscere caritatem Christi, quae superat captum nostrum Wi | compleamini Wi ● **20** supra *om.* W S V (– Wi: cumulate) | superabundanter] abundantius Wi | operatur] est efficax Wi ● **21** et in Christo Iesu] per Christum Iesum Wi | generationes] aetates Wi

¶ **4**.2 longanimitate] patientia W S V | per caritatem Wi ● **3** per vinculum Wi ● **4** et[1] *om.* G | et[2] *om.* W S V (– G) | vestrae] nostrae Co ● **6** qui] *add.* est L P Si C | omnibus] *add.* nobis W S V (– Wi: *add.* vobis est)

De charismatibus in aedificationem ecclesiae datis: 4,7-16

7 Unicuique autem nostrum data est gratia secundum
mensuram donationis Christi. **8** Propter quod dicit:
Ps 68,19 «*Ascendens in altum captivam duxit captivitatem,*
dedit dona hominibus».

9 Illud autem «ascendit» quid est, nisi quia et descendit
in inferiores partes terrae? **10** Qui descendit, ipse est et qui
ascendit super omnes caelos, ut impleret omnia.

1 K 12,28 **11** Et ipse dedit quosdam quidem apostolos, quosdam
autem prophetas, alios vero evangelistas, alios autem pasto-
res et doctores **12** ad instructionem sanctorum in opus
ministerii, in aedificationem corporis Christi, **13** donec
Kol 1,28 occurramus omnes in unitatem fidei et agnitionis Filii Dei,
in virum perfectum, in mensuram aetatis plenitudinis Chri-
Jc 1,6 sti, **14** ut iam non simus parvuli fluctuantes et circumacti
omni vento doctrinae in fallacia hominum, in astutia ad
circumventionem erroris; **15** veritatem autem facientes in
1 K 11,3 Kol 2,19 caritate crescamus in illum per omnia, qui est caput Christus,
16 ex quo totum corpus compactum et conexum per omnem
iuncturam subministrationis secundum operationem in
mensura uniuscuiusque partis augmentum corporis facit in
aedificationem sui in caritate.

De homine vetere et novo: 4,17-24

17 Hoc igitur dico et testificor in Domino, ut iam non
ambuletis, sicut et gentes ambulant in vanitate sensus sui
18 tenebris obscuratum habentes intellectum, alienati a vita

8 et dedit Wi ● 9 illud] quod W S V | quia] quod Wi | descendit] *add.* primum W S V | in] ad Wi ● 10 supra St L P | adimpleret G Co E St ● 12 instructionem] consummationem W S V ● 14 circumacti] circumferamur W S V | in fallacia] in nequitia W S V (– Wi: per versutiam) | in astutia ... erroris] et astutiam qua insidiantur nobis ut de piant Wi ● 15 veritatem autem facientes] veraces autem existentes Wi | in illo W S V (– Wi) ● 16 subministrationis] dum alii aliis suppediant Wi | operationem] quod efficax est Wi | in mensura] in mensuram W S V (– Wi: pro mensura) | uniuscuiusque partis] uniuscuiusque membri W S V (– Wi: unumquodque membrum) ● 17 et² *om.* W S Co | sensus sui] mentis suae Wi ● 18 vita] via Co

Dei propter ignorantiam, quae est in illis propter caecita-
tem cordis ipsorum; **19** qui indolentes, semetipsos tradide-
runt impudicitiae in operationem immunditiae omnis in
avaritia.

20 Vos autem non ita didicistis Christum, **21** si tamen
illum audistis et in ipso edocti estis, sicut est veritas in Iesu:
22 deponere vos secundum pristinam conversationem ve- Kol 3,9
terem hominem, qui corrumpitur secundum desideria erro-
ris, **23** renovari autem spiritu mentis vestrae **24** et induere
novum hominem, qui secundum Deum creatus est in iustitia Gn 1,26 Kol 3,10
et sanctitate veritatis.

Officia erga proximos: 4,25–5,2

25 Propter quod deponentes mendacium *loquimini veri-* Zch 8,16
tatem unusquisque cum proximo suo, quoniam sumus invicem
membra. **26** *Irascimini et nolite peccare*; sol non occidat Ps 4,5 Ⓖ
super iracundiam vestram, **27** et nolite locum dare Diabolo.
28 Qui furabatur, iam non furetur, magis autem laboret
operando manibus bonum, ut habeat unde tribuat necessi-
tatem patienti. **29** Omnis sermo malus ex ore vestro non
procedat, sed si quis bonus ad aedificationem opportunita-
tis, ut det gratiam audientibus. **30** Et nolite contristare
Spiritum Sanctum Dei, in quo signati estis in diem redemp-
tionis.

31 Omnis amaritudo et ira et indignatio et clamor et Kol 3,8
blasphemia tollatur a vobis cum omni malitia. **32** Estote
autem invicem benigni, misericordes, donantes invicem,
sicut et Deus in Christo donavit vobis.

18 propter[1]] per W S V ● **19** indolentes] desperantes W S V | in avaritiam V ● **22** deponite E Wi L P Si ● **23** renovamini W S V ● **24** induite W S V | veritatis] vera Wi ● **27** et *om.* W S V | ~ dare locum E ● **28** manibus] *add.* suis V | bonum] quod bonum est W S V ● **29** malus] spurcus Wi | bonus] *add.* est E Wi | opportunitatis] fidei V ● **30** in die W S V (– Wi C) ● **32** vobis] nobis W S Co

5 Estote ergo imitatores Dei sicut filii carissimi 2 et am-
bulate in dilectione, sicut et Christus dilexit nos et tradi-
dit seipsum pro nobis oblationem et hostiam Deo in odorem
suavitatis.

Aliquando tenebrae, nunc autem lux: 5,3-21

Mt 15,19 3 Fornicatio autem et omnis immunditia aut avaritia nec
nominetur in vobis, sicut decet sanctos, 4 et turpitudo et
stultiloquium aut scurrilitas, quae non decent, sed magis
gratiarum actio. 5 Hoc enim scitote intellegentes quod om-
1K 6,9s nis fornicator aut immundus aut avarus, id est idolorum
cultor, non habet hereditatem in regno Christi et Dei.
6 Nemo vos decipiat inanibus verbis; propter haec enim
venit ira Dei in filios diffidentiae. 7 Nolite ergo effici com-
participes eorum; 8 eratis enim aliquando tenebrae, nunc
G 5,22 autem lux in Domino. Ut filii lucis ambulate 9 – fructus
enim lucis est in omni bonitate et iustitia et veritate – 10 pro-
bantes quid sit beneplacitum Domino; 11 et nolite commu-
nicare operibus infructuosis tenebrarum, magis autem et
redarguite; 12 quae enim in occulto fiunt ab ipsis, turpe est
et dicere; 13 omnia autem, quae arguuntur, a lumine mani-
festantur, 14 omne enim, quod manifestatur, lumen est.
Is 60,1-3 Propter quod dicit: «Surge, qui dormis, et exsurge a mortuis,
et illuminabit te Christus».

15 Videte itaque caute quomodo ambuletis, non quasi
insipientes sed ut sapientes, 16 redimentes tempus, quoniam
dies mali sunt. 17 Propterea nolite fieri imprudentes, sed

¶ 5.2 semetipsum V • 3 in vobis] inter vos Wi • 4 et^{1+2}] aut W S V | quae non decent] quae ad rem non pertinent (pertinet V) W S V • 5 id] quod W S V (– Co Wi: qui) | cultor] servitus W S V (– Co: servus; – Wi) • 6 decipiat] seducat W S V • 7 participes W S V • 10 Domino] Deo W S V • 11 et^{2} *om.* V • 14 te] tibi W S • 15 itaque] *add.* fratres W S V | ~ quomodo caute W S V

intellegite, quae sit voluntas Domini. **18** Et nolite inebriari Prv 23,31 ⊛
vino, in quo est luxuria, sed implemini Spiritu **19** loquentes Ps 33,2s Kol 3,16
vobismetipsis in psalmis et hymnis et canticis spiritalibus,
cantantes et psallentes in cordibus vestris Domino. **20** Gra-
tias agentes semper pro omnibus in nomine Domini nostri
Iesu Christi Deo et Patri, **21** subiecti invicem in timore
Christi.

De ordine domus christianae: 5,22–6,9

22 Mulieres viris suis sicut Domino, **23** quoniam vir ca- *5,22–6,9:* Kol 3,18–4,1
put est mulieris, sicut et Christus caput est ecclesiae, ipse 1 K 11,3
salvator corporis. **24** Sed ut ecclesia subiecta est Christo, ita
et mulieres viris in omnibus.

25 Viri, diligite uxores, sicut et Christus dilexit ecclesiam
et seipsum tradidit pro ea, **26** ut illam sanctificaret mundans 1 T 2,6
lavacro aquae in verbo, **27** ut exhiberet ipse sibi gloriosam
ecclesiam non habentem maculam aut rugam aut aliquid
eiusmodi, sed ut sit sancta et immaculata. **28** Ita et viri
debent diligere uxores suas ut corpora sua. Qui suam uxorem
diligit, seipsum diligit; **29** nemo enim umquam carnem suam
odio habuit, sed nutrit et fovet eam sicut et Christus eccle-
siam, **30** quia membra sumus corporis eius. **31** *Propter hoc* R 12,5

17 intelligentes W S V | Domini] Dei V ● 18 luxus Wi | impleamini E | Spiritu] *add.* Sancto V (– L P) ● 19 psalmis hymnis G Co St ● 22 suis] *add.* subditae sint W S V ● 23 et *om.* W S V | ipse] et ipse est Wi | corporis] *add.* eius V ● 24 ut] sicut W V | viris] *add.* suis W S V ● 25 uxores] *add.* vestras W V ● 26 mundans] *add.* eam V (– C) | verbo] *add.* vitae V (– L P) ● 27 ipse] ipsam Co | in gloriosam ecclesiam Si C | eiusmodi] huiusmodi V | immaculata] irreprehensibilis Wi ● 29 Christus] Dominus Wi ● 30 eius] *add.* de carne eius et de ossibus eius W S V

Gn 2,24 *relinquet homo patrem et matrem et adhaerebit uxori suae, et erunt duo in carne una.* 32 Mysterium hoc magnum est; ego autem dico de Christo et ecclesia! 33 Verumtamen et vos singuli unusquisque suam uxorem sicut seipsum diligat; uxor autem timeat virum.

6 Filii, oboedite parentibus vestris in Domino, hoc enim
Ex 20,12 est iustum. 2 *Honora patrem tuum et matrem*, quod est
Dt 5,16 mandatum primum cum promissione, 3 *ut bene sit tibi et sis longaevus super terram.* 4 Et, patres, nolite ad iracundiam provocare filios vestros, sed educate illos in disciplina et correptione Domini.

1 T 6,1s Tt 2,9s 1 P 2,18 5 Servi, oboedite dominis carnalibus cum timore et tremore, in simplicitate cordis vestri sicut Christo 6 non ad oculum servientes quasi hominibus placentes, sed ut servi Christi facientes voluntatem Dei ex animo, 7 cum bona voluntate servientes, sicut Domino et non hominibus, 8 scientes quoniam unusquisque, si quid fecerit bonum, hoc percipiet a Domino, sive servus sive liber.

9 Et, domini, eadem facite illis, remittentes minas, scientes quia et illorum et vester Dominus est in caelis, et personarum acceptio non est apud eum.

Armatura Dei induenda: 6,10-20

10 De cetero confortamini in Domino et in potentia virtutis eius. 11 Induite armaturam Dei, ut possitis stare adversus insidias Diaboli. 12 Quia non est nobis colluctatio adversus sanguinem et carnem sed adversus principatus,

31 matrem] *add.* suam W S V • 32 mysterium] sacramentum W S V | de Christo et ecclesia] in Christo et in ecclesia W S V • 33 ~ uxorem suam V | ut timeat W S | virum] *add.* suum V
¶ 6.1 ~ iustum est V • 2 matrem] *add.* tuam V | cum] in W S V (– Wi) • 4 et[1]] *add.* vos V (– G) • 6 placentes] placeatis G; placere studentes Wi • 7 bona voluntate] benevolentia Wi | sicut *om.* Wi • 8 quoniam] quod Wi | si quid] quodcumque W S V | recipiet V (– Wi: reportabit) • 9 et[1]] *add.* vos W V | quia] quod Wi | illorum et *om.* Wi | eum] Deum G Co E • 10 de cetero] de cetero fratres W S V (– Wi: ceterum fratres mei) • 11 induite] *add.* vos W S V | arma W S • 12 quia] quoniam V | ~ carnem et sanguinem W S V | principes W S V

adversus potestates, adversus mundi rectores tenebrarum 1,21; 2,2
harum, adversus spiritalia nequitiae in caelestibus.
13 Propterea accipite armaturam Dei, ut possitis resistere Sap 5,17-21 R 13,12
in die malo et, omnibus perfectis, stare. 14 State ergo *succinc-*
ti lumbos vestros *in veritate* et *induti loricam iustitiae* 15 et Is 11,5; 59,17
calceati *pedes in praeparatione evangelii pacis*, 16 in omnibus Is 52,7
sumentes scutum fidei, in quo possitis omnia tela Maligni
ignea exstinguere; 17 et *galeam salutis* assumite *et gladium* Is 49,2
Spiritus, quod est *verbum Dei*, 18 per omnem orationem et
obsecrationem orantes omni tempore in Spiritu, et in ipso
vigilantes in omni instantia et obsecratione pro omnibus
sanctis 19 et pro me, ut detur mihi sermo in aperitione oris
mei cum fiducia notum facere mysterium evangelii, 20 pro Act 4,29
quo legatione fungor in catena, ut in ipso audeam, prout
oportet me loqui.

CONCLUSIO ET BENEDICTIO: 6,21-24

21 Ut autem et vos sciatis, quae circa me sunt, quid agam,
omnia nota vobis faciet Tychicus, carissimus frater et fidelis Kol 4,7s
minister in Domino, 22 quem misi ad vos in hoc ipsum, ut
cognoscatis, quae circa nos sunt, et consoletur corda vestra.

23 Pax fratribus et caritas cum fide a Deo Patre et Do-
mino Iesu Christo. 24 Gratia cum omnibus, qui diligunt
Dominum nostrum Iesum Christum in incorruptione.

12 adversus[3]] et W S V | adversus[5]] contra W S V | nequitias Wi ● 13 arma W | omnibus perfectis] in omnibus perfecti W V (– Wi: omnino parati) ● 14 succincti lumbos vestros in] cinctis lumbis vestris Wi ● 15 in *om.* Wi | praeparationem V (– Co Wi C) ● 16 in[2] *om.* Wi | Maligni] nequissimi W S V ● 18 in ipso] ad hoc Wi | instantia] sedulitate Wi ● 19 apertione W S V ● 20 catena] *add.* ista Co E St Si | ut] ita ut W S V ● 21 ~ vobis nota V ● 23 Patre] *add.* nostro V (– L P C) ● 24 in incorruptione] corruptione G; cum sinceritate Wi; *add.* amen W V

EPISTULA AD PHILIPPENSES

INSCRIPTIO: 1,1-2

2K 1,1 **1** Paulus et Timotheus servi Christi Iesu omnibus sanctis
in Christo Iesu, qui sunt Philippis, cum episcopis et
R 1,7s diaconis: **2** gratia vobis et pax a Deo Patre nostro et Do-
mino Iesu Christo.

DE APOSTOLO ET DE EVANGELIO EIUS: 1,3-26

Gratiarum actio et oratio: 1,3-11

3 Gratias ago Deo meo in omni memoria vestri **4** semper
in omni oratione mea pro omnibus vobis cum gaudio de-
precationem faciens **5** super communione vestra in evangelio
a prima die usque nunc, **6** confidens hoc ipsum, quia, qui
coepit in vobis opus bonum, perficiet usque in diem Christi
Iesu; **7** sicut est mihi iustum hoc sentire pro omnibus vobis,
eo quod habeam in corde vos et in vinculis meis et in de-
fensione et confirmatione evangelii socios gratiae meae
R 1,9 omnes vos esse. **8** Testis enim mihi Deus, quomodo cupiam
omnes vos in visceribus Christi Iesu. **9** Et hoc oro, ut caritas
vestra magis ac magis abundet in scientia et omni sensu,
10 ut probetis potiora, ut sitis sinceri et sine offensa in diem
Christi, **11** repleti fructu iustitiae, qui est per Iesum Chris-
tum, in gloriam et laudem Dei.

Paulus praedicator evangelii: 1,12-26

12 Scire autem vos volo, fratres, quia, quae circa me sunt,
magis ad profectum venerunt evangelii, **13** ita ut vincula
mea manifesta fierent in Christo in omni praetorio et in

¶**1.1** ~ Iesu Christi W S V | diaconibus W V (– Wi) ● **4** in omni oratione mea] in cunctis orationibus meis W S V ● **5** super communione vestra in evangelio] quod communicatis evangelio Wi | communione vestra] communicatione vestra W S V (– G: communicationem vestram; – Wi) | evangelio] *add.* Christi V (– Wi) | a primo die G ● **6** confidens] confidens in E; et confido Wi | quia] quod Wi | ad diem Wi ● **7** ~ vos in corde W V | socios ... esse] vos inquam omnes socios gratiae Wi | gratiae meae] gaudii mei W S V (– Wi) ● **8** mihi] *add.* est W S V (– Wi) | Deus] *add.* est Wi | quomodo] quod Wi | vos] *add.* esse Co E Wi St | ~ Iesu Christi W V ● **9** scientia] omni scientia G Co St Si; agnitione Wi | in omni V ● **10** sinceres W S G E St L P ● **11** qui est *om.* W S V (– Wi) | ~ Christum Iesum W S | in] ad Wi | ~ laudem et gloriam G ● **12** ~ volo vos G E | quia] quod Wi ● **13** in toto praetorio Wi

ceteris omnibus, **14** et plures e fratribus in Domino confi-
dentes vinculis meis abundantius audere sine timore verbum
loqui. **15** Quidam quidem et propter invidiam et contentio-
nem, quidam autem et propter bonam voluntatem Chri-
stum praedicant; **16** hi quidem ex caritate scientes quoniam
in defensionem evangelii positus sum, **17** illi autem ex con-
tentione Christum annuntiant, non sincere, existimantes
pressuram se suscitare vinculis meis. **18** Quid enim? Dum
omni modo, sive sub obtentu sive in veritate, Christus
annuntietur, et in hoc gaudeo; sed et gaudebo, **19** scio enim
quia hoc mihi proveniet in salutem per vestram orationem Job 13,16 ⓖ
et subministrationem Spiritus Iesu Christi, **20** secundum
exspectationem et spem meam quia in nullo confundar, sed
in omni fiducia sicut semper et nunc magnificabitur Chri-
stus in corpore meo, sive per vitam sive per mortem.

21 Mihi enim vivere Christus est et mori lucrum. **22** Quod
si vivere in carne, hic mihi fructus operis est, et quid eligam
ignoro. **23** Coartor autem ex his duobus: desiderium habens 2K 5,8
dissolvi et cum Christo esse, multo magis melius; **24** per-
manere autem in carne magis necessarium est propter vos.
25 Et hoc confidens scio quia manebo et permanebo omni-
bus vobis ad profectum vestrum et gaudium fidei, **26** ut
gloriatio vestra abundet in Christo Iesu in me per meum
adventum iterum ad vos.

14 et] ut V (– C) | in vinculis V (– Wi C) | auderent V | verbum] *add.* Dei W S V (– Wi: Dei verbum) • 16 *in hoc loco habet versum* 17 Wi | hi quidem] quidam W S V | quoniam] quod Wi | defensione G Co E St | positus sim Wi • 17 *in hoc loco habet versum* 16 Wi | illi] quidam W S V | pressuram se suscitare] adflictionem addere Wi • 18 dum omni modo] modo omnino Wi | sub obtentu] per occasionem W S V | in veritate] per veritatem W S V | annuntiatur S • 19 in] ad V • 20 quia] quod Wi | per² *om.* Wi • 22 hic] hoc Co | hic mihi fructus operis est] fructuosum est Wi • 23 ex] e V | his *om.* W S V | ~ esse cum Christo V | multo magis melius] id multo melius erat Wi • 24 magis *om.* W V (– Wi) | est *om.* V (– Wi) • 25 quia] quod Wi • 26 gloriatio] gratulatio W S V | in me per meum adventum] per me in meo adventu Wi

MONITA VARIA: 1,27–2,18

Exhortatio ad unitatem: 1,27–2,4

27 Tantum digne evangelio Christi conversamini, ut sive
cum venero et videro vos, sive absens audiam de vobis quia
statis in uno Spiritu unanimes concertantes fide evangelii
28 et in nullo perterriti ab adversariis, quod est illis indicium
perditionis, vobis autem salutis, et hoc a Deo; 29 quia vobis
hoc donatum est pro Christo, non solum ut in eum credatis,
sed ut etiam pro illo patiamini 30 idem certamen habentes,
quale vidistis in me et nunc auditis in me.

2 Si qua ergo consolatio in Christo, si quod solacium
caritatis, si qua communio spiritus, si quae viscera et mi-
serationes, 2 implete gaudium meum, ut idem sapiatis,
eandem caritatem habentes, unanimes, id ipsum sapientes,
3 nihil per contentionem neque per inanem gloriam, sed in
humilitate superiores sibi invicem arbitrantes, 4 non, quae
sua sunt, singuli considerantes, sed et ea, quae aliorum.

Hymnus in Christum, qui formam servi accepit: 2,5–11

5 Hoc sentite in vobis, quod et in Christo Iesu:
6 qui cum in forma Dei esset,
non rapinam arbitratus est esse se aequalem Deo,
7 sed semetipsum exinanivit formam servi accipiens,

27 quia] quod Wi | stetistis S; stetis Wi | in *om.* S | concertantes] collaborantes W S V | fidei W V • 28 perterriti] terreamini W S V | quod] quae W S V (– Wi) | est illis] illis est St L P Si C; est in illis Co; est illis quidem Wi | indicium] causa W S V (– Wi) | perditionis] *add.* est Wi • 29 hoc *om.* W S V | ~ ut solum non E • 30 idem ... quale] eundem ... qualem S | quale] *add.* et W S V | audistis W S V (– Wi) | in²] de W S V
¶ 2.1 consolatio] *add.* est Wi | in Christo] per Christum Wi | communio] societas W S V | quae] qua V; quid W S | viscera miserationis V (– Wi: viscera et miseratio) • 2 id ipsum] idem Wi | sapientes] sentientes W S V • 3 superiores sibi invicem] superiorem quisque alterum invicem Wi • 4 considerate Wi | et *om.* V (– E) • 5 hoc] *add.* enim W S V | in vobis] inter vos Wi • 6 esse se aequalem] ut esset aequalis Wi

in similitudinem hominum factus;
et habitu inventus ut homo,
8 humiliavit semetipsum factus oboediens usque ad mortem,
mortem autem crucis.
9 Propter quod et Deus illum exaltavit
et donavit illi nomen,
quod est super omne nomen,
10 ut in nomine Iesu *omne genu flectatur* Is 45,23
caelestium et terrestrium et infernorum,
11 *et omnis lingua confiteatur:*
«Dominus Iesus Christus!»,
in gloriam Dei Patris.

Sollicitudo Pauli pro salute Philippensium: 2,12-18

12 Itaque, carissimi mei, sicut semper oboedistis, non ut
in praesentia mei tantum sed multo magis nunc in absentia
mea, cum metu et tremore vestram salutem operamini;
13 Deus est enim, qui operatur in vobis et velle et perficere
pro suo beneplacito. 14 Omnia facite sine murmurationibus
et haesitationibus, 15 ut efficiamini sine querela et simplices,
filii Dei sine reprehensione in medio generationis pravae et Dt 32,5
perversae, inter quos lucetis sicut luminaria in mundo,
16 verbum vitae firmiter tenentes ad gloriam meam in die
Christi, quia non in vacuum cucurri neque in vacuum
laboravi. 17 Sed et si delibor supra sacrificium et obse- Is 65,23 𝔊; 49,4
quium fidei vestrae, gaudeo et congaudeo omnibus vobis;
18 idipsum autem et vos gaudete et congaudete mihi. 3,1

DE MINISTRIS, QUI AD EOS MITTENTUR:
DE TIMOTHEO ET EPAPHRODITO: 2,19-30

19 Spero autem in Domino Iesu Timotheum cito me Act 16,1
mittere ad vos, ut et ego bono animo sim, cognitis, quae
circa vos sunt. 20 Neminem enim habeo tam unanimem,
qui sincere pro vobis sollicitus sit; 21 omnes enim sua quae-

7 similitudine Wi ● 9 et^{1} *om.* Wi | ~ exaltavit illum V | quod est *om.* W S | supra Co ● 10 flectat S | et^{1} *om.* V ● 11 confiteatur] *add.* quia (quod Wi) W S V | in gloriam] in gloria est W S V ● 12 ut *om.* G Co E Wi St | in praesentia mea Wi ● 13 proficere G Co St; efficere Wi | suo beneplacito] bona voluntate W S V (– Wi: beneplacito) ● 14 omnia] *add.* autem W S V ● 15 efficiamini] sitis W S V | sine querela et simplices] inculpati et sinceri Wi | sine reprehensione] irreprehensibiles Wi | generationis] nationis W S V | pravae atque perversae E Wi ● 16 firmiter tenentes] continentes W S V (– Wi: retinentes) | ad gloriam meam] ut glorier Wi | quia] quod Wi ● 17 delibor] immolor W S V (– Co E St: aemulor) | supra] tamquam Wi | congaudeo] con- →

runt, non quae sunt Iesu Christi. **22** Probationem autem
eius cognoscitis, quoniam sicut patri filius mecum servivit
in evangelium. **23** Hunc igitur spero me mittere, mox ut
videro, quae circa me sunt; **24** confido autem in Domino,
quoniam et ipse cito veniam.

25 Necessarium autem existimavi Epaphroditum fratrem
et cooperatorem et commilitonem meum, vestrum autem
apostolum et ministrum necessitatis meae, mittere ad vos,
26 quoniam omnes vos desiderabat et maestus erat, propter-
ea quod audieratis illum infirmatum. **27** Nam et infirmatus
est usque ad mortem, sed Deus misertus est eius; non so-
lum autem eius, verum et mei, ne tristitiam super tristitiam
haberem. **28** Festinantius ergo misi illum, ut, viso eo, iterum
gaudeatis, et ego sine tristitia sim. **29** Excipite itaque illum
in Domino cum omni gaudio et eiusmodi cum honore ha-
betote, **30** quoniam propter opus Christi usque ad mortem
accessit in interitum tradens animam suam, ut suppleret id,
quod vobis deerat ministerii erga me.

DE CONVERSATIONE CHRISTIANORUM.
DE PAULO IMITANDO: 3,1–4,9

De constantia fidei servanda: 3,1-6

2,18; 4,4 **3** De cetero, fratres mei, gaudete in Domino. Eadem vobis
scribere mihi quidem non pigrum, vobis autem secu-
rum. **2** Videte canes, videte malos operarios, videte con-
cisionem! **3** Nos enim sumus circumcisio, qui Spiritu Dei
servimus et gloriamur in Christo Iesu et non in carne fidu-
2K 11,18.22 ciam habentes, **4** quamquam ego habeam confidentiam et in
carne. Si quis alius videtur confidere in carne, ego magis:
5 circumcisus octava die, ex genere Israel, de tribu Benia-
min, Hebraeus ex Hebraeis, secundum legem pharisaeus,

21 sunt *om.* Co E Wi | ~ Christi Iesu S • 22 probationem] experimentum W S V | cognoscite W S V (– Wi) | quoniam] quia V (– Co E; – Wi: quod) | in evangelio W V • 23 mittere] *add.* ad vos V • 24 quoniam] quod Wi | cito veniam] veniam ad vos cito W S V • 26 quoniam] *add.* quidem W S V | infirmatum] aegrotasse Wi • 27 infirmatus est] aegrotavit Wi | verum] *add.* etiam W S V • 28 festinantius] studiosus Wi | viso illo Co E Wi • 29 ~ illum cum omni gaudio in Domino W S V (– Wi: in Domino illum cum omni gaudio) | eiusmodi] tales Wi | cum honore habetote] in pretio habete Wi • 30 in interitum ... erga me] tradens animam suam, ut impleret id, quod ex vobis deerat, erga meum obsequium W S V (– Wi: tradens animam suam, ut suppleret id, quod in vestro erga me officio defuit) →

→ gratulor W S V • 18 idipsum] idem Wi | congaudete] congratulamini W S V • 19 ~ me cito V | circa nos sunt G • 20 sincere] sincera affectione W S V (– Wi) • 21 sua] quae sua sunt V

6 secundum aemulationem persequens ecclesiam, secundum
iustitiam, quae in lege est, conversatus sine querela.

De societate, quam cupit habere cum Christo: 3,7-21

7 Sed, quae mihi erant lucra, haec arbitratus sum propter
Christum detrimentum. **8** Verumtamen existimo omnia
detrimentum esse propter eminentiam scientiae Christi Iesu
Domini mei, propter quem omnia detrimentum feci et
arbitror ut stercora, ut Christum lucrifaciam **9** et inveniar
in illo non habens meam iustitiam, quae ex lege est, sed R 1,17; 3,21
illam, quae per fidem est Christi, quae ex Deo est iustitia in
fide, **10** ad cognoscendum illum et virtutem resurrectionis R 6,3-5
eius et communionem passionum illius, conformans me
morti eius, **11** si quo modo occurram ad resurrectionem,
quae est ex mortuis. **12** Non quod iam acceperim aut iam
perfectus sim, persequor autem si umquam comprehendam,
sicut et comprehensus sum a Christo Iesu.

13 Fratres, ego me non arbitror comprehendisse; unum
autem: quae quidem retro sunt, obliviscens, ad ea vero,
quae ante sunt, extendens me **14** ad destinatum persequor,
ad bravium supernae vocationis Dei in Christo Iesu.

15 Quicumque ergo perfecti, hoc sentiamus; et si quid
aliter sapitis, et hoc vobis Deus revelabit; **16** verumtamen,
ad quod pervenimus, in eodem ambulemus.

17 Coimitatores mei estote, fratres, et observate eos, qui 1K 11,1
ita ambulant, sicut habetis formam nos. **18** Multi enim am-
bulant, quos saepe dicebam vobis, nunc autem et flens dico,

6 ecclesiam] *add.* Dei W S V (- Wi) | querela] crimine Wi • 7 erant] fuerunt W S V | detrimenta W S V • 8 eminentiam scientiae] eminentem scientiam (cognitionem Wi) W S V | ~ Iesu Christi W S V | omnia detrimentum] omnium iactura Wi | stercoram Wi • 9 et] ut et G Co E St; ut Wi | per fidem] ex fide W S V | Christi] *add.* Iesu Co E St Si C | in fide] per fidem Wi • 10 agnoscendum W S | communionem] societatem W S V | passionis E St | conformans me] configuratus W S V • 12 sequor W S V | si *om.* G | umquam] quomodo V (- G L P); *om.* W S G L P | apprehendam Wi | sicut] in quo W S V (- Wi: quomodo) | apprehensus Wi • 13 ~ non arbitror me Wi | autem] *add.* hoc ago Wi | ad ea vero quae ante sunt] ad anteriora vero Wi | ante sunt] sunt (+ in S) priora W S V (- Wi) | me²] meipsum V • 14 ad destinatum persequor] ad scopum tendo Wi | bravium] praemium Wi | per Christum Iesum Wi • 15 perfecti] *add.* sumus V | aliter] aliud G; praeterea Wi | ~ revelabit et hoc vobis Deus Wi | revelavit G St L P • 16 ad quid P | ad quod pervenimus] in ea regula ad quam pervenimus Wi | in eodem ambulemus] ut idem sapiamus et (- L P) in eadem permaneamus →

→ ¶ 3.1 de cetero] ceterum Wi | mihi] me Wi | pigrum vobis autem securum] piget vos autem securos facit Wi | securum] necessarium W S V (- Wi) • 3 Spiritu *om.* Wi | Dei] Deo W S V (~ servimus Deo V) | habemus Wi • 4 ego¹] et ego V (- C) | et *om.* V (- C) • 5 octavo V (- G Co)

inimicos crucis Christi, 19 quorum finis interitus, quorum
R 16,18 deus venter et gloria in confusione ipsorum, qui terrena
H 12,22 sapiunt. 20 Noster enim municipatus in caelis est, unde
etiam salvatorem exspectamus Dominum Iesum Christum,
21 qui transfigurabit corpus humilitatis nostrae, ut illud
conforme faciat corpori gloriae suae secundum operationem, qua possit etiam subicere sibi omnia.

Exhortationes ad vitam perfectam: 4,1-9

4 Itaque, fratres mei carissimi et desideratissimi, gaudium
et corona mea, sic state in Domino, carissimi!
2 Evodiam rogo et Syntychen deprecor idipsum sapere
in Domino. 3 Etiam rogo et te, germane compar, adiuva
illas, quae mecum concertaverunt in evangelio cum Clemente et ceteris adiutoribus meis, quorum nomina sunt in
Ps 69,29 Ap 3,5 libro vitae.
3,1 4 Gaudete in Domino semper. Iterum dico: Gaudete!
1 K 7,29 1 P 4,7 5 Modestia vestra nota sit omnibus hominibus. Dominus
prope. 6 Nihil solliciti sitis, sed in omnibus oratione et
obsecratione cum gratiarum actione petitiones vestrae innotescant apud Deum. 7 Et pax Dei, quae exsuperat omnem
sensum, custodiet corda vestra et intellegentias vestras in
Christo Iesu.
8 De cetero, fratres, quaecumque sunt vera, quaecumque
pudica, quaecumque iusta, quaecumque casta, quaecumque
amabilia, quaecumque bonae famae, si qua virtus et si qua
laus, haec cogitate; 9 quae et didicistis et accepistis et
R 15,33 audistis et vidistis in me, haec agite; et Deus pacis erit
vobiscum.

APOSTOLI GRATIARUM ACTIO: 4,10-20

10 Gavisus sum autem in Domino vehementer quoniam
tandem aliquando refloruistis pro me sentire, sicut et sentiebatis, opportunitate autem carebatis. 11 Non quasi propter

18 inimici Wi ● 19 venter] *add.* est V ● 20 noster enim municipatus] nostra autem conversatio W S V | Dominum] *add.* nostrum V ● 21 transfigurabit] reformabit W S V | humilitatis nostrae] humile nostrum Wi | ut illud conforme faciat] configuratum W S V | gloriae suae] claritatis suae W S V (– Wi: suo glorioso) | operationem] efficaciam Wi; *add.* virtutis suae Co E St Si | ~ etiam possit V (– Wi: potest ipse) →

→ regula W S V (– Wi: incedamus et idem sapiamus) ● 17 imitatores W S V | ita] sic Wi | nos] nostram V

penuriam dico, ego enim didici, in quibus sum, sufficiens
esse. **12** Scio et humiliari, scio et abundare; ubique et in
omnibus institutus sum et satiari et esurire et abundare et
penuriam pati. **13** Omnia possum in eo, qui me confortat.
14 Verumtamen bene fecistis communicantes tribulationi
meae. **15** Scitis autem et vos, Philippenses, quod in prin-
cipio evangelii, quando profectus sum a Macedonia, nulla
mihi ecclesia communicavit in ratione dati et accepti nisi
vos soli; **16** quia et Thessalonicam et semel et bis in usum
mihi misistis. **17** Non quia quaero datum, sed requiro fruct-
um, qui abundet in rationem vestram. **18** Accepi autem
omnia et abundo; repletus sum acceptis ab Epaphrodito,
quae misistis odorem suavitatis, hostiam acceptam, pla-
centem Deo. **19** Deus autem meus implebit omne desideri-
um vestrum secundum divitias suas in gloria in Christo
Iesu. **20** Deo autem et Patri nostro gloria in saecula saecu- R 16,27
lorum. Amen.

CONCLUSIO. SALUTATIONES ET BENEDICTIO: 4,21-23

21 Salutate omnem sanctum in Christo Iesu. Salutant vos,
qui mecum sunt, fratres. **22** Salutant vos omnes sancti,
maxime autem, qui de Caesaris domo sunt.
23 Gratia Domini Iesu Christi cum spiritu vestro. Amen.

11 sufficiens] contentus Wi ● 12 abundare[1]] excellere Wi | satiari] satur esse Wi | abundare[2]] abundari G ● 13 in eo] per Christum Wi ● 16 quia] quod Wi | et[2] *om.* W V ● 17 quia quaero ... qui abundet] quod quaeram donum, sed quaero ut fructus abundet Wi | qui abundet] abundantem W S V (- Wi) | in ratione vestra V ● 18 accepi] habeo W S V (- Wi: recepi) | acceptis] exceptis E; cum accepi Wi | in odorem V (- L P C) ● 19 impleat W S V (- Wi: sublevet) | omne desiderium vestrum] omnem necessitatem vestram Wi | in gloriam per Christum Iesum Wi ● 20 gloria] *add.* sit Wi ● 21 omnes sanctos Wi ● 22 qui e Caesaris familia sunt Wi ● 23 Domini] *add.* nostri W V

→ ¶ 4.1 desiderantissimi W S | gaudium] *add.* meum W S V ● 2 Euchodiam G E St L P | rogo] adhortor Wi | deprecor idipsum sapere] adhortor ut sint concordes Wi | in idipsum G ● 3 germane compar] compar sincere Wi | concertaverunt] laboraverunt W S V ● 5 modestia] mansuetudo Wi | Dominus] *add.* enim V (- L P C) | prope] *add.* est W V ● 6 in omni oratione W S V ● 7 sensum] intellectum Wi | custodiat W S V | intellegentias] mentes Wi | per Christum Iesum Wi ● 8 de cetero] ceterum Wi | pudica] modesta Wi | casta] sancta W S V (- Wi) | et *om.* W S V | laus] *add.* disciplinae V (- Wi) | cogitate] meditamini Wi ● 10 ~ autem sum Wi | quoniam] quod Wi | refloruistis pro me sentire] reviguit sollicitudo vestra pro me Wi | et sentiebatis] eratis solliciti Wi | opportunitate autem carebatis] occupati autem eratis W S V (- Wi: verum deerat opportunitas)

EPISTULA AD COLOSSENSES

INSCRIPTIO: 1,1-2

E 1,1 **1** Paulus apostolus Christi Iesu per voluntatem Dei et
Timotheus frater **2** his, qui sunt Colossis, sanctis et fideli-
R 1,7 bus fratribus in Christo: gratia vobis et pax a Deo Patre
nostro.

DE OPERE REDEMPTIONIS: 1,3-23

Gratias agit Colossensibus: 1,3-8

E 1,15s **3** Gratias agimus Deo Patri Domini nostri Iesu Christi
semper pro vobis orantes, **4** audientes fidem vestram in
Christo Iesu et dilectionem, quam habetis in sanctos omnes,
5 propter spem, quae reposita est vobis in caelis, quam ante
audistis in verbo veritatis evangelii, **6** quod pervenit ad vos,
sicut et in universo mundo est fructificans et crescens sicut
et in vobis ex ea die, qua audistis et cognovistis gratiam
Phm 23 Dei in veritate; **7** sicut didicistis ab Epaphra carissimo con-
servo nostro, qui est fidelis pro nobis minister Christi, **8** qui
etiam manifestavit nobis dilectionem vestram in Spiritu.

Orat, ut Colossenses intellectu spirituali impleantur: 1,9-11

E 1,15-17 **9** Ideo et nos, ex qua die audivimus, non cessamus pro
vobis orantes et postulantes, ut impleamini agnitione vo-
luntatis eius in omni sapientia et intellectu spiritali, **10** ut
ambuletis digne Domino per omnia placentes, in omni
opere bono fructificantes et crescentes in scientia Dei, **11** in
omni virtute confortati secundum potentiam claritatis eius

¶ **1.1** ~ Iesu Christi V ● **2** his] eis P Si C; iis St L | Christo] *add.* Iesu W S V (– Wi) | nostro] *add.* et Domino (– Wi) Iesu Christo V (– G E St) ● **3** Deo] *add.* et W S V ● **4** in sanctos] erga sanctos Wi ● **5** ante *om.* W S V ● **6** fructificans et crescens] et fructificat et crescit W S V | et[3] *om.* W S V | in vobis] apud vos Wi ● **7** sicut] *add.* et Wi | conserva G | nobis] vobis W S V | Christi] *add.* Iesu W S V (– Wi) ● **10** ambulemus Wi | Domino] Deo W S V (– Wi) | scientia] agnitionem Wi ● **11** in *om.* Wi | secundum potentiam claritatis] iuxta potentiam gloriae Wi

in omnem patientiam et longanimitatem,

Hymnus in Christum Dei invisibilis imaginem: 1,12-20

cum gaudio **12** gratias agentes Patri, qui idoneos vos fecit in
partem sortis sanctorum in lumine;

13 qui eripuit nos de potestate tenebrarum
et transtulit in regnum Filii dilectionis suae,
14 in quo habemus redemptionem,
remissionem peccatorum; E 1,7
15 qui est imago Dei invisibilis,
primogenitus omnis creaturae, 2K 4,4
16 quia in ipso condita sunt universa in caelis et in terra,
visibilia et invisibilia,
sive throni sive dominationes
sive principatus sive potestates. E 1,21
Omnia per ipsum et in ipsum creata sunt,
17 et ipse est ante omnia,
et omnia in ipso constant.
18 Et ipse est caput corporis ecclesiae;
qui est principium, primogenitus ex mortuis, E 1,22s
ut sit in omnibus ipse primatum tenens,
19 quia in ipso complacuit omnem plenitudinem habitare
20 et per eum reconciliare omnia in ipsum,
pacificans per sanguinem crucis eius, E 1,10
sive quae in terris sive quae in caelis sunt.

In fide sint fundati et a spe immobiles: 1,21-23

21 Et vos, cum essetis aliquando alienati et inimici sensu
in operibus malis, **22** nunc autem reconciliavit in corpore E 2,14-16

11 in omni patientia et longanimitate W S V (– Wi: ad tolerantiam et patientiam) ● **12** agentes] *add.* Deo et (– G C) V (– Wi) | idoneos vos] dignos (idoneos Wi) nos W S V | in partem] ad partem Wi ● **14** in quo] per quem Wi | redemptionem] *add.* per sanguinem eius Wi C; *add.* et G Co E St Si ● **16** quia] quoniam V | in ipso condita sunt] per ipsum sunt Wi | in ipsum] in ipso W S V (– Wi) ● **17** omnia[1]] omnes W S V (– Wi) | in ipso constant] per ipsum consistunt Wi ● **19** plenitudinem] *add.* divinitatis E St | inhabitare V ● **20** reconciliari G Co E St | in ipso G St | pacificans] et pacificare Wi | eius] *add.* per eundem Wi | sive[1+2]] et Wi | ~ in caelis … in terris E | in terra Wi ● **21** cum essetis] qui eratis Wi | sensu] mente Wi ● **22** autem *om.* Wi | in *om.* Wi

carnis eius per mortem exhibere vos sanctos et immaculatos
et irreprehensibiles coram ipso, **23** si tamen permanetis in
fide fundati et stabiles et immobiles a spe evangelii, quod
audistis, quod praedicatum est in universa creatura, quae
sub caelo est, cuius factus sum ego Paulus minister.

SOLLICITUDO APOSTOLI PRO ECCLESIA: 1,24–2,23

Paulus minister ecclesiae omnem hominem docet: 1,24-29

24 Nunc gaudeo in passionibus pro vobis et adimpleo ea
quae desunt passionum Christi in carne mea pro corpore
eius, quod est ecclesia, **25** cuius factus sum ego minister
secundum dispensationem Dei, quae data est mihi in vos,
R 16,25s 1 K 2,7 ut impleam verbum Dei, **26** mysterium, quod absconditum
E 3,3.9 fuit a saeculis et generationibus, nunc autem manifestatum
est sanctis eius, **27** quibus voluit Deus notas facere divitias
gloriae mysterii huius in gentibus, quod est Christus in
vobis, spes gloriae; **28** quem nos annuntiamus, commonen-
E 4,13 tes omnem hominem et docentes omnem hominem in omni
sapientia, ut exhibeamus omnem hominem perfectum in
Christo; **29** ad quod et laboro certando secundum opera-
tionem eius, quae operatur in me in virtute.

De fide ecclesiae: 2,1-7

2 Volo enim vos scire qualem sollicitudinem habeam pro
vobis et pro his, qui sunt Laodiciae, et quicumque non
viderunt faciem meam in carne, **2** ut consolentur corda
ipsorum instructi in caritate et in omnes divitias plenitudi-

22 eius] suae Wi | exhibere] ut exhiberet Wi Si | immaculatos et irreprehensibiles] irreprehensibiles et inculpatos Wi ● **24** nunc] qui nunc W S V | adimplebo G | passionibus Wi ● **25** in vos] in vobis V (– Wi: ad vos; – C) ● **26** generationibus] aetatibus Wi | manifestum G ● **27** voluit] noluit G | mysterii] sacramenti W S V (– Wi) | in vobis] inter vos Wi ● **28** annuntiavimus Co St | commonentes] corripientes W S V | omnem hominem² *om.* G Co E St | Christo] *add.* Iesu W S V ● **29** ad quod] in quo W S V (– Wi) | et *om.* Wi | operationem] efficaciam Wi | quae] quam W S V (– Wi) | in virtute] potenter Wi

¶ **2.1** qualem sollicitudinem] quantum certamen Wi | his] iis St L P Si C ● **2** consolentur] consolationem accipiant Wi | ipsorum] eorum Wi | instructi ... agnitionem] qui in caritate nobiscum coniuncti sunt, ut consequantur omnes divitias certae intelligentiae et agnitionem Wi

nis intellectus, in agnitionem mysterii Dei, Christi, 3 in quo Is 45,3 Prv 2,2s
sunt omnes thesauri sapientiae et scientiae absconditi.
4 Hoc dico, ut nemo vos decipiat in subtilitate sermonum.
5 Nam etsi corpore absens sum, sed spiritu vobiscum sum,
gaudens et videns ordinem vestrum et firmamentum eius,
quae in Christum est, fidei vestrae.
6 Sicut ergo accepistis Christum Iesum Dominum, in
ipso ambulate, 7 radicati et superaedificati in ipso et con- E 2,20; 3,17
firmati fide, sicut didicistis, abundantes in gratiarum actione.

Philosophia et traditiones hominum vitandae: 2,8-23

8 Videte, ne quis vos depraedetur per philosophiam et
inanem fallaciam secundum traditionem hominum, secun-
dum elementa mundi et non secundum Christum; 9 quia
in ipso inhabitat omnis plenitudo divinitatis corporaliter,
10 et estis in illo repleti, qui est caput omnis principatus et
potestatis, 11 in quo et circumcisi estis circumcisione non
manufacta in exspoliatione corporis carnis, in circumcisione
Christi, 12 consepulti ei in baptismo, in quo et conresusci- R 6,4
tati estis per fidem operationis Dei, qui suscitavit illum a
mortuis; 13 et vos, cum mortui essetis in delictis et prae- E 2,1.5

2 in agnitione W G Co E | Dei Christi] Dei Patris Christi Iesu W S G St L P; Dei Patris et Christi Iesu E Si C; Dei et Patris et Christi (+ Iesu Co) Co Wi • 4 hoc] *add.* autem W S V | ut nemo] ne quis Wi | in subtilitate sermonum] probabili sermone Wi | subtilitate] sublimitate V (– Wi) • 5 corpore] carne Wi | sed] tamen Wi | firmamentum ... vestrae] firmitatem fidei vestrae, quae in Christum est Wi | in Christo W S V (– Wi) • 6 ~ Iesum Christum V | Dominum] *add.* nostrum G Co E St | in] ita in Wi • 7 fide] in fide V (– L P C) | sicut] *add.* et W S V | didicistis] docti estis Wi | abundantes] *add.* in illo V (– Wi: *add.* per illam) • 8 depraedetur] decipiat W S V (– Wi) • 10 completi Wi • 11 in quo] per quem Wi | in exspoliatione corporis] exuendo corpus peccatorum Wi | sed in circumcisione V (– Wi L P); per circumcisionem Wi • 12 ei] cum eo Wi | in quo et] in quo Co; quare et cum eo Wi | conresuscitati estis] resurrexistis W S V (– Wi: resuscitati estis) | operationis] quae est efficacia Wi

putio carnis vestrae, convivificavit cum illo, donans nobis
omnia delicta, **14** delens, quod adversum nos erat, chirogra-
phum decretis, quod erat contrarium nobis, et ipsum tulit
E 1,21 de medio affigens illud cruci; **15** exspolians principatus et
potestates traduxit confidenter, triumphans illos in semet-
ipso.

16 Nemo ergo vos iudicet in cibo aut in potu aut ex parte
diei festi aut neomeniae aut sabbatorum, **17** quae sunt
H 8,5; 10,1 umbra futurorum, corpus autem Christi. **18** Nemo vos
bravio defraudet complacens sibi in humilitate et religione
angelorum propter ea, quae vidit, ingrediens, frustra infla-
tus sensu carnis suae **19** et non tenens caput, ex quo totum
E 2,22; 4,16 corpus per nexus et coniunctiones subministratum et com-
paginatum crescit in augmentum Dei.

20 Si mortui estis cum Christo ab elementis mundi, quid
tamquam viventes in mundo decretis subicimini: **21** «Ne
tetigeris neque gustaveris neque contrectaveris», **22** quae
Is 29,13 ⓖ sunt omnia in corruptionem ipso usu secundum praecepta
et doctrinas hominum? **23** Quae sunt rationem quidem
habentia sapientiae in superstitione et humilitate, et non
parcendo corpori, non in honore aliquo ad saturitatem
carnis.

ADMONENTUR BAPTISMATE RENATI: 3,1–4,6

De homine vetere et novo: 3,1-17

E 2,6 **3** Igitur si conresurrexistis Christo, quae sursum sunt
Ps 110,1 quaerite, ubi Christus est in dextera Dei sedens; **2** quae
sursum sunt sapite, non quae supra terram. **3** Mortui enim
estis, et vita vestra abscondita est cum Christo in Deo!
4 Cum Christus apparuerit, vita vestra, tunc et vos appa-
rebitis cum ipso in gloria.

13 nobis] vobis W S V ● **14** adversus W V | decretis] decreti V (– Wi); *add.* constans Wi | ipsum tulit de] sustulit illud e Wi | illud *om.* Wi ● **15** et exspolians V | traduxit] ostentavit Wi | confidenter] confidenter palam W V (– Wi); palam S Wi | in semetipso] in seipso Co E; per se Wi ● **16** ex] in W S V ● **18** bravio ... sibi] seducat volens W S V (– Wi: seducat) | humilitate] *add.* data opera Wi | propter ea *om.* W S V | quae non vidit W S V | ingrediens] ambulans W S V | ~ suae carnis E ● **19** obtinens Wi | compaginatum] constructum W S V (– Wi: coagmentatum) | in augmento Wi ● **20** si] *add.* ergo V (– G St) | huius mundi V | quid] *add.* adhuc W S V (– Wi) | in *om.* Co E Wi St | decretis subicimini] decernitis W S V (– Wi: decretis tenemini) ● **21** tetigeritis V (– Wi) | neque[1+2]] ne Wi | gustaveritis V (– Wi) | contrectaveritis V (– Wi) ● **22** sunt ... usu] omnia ipso usu consumuntur Wi | corruptionem] interitum V (– Co E Wi); interitu W S Co E ● **23** non parcendo] non ad parcendum V (– Wi); ad non →

5 Mortificate ergo membra, quae sunt super terram: Mt 15,19 R 1,29s
fornicationem, immunditiam, libidinem, concupiscentiam G 5,19s
malam et avaritiam, quae est simulacrorum servitus, **6** prop-
ter quae venit ira Dei super filios incredulitatis; **7** in quibus
et vos ambulastis aliquando, cum viveretis in illis. **8** Nunc
autem deponite et vos omnia: iram, indignationem, mali- E 4,31
tiam, blasphemiam, turpem sermonem de ore vestro;
9 nolite mentiri invicem, qui exuistis vos veterem hominem E 4,22-24
cum actibus eius **10** et induistis novum, eum, qui renovatur
in agnitionem secundum imaginem eius, qui creavit eum, Gn 1,26s
11 ubi non est Graecus et Iudaeus, circumcisio et praepu- G 3,28
tium, barbarus, Scytha, servus, liber, sed omnia et in omni-
bus Christus.

12 Induite vos ergo sicut electi Dei, sancti et dilecti, E 4,32
viscera misericordiae, benignitatem, humilitatem, mansue-
tudinem, longanimitatem, **13** supportantes invicem et do-
nantes vobis ipsis, si quis adversus aliquem habet querelam;
sicut et Dominus donavit vobis, ita et vos; **14** super omnia
autem haec: caritatem, quod est vinculum perfectionis. E 4,3s
15 Et pax Christi dominetur in cordibus vestris, ad quam
et vocati estis in uno corpore. Et grati estote. R 12,5
16 Verbum Christi habitet in vobis abundanter, in omni
sapientia docentes et commonentes vosmetipsos psalmis, E 5,19

5 membra] *add.* vestra W S V | fornicationem] *add.* et Wi ● 7 et vos *om.* G Co St ● 9 qui exuistis] exspoliantes W S V (- Wi: exuentes) | vos *om.* Wi | actibus] operibus Wi | eius] suis V ● 10 induentes W S V | agnitionem] *add.* Dei Co St Si; agnitione Dei E Wi | eum[2]] illum St L P Si C ● 11 est] *add.* masculus et femina E St Si | Graecus] gentilis W S V | barbarus] *add.* et W S V | servus] *add.* et W S V | et[3] *om.* Wi ● 12 ~ ergo vos Wi | mansuetudinem] modestiam W S V (- Wi) | longanimitatem] patientiam W S V ● 13 vobismetipsis V | Dominus] Christus Wi ● 14 caritatem] *add.* habete V ● 15 dominetur] exsultet W S V (- Wi: regat) | in cordibus vestris] corda vestra Wi | ad quam] in qua W S V (- Wi: in quam) ● 16 in vobis] inter vos Wi | psalmis] *add.* et Wi; in psalmis St Si; in psalmis et Co E

→ parcendum W S | non in honore ... carnis] nec honorem ei habendo quantum carni satis est Wi
¶ 3.1 consurrexistis cum (- W) W V (- G: conresurrexistis cum) | ad dexteram Wi ● 2 supra] super W V ● 3 ~ est abscondita St L P Si C ● 4 cum[1]] *add.* autem V (- L P C)

hymnis, canticis spiritalibus, in gratia cantantes in cordibus
vestris Deo; 17 et omne, quodcumque facitis in verbo aut
in opere, omnia in nomine Domini Iesu gratias agentes Deo
Patri per ipsum.

De ordine domus christianae: 3,18–4,1

3,18–4,1: E 5,22–6,9 1 P 2,18–3,7 18 Mulieres, subditae estote viris, sicut oportet in Do-
mino. 19 Viri, diligite uxores et nolite amari esse ad illas.
20 Filii, oboedite parentibus per omnia, hoc enim placitum
est in Domino. 21 Patres, nolite ad indignationem provo-
care filios vestros, ut non pusillo animo fiant. 22 Servi,
oboedite per omnia dominis carnalibus, non ad oculum
servientes, quasi hominibus placentes, sed in simplicitate
cordis, timentes Dominum. 23 Quodcumque facitis, ex
animo operamini sicut Domino et non hominibus, 24 scien-
tes quod a Domino accipietis retributionem hereditatis.
Domino Christo servite; 25 qui enim iniuriam facit, recipiet
R 2,11 id quod inique gessit, et non est personarum acceptio.

4 Domini, quod iustum est et aequum, servis praestate,
scientes quoniam et vos Dominum habetis in caelo.

Exhortationes ad omnes fideles pertinentes: 4,2-6

E 6,18s 2 Orationi instate, vigilantes in ea in gratiarum actione,

16 hymnis] *add.* et V | Deo] Domino E Wi ● 17 et *om.* W S V | omne quodcumque] omnia quae Wi | in verbo aut in opere] aut verbo aut facto Wi | Domini] *add.* nostri G Co E St Si | Iesu] *add.* Christi V (– Wi: *add.* facite; – Si: *add.* Christi facite) | Deo] *add.* et W S V ● 18 viris] *add.* vestris E Wi ● 19 uxores] *add.* vestras V (– L P) | nolite amari esse ad] ne sitis amarulenti erga Wi ● 20 placitum est in] placet Wi ● 21 ad indignationem provocare] irritare Wi | indignationem] iracundiam G | ut non pusillo animo fiant] ne despondeant animum Wi ● 22 placentes] placere studentes Wi | Dominum] Deum V (– Co E) ● 23 quodcumque] et quidquid Wi | sicut] tamquam Wi ● 24 Domino enim Christo servitis Wi ● 25 acceptio] *add.* apud Deum V (– Wi) ¶ 4.1 quoniam] quod V (– Co E) ● 2 in²] cum Wi

3 orantes simul et pro nobis, ut Deus aperiat nobis ostium
sermonis ad loquendum mysterium Christi, propter quod
etiam vinctus sum, **4** ut manifestem illud, ita ut oportet me
loqui. **5** In sapientia ambulate ad eos, qui foris sunt, tempus
redimentes. **6** Sermo vester semper sit in gratia, sale conditus,
ut sciatis quomodo oporteat vos unicuique respondere.

CONCLUSIO. COMMENDATIONES ET SALUTATIONES: 4,7-18

7 Quae circa me sunt, omnia vobis nota faciet Tychicus, E 6,21 s
carissimus frater et fidelis minister et conservus in Domino,
8 quem misi ad vos ad hoc ipsum, ut cognoscatis, quae circa
nos sunt, et consoletur corda vestra, **9** cum Onesimo fideli Phm 10
et carissimo fratre, qui est ex vobis; omnia, quae hic agun-
tur, nota facient vobis.
10 Salutat vos Aristarchus concaptivus meus et Marcus
consobrinus Barnabae, de quo accepistis mandata – si ve-
nerit ad vos, excipite illum – **11** et Iesus, qui dicitur Iustus,
qui sunt ex circumcisione, hi soli adiutores in regno Dei,
qui mihi fuerunt solacio. **12** Salutat vos Epaphras, qui ex 1,7
vobis est, servus Christi Iesu, semper certans pro vobis in
orationibus, ut stetis perfecti et impleti in omni voluntate
Dei. **13** Testimonium enim illi perhibeo quod habet multum
laborem pro vobis et pro his, qui sunt Laodiciae et qui
Hierapoli. **14** Salutat vos Lucas, medicus carissimus, et 2T 4,11
Demas. **15** Salutate fratres, qui sunt Laodiciae, et Nympham
et, quae in domo eius est, ecclesiam. **16** Et cum lecta fuerit
apud vos epistula, facite ut et in Laodicensium ecclesia
legatur, et eam, quae ex Laodicia est, vos quoque legatis.

5 in sapientia] sapienter Wi | ad] erga Wi ● **6** semper sit in gratia sale] gratiosus semper sale sit Wi | ~ in gratia sale sit W S V (– Wi) ● **8** ad vos ad] in Wi | cognoscat W S V | nos] vos W S V ● **9** ~ carissimo et fideli W S V | ~ ex vobis est V | omnia] qui omnia V (– L P C) ● **10** excipite] suscipite G Co E Wi St ● **11** soli] *add.* sunt W S V | adiutores] *add.* mei V ● **12** certans] sollicitus W S V (– Wi) | impleti] pleni W S V ● **13** multum laborem] magnum studium Wi | his] iis St L P Si C | qui[2] *om.* Wi ● **15** ecclesia W ● **16** epistula] *add.* haec V (– L P) | eam] ea Co E Wi St Si | ex Laodicia] Laodicensium W S V | vos[2]] vobis G Co E Wi Si; ut vobis St | quoque *om.* W S V | legatur V (– L P C)

17 Et dicite Archippo: «Vide ministerium, quod accepisti
in Domino, ut illud impleas».
1 K 16,21 E 3,1 18 Salutatio mea manu Pauli. Memores estote vinculo-
rum meorum. Gratia vobiscum.

EPISTULA AD THESSALONICENSES I

INSCRIPTIO: 1,1

2Th 1,1 1 Paulus et Silvanus et Timotheus ecclesiae Thessaloni-
censium in Deo Patre et Domino Iesu Christo: gratia
vobis et pax.

SOLLICITUDO PAULI PRO THESSALONICENSIBUS: 1,2–3,13

Gratiarum actio. Thessalonicenses forma ceteris credentibus facti: 1,2-10

2Th 1,3 2 Gratias agimus Deo semper pro omnibus vobis, memo-
riam facientes in orationibus nostris, sine intermissione
3 memores operis fidei vestrae et laboris caritatis et susti-
nentiae spei Domini nostri Iesu Christi ante Deum et
2Th 2,13 Patrem nostrum, 4 scientes, fratres, dilecti a Deo, electio-
nem vestram, 5 quia evangelium nostrum non fuit ad vos in
sermone tantum, sed et in virtute et in Spiritu Sancto et in
plenitudine multa, sicut scitis quales fuerimus vobis propter
vos.
6 Et vos imitatores nostri facti estis et Domini, excipien-
tes verbum in tribulatione multa cum gaudio Spiritus Sancti,

17 impleas] perficias Wi ● 18 gratia] *add.* Domini Iesu G; *add.* Domini nostri Iesu Christi Co E St Si | vobiscum] *add.* amen W S V
¶ 1.1 Patre] *add.* nostro G Co E St Si | pax] *add.* a deo patre nostro et domino Iesu Christo Co Wi ● 2 memoriam] *add.* vestri W V ● 3 operis fidei vestrae et laboris] vestri propter opus fidei et laborem Wi | laboris] *add.* et W S V (– Wi) | sustinentiae spei] quod perseveratis in spe Wi | ante Deum et Patrem nostrum] coram Deo patre nostro Wi ● 4 electionem vestri Wi ● 5 et[1] *om.* W L P | plenitudine] certitudine Wi | fuerimus in vobis W V ● 6 accipientes Wi

7 ita ut facti sitis forma omnibus credentibus in Macedonia Ph 3,17
et in Achaia. 8 A vobis enim diffamatus est sermo Domini
non solum in Macedonia et in Achaia, sed in omni loco
fides vestra, quae est ad Deum, profecta est, ita ut non sit
nobis necesse quidquam loqui; 9 ipsi enim de nobis an-
nuntiant qualem introitum habuerimus ad vos, et quomodo
conversi estis ad Deum a simulacris, servire Deo vivo et Act 14,15 J 17,3
vero 10 et exspectare Filium eius de caelis, quem suscitavit Act 17,31
ex mortuis, Iesum, qui eripit nos ab ira ventura. Tt 2,13

De priore praedicatione Pauli: 2,1-12

2 Nam ipsi scitis, fratres, introitum nostrum ad vos quia
non inanis fuit, 2 sed ante passi et contumeliis affecti,
sicut scitis, in Philippis, fiduciam habuimus in Deo nostro
loqui ad vos evangelium Dei in multa sollicitudine. 3 Ex-
hortatio enim nostra non ex errore neque ex immunditia
neque in dolo, 4 sed sicut probati sumus a Deo, ut credere-
tur nobis evangelium, ita loquimur non quasi hominibus
placentes, sed Deo, qui probat corda nostra. 5 Neque enim Jr 11,20
aliquando fuimus in sermone adulationis, sicut scitis, neque
sub praetextu avaritiae, Deus testis, 6 nec quaerentes ab
hominibus gloriam, neque a vobis neque ab aliis, 7 cum
possemus oneri esse ut Christi apostoli, sed facti sumus par-
vuli in medio vestrum, tamquam si nutrix foveat filios suos,
8 ita desiderantes vos, cupide volebamus tradere vobis non

7 facti *om.* Wi ● 8 diffamatus] divulgatus Wi | sed] *add.* et G E Si C | profecta est] celebratur Wi ● 9 de vobis Wi | servire] ut serviatis Wi ● 10 exspectetis Wi | eripuit W S V

¶ 2.1 ipsi] et ipsi Co E Wi St Si | quia] quod Wi ● 2 sed antea Wi | passi] *add.* multa V (– L P C) | fiduciam habuimus] ausi sumus Wi | in multa sollicitudine] cum magno certamine Wi ● 3 non ex errore] non fuit ex impostura Wi | ex[1+2]] de W S V (– Wi) ● 4 nobis] a nobis E ● 5 sub praetextu] in occasione W S V (– Wi: in praetextu) | testis] *add.* est W S V ● 6 neque quaerentes E Wi ● 7 possemus] possimus W S; *add.* vobis V | ut] tamquam Wi | facti sumus] fuimus Wi | parvuli] lenes S; placidi Wi | tamquam] perinde ac Wi ● 8 desiderantes vos cupide volebamus] amantes vestri cupiebamus Wi

solum evangelium Dei, sed etiam animas nostras, quoniam
carissimi nobis facti estis. **9** Memores enim estis, fratres,
Act 20,34 laboris nostri et fatigationis; nocte et die operantes,
1 K 4,12; 9,12-18 ne quem vestrum gravaremus, praedicavimus in vobis
evangelium Dei. **10** Vos testes estis et Deus, quam sancte
et iuste et sine querela vobis, qui credidistis, fuimus; **11** sicut
1 K 4,15 scitis qualiter unumquemque vestrum, tamquam pater
E 4,1 Ph 1,27 filios suos, **12** deprecantes vos et consolantes testificati
2 Th 1,5 sumus, ut ambularetis digne Deo, qui vocat vos in suum
1 P 5,10 regnum et gloriam.

De verbo Dei a Thessalonicensibus accepto: 2,13-16

H 4,2 G 1,11s **13** Ideo et nos gratias agimus Deo sine intermissione,
2 Th 2,13s quoniam cum accepissetis a nobis verbum auditus Dei, ac-
cepistis non ut verbum hominum sed, sicut est vere, verbum
Dei, quod et operatur in vobis, qui creditis. **14** Vos enim
imitatores facti estis, fratres, ecclesiarum Dei, quae sunt in
Iudaea in Christo Iesu, quia eadem passi estis et vos a
contribulibus vestris, sicut et ipsi a Iudaeis, **15** qui et Domi-
Mt 23,31s Act 2,23; 7,52 num occiderunt Iesum et prophetas et nos persecuti sunt et
R 11,28 Deo non placent et omnibus hominibus adversantur, **16** pro-
Mt 23,13 Gn 15,16 hibentes nos gentibus loqui, ut salvae fiant, ut impleant
Dn 8,23 peccata sua semper. Pervenit autem ira Dei super illos usque
in finem.

Paulus impeditus ad eos redire: 2,17-20

17 Nos autem, fratres, desolati a vobis ad tempus horae,
facie non corde, abundantius festinavimus faciem vestram
videre cum multo desiderio. **18** Propter quod voluimus
venire ad vos, ego quidem Paulus et semel et iterum, et
impedivit nos Satanas. **19** Quae est enim nostra spes aut
gaudium aut corona gloriae – nonne et vos – ante Domi-

9 estis] facti estis St | laborem nostrum et fatigationem W S | nocte] cum nocte Wi | et[2]] ac Wi Si C | quem] quemquam E Wi | in vobis] inter vos Wi ● **10** sine querela] irreprehensibiliter Wi | affuimus Co E Wi Si ● **11** qualiter] quomodo Wi | vestrum] *add.* adhortati simus et consolati Wi | tamquam] sicut V (– E; – Wi: velut) ● **12** deprecantes vos et consolantes testificati sumus] et testificati Wi | vocavit W S V ● **13** quoniam] quod Wi | accepistis] *add.* illud V | quod et] qui W S V | operatur] efficax est Wi | credidistis W S V ● **14** quia] quod Wi ● **15** Iesum occiderunt et prophetas suos Wi ● **16** gentilibus G | salvi fiant Co E Wi St | praevenit W S L P | autem] enim W V (– G: *om.*) ● **17** desolati a vobis ad tempus horae] aliquantisper orbati vobis Wi | facie] aspectu W S V | abundantius festinavimus] impensius studuimus Wi ● **18** propter quod] quoniam W S V | noluimus venire G | et[3]] sed W V ● **19** et *om.* W S V

num nostrum Iesum in adventu eius? **20** Vos enim estis
gloria nostra et gaudium.

De missione Timothei: 3,1-5

3 Propter quod non sustinentes amplius, placuit nobis, ut Act 17,14s
relinqueremur Athenis soli, **2** et misimus Timotheum,
fratrem nostrum et cooperatorem Dei in evangelio Christi,
ad confirmandos vos et exhortandos pro fide vestra, **3** ut
nemo turbetur in tribulationibus istis. Ipsi enim scitis quod 2T 3,12 2Th 1,4
in hoc positi sumus; **4** nam et cum apud vos essemus, prae-
dicebamus vobis passuros nos tribulationes, sicut et factum
est et scitis. **5** Propterea et ego amplius non sustinens, misi
ad cognoscendam fidem vestram, ne forte tentaverit vos is
qui tentat, et inanis fiat labor noster.

Gaudium de Thessalonicensium conversatione: 3,6-10

6 Nunc autem veniente Timotheo ad nos a vobis et an- Act 18,5
nuntiante nobis fidem et caritatem vestram et quia memo-
riam nostri habetis bonam semper, desiderantes nos videre,
sicut nos quoque vos, **7** ideo consolati sumus, fratres, prop-
ter vos in omni necessitate et tribulatione nostra per vestram 2Th 1,4
fidem, **8** quoniam nunc vivimus, si vos statis in Domino.
9 Quam enim gratiarum actionem possumus Deo retribuere
pro vobis in omni gaudio, quo gaudemus propter vos ante
Deum nostrum, **10** nocte et die abundantius orantes ut vi-
deamus faciem vestram et compleamus ea, quae desunt
fidei vestrae?

Benedictio prima: 3,11-13

11 Ipse autem Deus et Pater noster et Dominus noster
Iesus dirigat viam nostram ad vos; **12** vos autem Dominus
abundare et superabundare faciat caritate in invicem et in
omnes, quemadmodum et nos in vos, **13** ad confirmanda
corda vestra sine querela in sanctitate ante Deum et Patrem 5,23

19 ante Dominum nostrum Iesum] coram Domino nostro Iesu Christi Wi | Iesum] *add.* Christum estis (– G Co E) W V (– Wi); *add.* estis S
¶ **3.1** non sustinentes amplius] cum non possemus amplius ferre Wi | ut ... soli] remanere Athenis solis W S V (– Wi: solis remanere Athenis) • **2** cooperatorem] ministrum W S V | Dei] *add.* et adiutorem nostrum Wi | fide nostra Wi • **3** turbetur] moveatur W S V (– Wi: vacillet) • **4** nos] vos G; *om.* Wi • **5** et[1] *om.* Wi | ad cognoscendum Co E • **6** quia] quod Wi | sicut] *add.* et V (– Wi L P) | quoque] *add.* et E Wi • **7** consolati sumus] consolationem cepimus Wi | propter vos] in vobis W S V (– Wi: ex vobis) | ~ fidem vestram V • **9** ante Deum nostrum] ante Dominum Deum nostrum E; coram Domino Deo nostro Wi • **10** nocte et die] nocte ac die V (– Wi: die ac nocte) | compleamus *om.* Wi | vestrae] *add.* suppleamus Wi • **11** noster[2] *om.* W S G Co E St | →

2Th 1,7.10 nostrum, in adventu Domini nostri Iesu cum omnibus
sanctis eius. Amen.

MONITA DE CONVERSATIONE CHRISTIANA: 4,1–5,22

De sanctificatione: 4,1-12

4 De cetero ergo, fratres, rogamus vos et obsecramus in
Domino Iesu, ut – quemadmodum accepistis a nobis
quomodo vos oporteat ambulare et placere Deo, sicut et
ambulatis – ut abundetis magis. **2** Scitis enim, quae prae-
cepta dederimus vobis per Dominum Iesum. **3** Haec est
enim voluntas Dei, sanctificatio vestra, **4** ut abstineatis a
fornicatione, ut sciat unusquisque vestrum suum vas pos-
sidere in sanctificatione et honore, **5** non in passione desi-
Jr 10,25 Ps 79,6 derii, sicut et gentes, quae ignorant Deum, **6** ut ne quis
supergrediatur neque circumveniat in negotio fratrem suum,
Ps 94,1 quoniam vindex est Dominus de his omnibus, sicut et prae-
2Th 2,13s diximus vobis et testificati sumus. **7** Non enim vocavit nos
Deus in immunditiam sed in sanctificationem. **8** Itaque, qui
spernit, non hominem spernit sed Deum, qui etiam dat
Ez 36,27; 37,14 Spiritum suum Sanctum in vos.

9 De caritate autem fraternitatis non necesse habetis, ut
vobis scribam; ipsi enim vos a Deo edocti estis, ut diligatis
invicem; **10** etenim facitis illud in omnes fratres in universa
Macedonia. Rogamus autem vos, fratres, ut abundetis ma-
gis **11** et operam detis, ut quieti sitis et ut vestrum nego-
tium agatis et operemini manibus vestris, sicut praecipimus

13 Iesu] *add.* Christi W V | Amen *om.* Wi
¶ **4.1** de cetero ergo] ceterum Wi | obsecramus] adhortamur Wi | ~ oporteat vos V | sicut] sic Co E Wi Si C | ambuletis V (– St L P) ● **2** dederim V ● **3** enim] autem G | sanctificatio vestri Wi ● **4** abstineatis] *add.* vos W S V | ~ vas suum V ● **5** passione] possessione St ● **6** ut] et V | et[1] *om.* W V ● **7** in[1+2]] ad Wi | immunditia W S | sanctificatione W S ● **8** qui haec spernit W V | dat] dedit W S V | in vos] in nobis V (– Wi: in nos); in vobis W S ● **9** fraternitatis] fraterna Wi | habetis ut vobis scribam] habemus (habuimus G Co E Wi St) scribere vobis W S V | ipsi enim vos a Deo] vos enim a Deo ipso Wi | edocti estis] didicistis W S V ● **10** ~ illud facitis V | in[1]] erga Wi ● **11** ut[2] *om.* W Wi | et[3]] ut G | praecepimus W S V (– Co E Si)

→ Iesus] *add.* Christus V ● **12** abundare et superabundare] multiplicet (locupletet Wi) et abundare W S V | caritatem vestram (– W S L P) W S V | in invicem et in omnes] erga vos mutuo et erga omnes Wi | et nos in vos] et nostra caritas erga vos est Wi | in vos] in vobis W S V (– Wi)

vobis, **12** ut honeste ambuletis ad eos, qui foris sunt, et
nullius aliquid desideretis.

De spe credentium: 4,13-18

13 Nolumus autem vos ignorare, fratres, de dormienti- *13-17:* 2Th 2,1-12
bus, ut non contristemini sicut et ceteri, qui spem non ha-
bent. **14** Si enim credimus quod Iesus mortuus est et resur- 1K 15,3s.20s
rexit, ita et Deus eos, qui dormierunt, per Iesum adducet
cum eo. **15** Hoc enim vobis dicimus in verbo Domini, quia
nos, qui vivimus, qui relinquimur in adventum Domini, non 1K 15,23.51s J 17,24
praeveniemus eos, qui dormierunt; **16** quoniam ipse Do-
minus in iussu, in voce archangeli et in tuba Dei descendet
de caelo, et mortui, qui in Christo sunt, resurgent primi;
17 deinde nos, qui vivimus, qui relinquimur, simul rapiemur
cum illis in nubibus obviam Domino in aera, et sic semper
cum Domino erimus. **18** Itaque consolamini invicem in
verbis istis.

Vigilandum in expectatione adventus Domini: 5,1-11

5 De temporibus autem et momentis, fratres, non indige-
tis, ut scribatur vobis; **2** ipsi enim diligenter scitis quia
dies Domini sicut fur in nocte ita veniet. **3** Cum enim Mt 24,43 L 12,39
dixerint: «Pax et securitas», tunc repentinus eis superveniet 2P 3,10 Ap 3,3; 16,15!
interitus, sicut dolor in utero habenti, et non effugient. Mt 24,38s L 21,34s
4 Vos autem, fratres, non estis in tenebris, ut vos dies ille
tamquam fur comprehendat; **5** omnes enim vos filii lucis
estis et filii diei. Non sumus noctis neque tenebrarum; **6** igi-
tur non dormiamus sicut ceteri, sed vigilemus et sobrii R 13,11s
simus.
7 Qui enim dormiunt, nocte dormiunt; et, qui ebrii sunt,
nocte inebriantur. **8** Nos autem, qui diei sumus, sobrii

12 ut] et ut W S V (– E Wi: ut et) | honeste] decore Wi | ad eos] erga eos Wi | nullius aliquid desideretis] nulla re vobis sit opus Wi ● **15** quia] quod Wi | relinquimur] residui sumus W S V | in adventu V (– C) ● **16** in iussu in] in iussu et in W S V (– Wi: cum classico et) | in³ *om.* Wi ● **17** relinquimur] relicti sumus Wi | Domino¹] Christo V ● **18** consolamini] *add.* vos Wi | in verbis istis] per haec verba Wi
¶ **5.1** indigetis] habetis opus Wi | scribamus W S V ● **2** diligenter] plane Wi | quia] quod Wi ● **3** in utero habenti] praegnanti Wi | habentis G Co E St Si ● **4** illa St L P Si C ● **5** non estis noctis G ● **6** sicut] *add.* et V ● **7** inebriantur] ebrii sunt W S V

Is 59,17 Sap 5,18s E 6,14-17 2Th 2,14 simus, *induti loricam* fidei et caritatis et *galeam* spem *salutis*;
9 quoniam non posuit nos Deus in iram sed in acquisitio-
nem salutis per Dominum nostrum Iesum Christum, 10 qui
4,14 R 14,8s mortuus est pro nobis, ut sive vigilemus sive dormiamus,
simul cum illo vivamus. 11 Propter quod consolamini in-
vicem et aedificate alterutrum, sicut et facitis.

Bonum in invicem et in omnes sectandum: 5,12-22

1K 16,15s 12 Rogamus autem vos, fratres, ut noveritis eos, qui labo-
rant inter vos et praesunt vobis in Domino et monent vos,
13 ut habeatis illos superabundanter in caritate propter opus
illorum. Pacem habete inter vos. 14 Hortamur autem vos,
fratres: corripite inquietos, consolamini pusillanimes, susci-
pite infirmos, longanimes estote ad omnes. 15 Videte, ne
Prv 20,22 R 12,17 quis malum pro malo alicui reddat, sed semper, quod bo-
1P 3,9 num est, sectamini et in invicem et in omnes. 16 Semper
L 18,1 R 12,12 gaudete, 17 sine intermissione orate, 18 in omnibus gratias
E 6,18 Kol 4,2 agite; haec enim voluntas Dei est in Christo Iesu erga vos.
19 Spiritum nolite exstinguere, 20 prophetias nolite spernere;
1J 4,1 21 omnia autem probate, quod bonum est tenete, 22 ab
Job 1,1.8; 2,3 omni specie mala abstinete vos.

CONCLUSIO. SALUTATIO ET BENEDICTIO ALTERA: 5,23-28

23 Ipse autem Deus pacis sanctificet vos per omnia, et
integer spiritus vester et anima et corpus sine querela in
1K 1,9 2Th 3,3 adventu Domini nostri Iesu Christi servetur. 24 Fidelis est,
qui vocat vos, qui etiam faciet.

8 simus] sumus W G ● 11 consolamini] *add.* vos Wi ● 12 noveritis] agnoscatis Wi ● 13 habeatis] tractetis Wi | superabundanter] abundantius W S V | et pacem G Co E Wi Si | inter vos] cum eis W S V ● 14 hortamur] rogamus W S V | suscipite] sublevate Wi | longanimes] patientes W S V | ad omnes] erga omnes Wi ● 15 et[1] *om.* V | in[1] *om.* Co St L P; erga vos Wi | in[2] erga Wi ● 18 ~ est enim voluntas Dei V | in Christo Iesu] per Christum Iesum Wi | erga vos] in omnibus vobis W S V (– Wi) ● 21 autem *om.* Wi ● 23 et[1] ut V | sine querela] irreprehensibiliter Wi | conservetur Si ● 24 vocavit W S V

25 Fratres, orate etiam pro nobis. 2Th 3,1
26 Salutate fratres omnes in osculo sancto. 27 Adiuro vos R 16,16
per Dominum, ut legatur epistula omnibus fratribus. Kol 4,16
28 Gratia Domini nostri Iesu Christi vobiscum.

EPISTULA AD THESSALONICENSES II

INSCRIPTIO: 1,1-2

1 Paulus et Silvanus et Timotheus ecclesiae Thessalonicen- 1Th 1,1
sium in Deo Patre nostro et Domino Iesu Christo:
2 gratia vobis et pax a Deo Patre nostro et Domino Iesu R 1,7
Christo.

SOLLICITUDO PAULI PRO THESSALONICENSIBUS: 1,3-12

De tribulationibus eorum et de iusto iudicio Dei: 1,3-10

3 Gratias agere debemus Deo semper pro vobis, fratres, 1Th 1,2
sicut dignum est, quoniam supercrescit fides vestra, et abun-
dat caritas uniuscuiusque omnium vestrum in invicem, 4 ita
ut et nos ipsi in vobis gloriemur in ecclesiis Dei pro patientia
vestra et fide in omnibus persecutionibus vestris et tribula- Mc 4,17
tionibus, quas sustinetis, 5 indicium iusti iudicii Dei, ut *5–10:*
digni habeamini regno Dei, pro quo et patimini, 6 siquidem R 2,6-11 Ph 1,28
iustum est apud Deum retribuere tribulationem his, qui vos
tribulant, 7 et vobis, qui tribulamini, requiem nobiscum in
revelatione Domini Iesu de caelo cum angelis virtutis eius, 1Th 3,13; 4,16

25 etiam *om.* W S V • 26 in *om.* Wi • 27 epistula] *add.* haec V | omnibus] *add.* sanctis W S V • 28 vobiscum] *add.* amen W S V
¶ 1.1 ~ et Domino nostro Wi • 3 ~ semper Deo V | sicut] ita ut W S V | quoniam] quod Wi | supercrescit] valde crescit Wi | omnium *om.* V (– Co) | in invicem] erga vos invicem Wi • 4 in¹] de Wi | pro] de Wi | fide] *add.* et G Co St Si C • 5 indicium] in exemplum W S V | habeamini] fiatis Wi; *add.* in G E St Si C • 6 siquidem] si tamen W S V (– Wi: nam) | tribuere Wi | tribulationem] retributionem G Co E St | his] iis St L P Si C • 7 in revelationem E | in revelatione Domini Iesu] cum revelabitur Dominus Iesus Wi | virtutis suae Wi

Ex 3,2 Is 66,4.15 8 *in igne flammae, dantis vindictam his, qui non noverunt*
Jr 10,25 Ps 79,6 *Deum* et qui non oboediunt evangelio Domini nostri Iesu,
Is 2,10.19.21 9 qui poenas dabunt interitu aeterno *a facie Domini et a*
Is 2,11.17 Ps 89,8 *gloria virtutis eius,* 10 cum venerit glorificari in sanctis suis
et admirabilis fieri in omnibus, qui crediderunt, quia credi-
tum est testimonium nostrum super vos in die illo.

Paulus pro eis orat: 1,11-12

11 Ad quod etiam oramus semper pro vobis, ut dignetur
vos vocatione sua Deus noster et impleat omnem volunta-
Is 24,15; 66,5 Ml 1,11 tem bonitatis et opus fidei in virtute, 12 ut glorificetur
nomen Domini nostri Iesu Christi in vobis, et vos in illo,
secundum gratiam Dei nostri et Domini Iesu Christi.

DE SPE CREDENTIUM ET DE DIE DOMINI: 2,1-17

De signis adventus Domini: 2,1-12

1–12: 1Th 4,13-17 2 Rogamus autem vos, fratres, circa adventum Domini
nostri Iesu Christi et nostram congregationem in ipsum,
2 ut non cito moveamini a sensu neque terreamini, neque
15; 3,17 per spiritum neque per verbum neque per epistulam tam-
quam per nos, quasi instet dies Domini. 3 Ne quis vos sedu-
1T 4,1 cat ullo modo; quoniam nisi venerit discessio primum, et
1J 2,18; 4,3 revelatus fuerit homo iniquitatis, filius perditionis, 4 qui
Dn 11,36 Ez 28,2 adversatur et extollitur supra omne, quod dicitur Deus aut
quod colitur, ita ut in templo Dei sedeat, ostendens se quia
sit Deus.

5 Non retinetis quod, cum adhuc essem apud vos, haec
dicebam vobis? 6 Et nunc quid detineat scitis, ut ipse re-

8 in igne flammae] in flamma ignis W S V | dantis vindictam] sumpturus supplicium de Wi | his] iis St L P Si C | Iesu] *add.* Christi W V ● 9 interitu aeterno] in interitu aeternas (aeterno Wi) W S V | et *om.* Wi ● 10 quia ... super vos] nam testimonio nostro apud vos credidistis Wi | super nos G ● 11 ad quod] in quo W S V (– Wi: quare) | ~ sua vocatione E Wi | noster *om.* S G Co St | impleat omnem voluntatem] perficiat omne beneplacitum Wi | bonitatis] *add.* suae V (– L P C) | in virtute] potenter Wi ● 12 glorificetur] clarificetur W S V (– Wi) | nostri[1] *om.* C | in vobis et vos in illo] per vos et vos per illum Wi | Domini[2]] *add.* nostri Si C

¶ 2.1 circa] per W S V | nostrae congregationis W S V | in ipsum] ad ipsum Wi ● 2 a vestro sensu W V | terreamini] turbemini Wi | verbum] sermonem W S V | per nos] *add.* missam V ● 3 ~ seducat vos Co | discessio] dissensio Co; defectio Wi | iniquitatis] peccati W S V ● 4 quia] tamquam W V ● 5 non] num St ● 6 ut] donec Wi | ipse *om.* W S V

veletur in suo tempore. **7** Nam mysterium iam operatur
iniquitatis; tantum qui tenet nunc, donec de medio fiat.
8 Et tunc revelabitur ille *iniquus*, quem Dominus Iesus
interficiet spiritu oris sui et destruet illustratione adventus Is 11,4 Job 4,9
sui, **9** eum, cuius est adventus secundum operationem Sa- Ap 19,15
tanae in omni virtute et signis et prodigiis mendacibus **10** et Mt 24,24
in omni seductione iniquitatis his, qui pereunt, eo quod
caritatem veritatis non receperunt, ut salvi fierent. **11** Et
ideo mittit illis Deus operationem erroris, ut credant men- R 1,28 2T 4,4
dacio, **12** ut iudicentur omnes, qui non crediderunt veritati,
sed consenserunt iniquitati.

Confirmatio in fide: 2,13-15

13 Nos autem debemus gratias agere Deo semper pro 1 Th 1,2; 2,13
vobis, fratres, dilecti a Domino, quod elegerit vos Deus Dt 33,12
primitias in salutem, in sanctificatione Spiritus et fide veri-
tatis: **14** ad quod et vocavit vos per evangelium nostrum in 1 Th 4,7; 5,9
acquisitionem gloriae Domini nostri Iesu Christi.

15 Itaque, fratres, state et tenete traditiones, quas didi- 1 K 11,2 3,6
cistis sive per sermonem sive per epistulam nostram.

Benedictio: 2,16-17

16 Ipse autem Dominus noster Iesus Christus et Deus Pa- 1 Th 3,11-13
ter noster, qui dilexit nos et dedit consolationem aeternam
et spem bonam in gratia, **17** consoletur corda vestra et
confirmet in omni opere et sermone bono.

6 in *om.* Wi ● 7 iam operatur iniquitatis] iniquitatis iam agit Wi | tantum] *add.* ut W S V (– Wi: *add.* obstat ut) | tenet] detinet Wi | nunc] *add.* teneat W V (– Wi) | de medio fiat] auferatur e medio Wi ● 8 illustratione] adparitione Wi ● 9 operationem] efficaciam Wi ● 10 his] iis St L P Si C | veritatem caritatis E ● 11 et *om.* W S V | mittet V | operationem erroris] efficacem imposturam Wi ● 13 Domino] Deo W S V (– Wi) | vos] nos W S G St | Deus *om.* Wi | primitias ... sanctificatione] ab initio ad salutem per sanctificationem Wi | in fide V (– Wi: per fidem; – L P) ● 14 ad quod] in qua W Co E Si C; in quam G St L P | in acquisitione G Co St | gloriae] gloriosam Wi ● 16 Deus] *add.* et W S V | in gratia] per gratiam Wi ● 17 consoletur] exhortetur W S V

MONITA VARIA: 3,1-15

Orent pro apostolo: 3,1-5

Kol 4,3 1 Th 5,25 3 De cetero, fratres, orate pro nobis, ut sermo Domini
currat et glorificetur sicut et apud vos, 2 et ut liberemur
ab importunis et malis hominibus; non enim omnium est
1 K 10,13 1 Th 5,24 fides. 3 Fidelis autem Dominus est, qui confirmabit vos et
custodiet a Malo.
4 Confidimus autem de vobis in Domino, quoniam, quae
praecipimus, et facitis et facietis. 5 Dominus autem dirigat
corda vestra in caritatem Dei et patientiam Christi.

Castigatio fratrum, qui non operantur: 3,6-12

6 Praecipimus autem vobis, fratres, in nomine Domini
1 Th 5,14 nostri Iesu Christi, ut subtrahatis vos ab omni fratre am-
bulante inordinate et non secundum traditionem, quam
acceperunt a nobis. 7 Ipsi enim scitis quemadmodum opor-
1 K 11,1 teat imitari nos, quoniam non inordinati fuimus inter vos
1 K 4,12 1 Th 2,9 8 neque gratis panem manducavimus ab aliquo sed in labore
et fatigatione, nocte et die operantes, ne quem vestrum
Mt 10,10 1 K 9,6.14 gravaremus; 9 non quasi non habuerimus potestatem, sed
Ph 3,17 ut nosmetipsos formam daremus vobis ad imitandum nos.
10 Nam et cum essemus apud vos, hoc praecipiebamus
vobis: Si quis non vult operari, nec manducet. 11 Audimus
enim inter vos quosdam ambulare inordinate, nihil operan-
tes sed curiose agentes; 12 his autem, qui eiusmodi sunt,
praecipimus et obsecramus in Domino Iesu Christo, ut cum
1 Th 4,11 quiete operantes suum panem manducent.

De beneficentia et correptione: 3,13-15

13 Vos autem, fratres, nolite deficere benefacientes.
1 K 5,9.11 14 Quod si quis non oboedit verbo nostro per epistulam,
hunc notate, non commisceamini cum illo, ut confundatur;

¶ 3.1 de cetero] ceterum Wi | Domini] Dei V | glorificetur] clarificetur W S V (– Wi) ● 2 et[1] *om.* Wi ● 3 Dominus] Deus V (– G L P) ● 4 de vobis] *add.* fratres V (– L P C) | quoniam] quod Wi | quae] quaecumque Co E Wi St Si | praecepimus St ● 5 in caritate W S V | patientia W S V (– Wi: in patientia) ● 6 praecipimus] denuntiamus W S V (– Wi) | accepit Wi ● 7 inordinati] inquieti W S V (– Wi: inordinate) | fuimus] nos gessimus Wi ● 8 in fatigatione V (– Co E Wi) | nocte ac die Co E ● 10 hoc] haec E Wi | praecipiebamus] denuntiabamus W S V (– Wi) | vobis] *add.* quoniam (quod Wi) W S V ● 11 audivimus W V | ambulantes G Co St L P | inordinate] inquiete W S V (– Wi) ● 12 his] iis St L P Si C | eiusmodi] tales Wi | praecipimus] denuntiamus W S V (– Wi) | per Dominum Iesum Christum Wi | quiete] silentio W S V (– Wi) ● 14 oboedierit Co E Wi | notate] *add.* et W S V | non[2]] ne St L P Si C

15 et nolite quasi inimicum existimare, sed corripite ut Mt 18,15-17
fratrem.

CONCLUSIO: 3,16-18

16 Ipse autem Dominus pacis det vobis pacem sempiter- R 15,33
nam in omni modo. Dominus cum omnibus vobis.
17 Salutatio mea manu Pauli, quod est signum in omni 1 K 16,21
epistula, ita scribo. **18** Gratia Domini nostri Iesu Christi R 16,24
cum omnibus vobis.

EPISTULA AD TIMOTHEUM I

INSCRIPTIO: 1,1-2

1 Paulus apostolus Christi Iesu secundum praeceptum Dei
salvatoris nostri et Christi Iesu spei nostrae, **2** Timotheo 2,3; 4,10 Tt 1,3; 2,10; 3,4
germano filio in fide: gratia, misericordia, pax a Deo Patre
et Christo Iesu Domino nostro.

DE SERMONE FIDELI: 1,3-20

De ministerio doctrinae: 1,3-7

3 Sicut rogavi te, ut remaneres Ephesi, cum irem in Mace- Act 20,1
doniam, ut praeciperes quibusdam, ne aliter docerent **4** ne-
que intenderent fabulis et genealogiis interminatis, quae 4,7 Tt 1,14
quaestiones praestant magis quam dispensationem Dei,
quae est in fide; **5** finis autem praecepti est caritas de corde G 5,14
puro et conscientia bona et fide non ficta, **6** a quibus quidam
aberrantes conversi sunt in vaniloquium, **7** volentes esse
legis doctores, non intellegentes neque quae loquuntur
neque de quibus affirmant.

De lege impiis posita: 1,8-11

8 Scimus autem quia bona est lex, si quis ea legitime R 7,12.16
utatur, **9** sciens hoc quia iusto lex non est posita, sed iniustis

16 Dominus¹] Deus G Co E St Si | in omni modo] omnibus modis Wi | modo] loco W S V (– Wi) | Dominus²] *add.* sit V (– G) ● 17 ita scribe G ● 18 vobis] *add.* amen W S V

¶ 1.1 Christi Iesu¹] *21* V | praeceptum] imperium W S V (– Wi: mandatum) | et Christi Iesu spei nostrae] Iesu Christi qui est spes nostra Wi ● 2 germano] dilecto W S V (– Wi) | gratia] *add.* et G Co E Wi St | misericordia] *add.* et W V (– Wi) | ~ Domino nostro Iesu Christo Wi ● 3 praeciperes] denuntiares W S V (– Wi: praecipias) | do- →

et non subiectis, impiis et peccatoribus, sceleratis et conta-
minatis, patricidis et matricidis, homicidis, **10** fornicariis,
masculorum concubitoribus, plagiariis, mendacibus, periu-
4,6; 6,3 ris, et si quid aliud sanae doctrinae adversatur, **11** secundum
evangelium gloriae beati Dei, quod creditum est mihi.

Deo pro apostolatu gratias agit: 1,12-17

12 Gratiam habeo ei, qui me confortavit, Christo Iesu
Domino nostro, quia fidelem me existimavit ponens in
1 K 15,9s G 1,13-16 ministerio, **13** qui prius fui blasphemus et persecutor et con-
tumeliosus; sed misericordiam consecutus sum, quia igno-
rans feci in incredulitate, **14** superabundavit autem gratia
Domini nostri cum fide et dilectione, quae sunt in Christo
Iesu.

15 Fidelis sermo et omni acceptione dignus: Christus
L 19,10 Iesus venit in mundum peccatores salvos facere; quorum
1 K 15,10 primus ego sum, **16** sed ideo misericordiam consecutus sum,
E 3,1.7-9 Kol 1,24s ut in me primo ostenderet Christus Iesus omnem longanimi-
tatem, ad informationem eorum, qui crediturí sunt illi in
vitam aeternam.

R 16,27 Ap 4,11; 7,12 **17** Regi autem saeculorum, incorruptibili, invisibili, soli
Deo honor et gloria in saecula saeculorum. Amen.

Praeceptum Timotheo commendatum: 1,18-20

4,14 **18** Hoc praeceptum commendo tibi, fili Timothee, secun-
dum praecedentes super te prophetias, ut milites in illis
bonam militiam **19** habens fidem et bonam conscientiam,
quam quidam repellentes circa fidem naufragaverunt; **20** ex
2 T 2,17; 4,14 | 1 K 5,5 quibus est Hymenaeus et Alexander, quos tradidi Satanae,
ut discant non blasphemare.

DE ORDINATIONE ECCLESIAE: 2,1–6,19

Pro omnibus orandum: 2,1-7

2 Obsecro igitur primo omnium fieri obsecrationes, ora-
tiones, postulationes, gratiarum actiones pro omnibus
hominibus, **2** pro regibus et omnibus, qui in sublimitate

9 non subiectis] non subditis W S V (– Wi: inoboedientibus) | contaminatis] prophanis Wi | parricidis P ● 10 mendacibus] *add.* et V (– L P) ● 11 secundum] quae est secundum W S V ● 12 gratiam habeo] gratias ago W S V | ei *om.* Wi | ~ Christo Iesu Domino nostro, qui me confortavit Wi | Christo] in Christo G Co E St Si | quia] quod →

→ ceant Wi ● 4 intenderent] adtendat Wi | interminatis] numquam finiendis Wi | praestant] praebent Wi | dispensationem] aedificationem W S V | in fide] per fidem Wi ● 5 caritas ex corde Wi ● 8 quia] quod Wi ● 9 scientes Co E Wi St Si | quia] quod Wi | ~ lex iusto V

sunt, ut quietam et tranquillam vitam agamus in omni
pietate et castitate. 3 Hoc bonum est et acceptum coram
salvatore nostro Deo, 4 qui omnes homines vult salvos 1,1; 4,10 Tt 1,3; 2,10; 3,4
fieri et ad agnitionem veritatis venire. 5 Unus enim Deus,
unus et mediator Dei et hominum, homo Christus Iesus,
6 qui dedit redemptionem semetipsum pro omnibus, testi- Mt 20,28 Mc 10,45
monium temporibus suis; 7 in quod positus sum ego prae- G 1,4 Tt 2,14 |
dicator et apostolus – veritatem dico, non mentior – doctor G 2,7 E 3,1
gentium in fide et veritate. Kol 1,25-29

De viris et mulieribus: 2,8-15

8 Volo ergo viros orare in omni loco levantes puras 1 P 3,7
manus sine ira et disceptatione; 9 similiter et mulieres in 1 P 3,1-4
habitu ornato cum verecundia et sobrietate ornantes se, non
in tortis crinibus et auro aut margaritis vel veste pretiosa,
10 sed, quod decet mulieres, profitentes pietatem per opera
bona.

11 Mulier in tranquillitate discat cum omni subiectione; 1 K 14,33-35
12 docere autem mulieri non permitto neque dominari in
virum, sed esse in tranquillitate. 13 Adam enim primus for- Gn 2,7.22
matus est, deinde Eva; 14 et Adam non est seductus, mulier Gn 3,13
autem seducta in praevaricatione fuit. 15 Salvabitur autem
per filiorum generationem, si permanserint in fide et dilec-
tione et sanctificatione cum sobrietate.

De episcopo: 3,1-7

3 Fidelis sermo: si quis episcopatum appetit, bonum opus Tt 1,6s
desiderat. 2 Oportet ergo episcopum irreprehensibilem 1 P 5,3
esse, unius uxoris virum, sobrium, prudentem, ornatum,

2 sunt] constituti sunt Co E Wi St Si | in] cum Wi | castitate] gravitate Wi • 3 hoc] *add.* enim W S V | salvatore] salutari S • 5 enim] autem Wi • 6 cuius testimonium V (– C) | suis] *add.* confirmatum est V (– Wi: palam factum est; – C) • 7 in quod] in quo W S V (– Wi: ad quod) | dico] *add.* in Christo Wi • 9 ornato] decoro Wi | sobrietate] modestia Wi | non] et non G E Wi Si C | et³] aut W S V • 10 profitentes] promittentes W S V (– Wi) • 11 tranquillitate] silentio W S V • 12 tranquillitate] silentio W S V • 15 permanserit V (– Co L P) | sobrietate] modestia Wi →

→ Wi | in ministerium Wi • 13 ~ blasphemus fui V | misericordiam] *add.* Dei V (– Co) | quia] quod Wi | in incredulitatem Wi • 14 sunt] est W S V • 15 fidelis ... dignus] certus sermo est et dignus qui omnibus modis accipiatur Wi | dignus] *add.* quod V (– G Co E); *add.* quia W S G Co E | in hunc mundum W V • 16 primum Wi | longanimitatem] patientiam W S V | ad informationem eorum] ad deformationem eorum W S; ad proponendum exemplum iis Wi | illi] in eum Wi • 17 incorruptibili] immortali W S V; *add.* et Wi | Deo] *add.* sapienti Wi • 18 super te] in te W S V (– Wi: de te) • 19 naufragaverunt] naufragium fecerunt Wi
¶ 2.1 obsecro] adhortor Wi | primum V | postulationes] interpellationes Wi

hospitalem, doctorem, **3** non vinolentum, non percussorem,
sed modestum, non litigiosum, non cupidum, **4** suae domui
bene praepositum, filios habentem in subiectione cum omni
castitate **5** – si quis autem domui suae praeesse nescit, quo-
modo ecclesiae Dei curam habebit? –, **6** non neophytum,
ne in superbia elatus in iudicium incidat Diaboli. **7** Oportet
autem illum et testimonium habere bonum ab his, qui foris
sunt, ut non in opprobrium incidat et laqueum Diaboli.

De diaconis: 3,8-13

8 Diaconos similiter pudicos, non bilingues, non multo
vino deditos, non turpe lucrum sectantes, **9** habentes mys-
terium fidei in conscientia pura. **10** Et hi autem probentur
primum, deinde ministrent nullum crimen habentes. **11** Mu-
lieres similiter pudicas, non detrahentes, sobrias, fideles in
omnibus. **12** Diaconi sint unius uxoris viri, qui filiis suis
bene praesint et suis domibus; **13** qui enim bene ministra-
verint, gradum sibi bonum acquirent et multam fiduciam in
fide, quae est in Christo Iesu.

De ecclesia Dei firmamento veritatis: 3,14-16

14 Haec tibi scribo sperans venire ad te cito; **15** si autem
tardavero, ut scias quomodo oporteat in domo Dei con-
versari, quae est ecclesia Dei vivi, columna et firmamentum
veritatis. **16** Et omnium confessione magnum est pietatis
mysterium:

Qui manifestatus est in carne,
iustificatus est in Spiritu,
apparuit angelis,
praedicatus est in gentibus,
creditus est in mundo,
assumptus est in gloria.

De abstinentia haeretica: 4,1-5

2T 3,1 2P 3,3 1J 2,18 **4** Spiritus autem manifeste dicit quia in novissimis tem-
poribus discedent quidam a fide, attendentes spiritibus

2 doctorem] idoneum ad docendum Wi ● 3 sed ... cupidum] non turpis lucri cupidum, sed aequum, non pugnacem, non avarum Wi ● 4 sed suae Co E St Si C; sed sui G | praepositum] praesidentem Wi | in subiectione] subditos W S V | castitate] gravitate Wi ● 5 curam] diligentiam W S V (– Wi) ● 6 in superbiam V ● 7 ~ et illum Co E Wi | his] iis St L P Si C | in laqueum V (– L P) ● 8 pudicos] graves Wi ● 10 et *om.* Wi | deinde] et sic W S V | nullum crimen habentes] si vacent crimine Wi ● 11 pudicas] →

→ ¶ 3.1 fidelis sermo] certus sermo est Wi | appetit] desiderat W S V ● 2 ergo] enim G Co E St Si; igitur Wi | prudentem ornatum] *add.* pudicum St L P Si C; ornatum prudentem pudicum G Co E; modestum benemoratum Wi

seductoribus et doctrinis daemoniorum, 2 in hypocrisi lo-
quentium mendacium et cauteriatam habentium suam con-
scientiam, 3 prohibentium nubere, abstinere a cibis, quos 1K 7,1 Kol 2,21
Deus creavit ad percipiendum cum gratiarum actione fideli-
bus et his, qui cognoverunt veritatem. 4 Quia omnis creatura
Dei bona, et nihil reiciendum, quod cum gratiarum actione Gn 1,31
percipitur, 5 sanctificatur enim per verbum Dei et oratio-
nem.

De bona doctrina et pietate: 4,6-11

6 Haec proponens fratribus bonus eris minister Christi
Iesu, enutritus verbis fidei et bonae doctrinae, quam assecu- 1,10; 6,3 2T 4,3 Tt 1,9
tus es; 7 profanas autem et aniles fabulas devita. 1,4 Tt 1,14
Exerce teipsum ad pietatem; 8 nam corporalis exercitatio
ad modicum utilis est, pietas autem ad omnia utilis est pro-
missionem habens vitae, quae nunc est, et futurae. 9 Fidelis
sermo et omni acceptione dignus: 10 in hoc enim laboramus
et certamus, quia sperantes sumus in Deum vivum, qui est 1,1; 2,3
salvator omnium hominum, maxime fidelium. 11 Praecipe Tt 1,3; 2,10; 3,4
haec et doce.

De Timotheo fidelium exemplo: 4,12–5,2

12 Nemo adulescentiam tuam contemnat, sed exemplum
esto fidelium in verbo, in conversatione, in caritate, in fide,
in castitate. 13 Dum venio, attende lectioni, exhortationi,
doctrinae. 14 Noli neglegere donationem, quae in te est, 2T 1,6
quae data est tibi per prophetiam cum impositione manuum Act 14,23
presbyterii. 15 Haec meditare, in his esto, ut profectus tuus
manifestus sit omnibus. 16 Attende tibi et doctrinae; insta
in illis; hoc enim faciens et teipsum salvum facies et eos,
qui te audiunt.

5 Seniorem ne increpaveris, sed obsecra ut patrem, iuve-
nes ut fratres, 2 anus ut matres, iuvenculas ut sorores in
omni castitate.

1 seductoribus] erroris W S V (– Wi: impostoribus) ● 3 nubere] *add.* et Si | his] iis St L P Si C ● 4 bona] *add.* est V (– G) ● 6 ~ Iesu Christi Wi | assecutus] adsidue sectatus Wi ● 7 profanas] ineptas W S V (– Wi) | exerce] *add.* autem V ● 8 vitae] →

→ graves Wi | detrahentes] calumniosas Wi ● 12 diacones W S G Co E | suis[1] *om.* Wi | praesunt W S ● 13 ~ bonum sibi V ● 14 scribo] *add.* fili T(h)imothee G Co E St Si | venire ad te] me ad te venire V (– Co E Wi: me venire ad te) | cito] brevi Wi ● 15 oporteat] *add.* te W S V | in ecclesia E ● 16 omnium confessione] manifeste W S V (– Wi: citra controversiam) | mysterium] sacramentum W S V (– Wi) | qui manifestatus] quod manifestatum W S V | carne] *add.* et E Wi | iustificatum W S V | praedicatum W S V | in[3] *om.* W S V | creditum W S V | assumptum W S V
¶ 4.1 manifeste] certo Wi | quia] quod Wi

De viduis: 5,3-16

3 Viduas honora, quae vere viduae sunt. **4** Si qua autem
vidua filios aut nepotes habet, discant primum domum
suam pie regere et mutuam vicem reddere parentibus, hoc
enim acceptum est coram Deo. **5** Quae autem vere vidua
est et desolata, sperat in Deum et instat obsecrationibus
et orationibus nocte ac die; **6** nam quae in deliciis est vivens,
mortua est. **7** Et haec praecipe, ut irreprehensibiles sint.
8 Si quis autem suorum et maxime domesticorum curam
non habet, fidem negavit et est infideli deterior.

9 Vidua adscribatur non minus sexaginta annorum, quae
fuerit unius viri uxor, **10** in operibus bonis testimonium
habens: si filios educavit, si hospitio recepit, si sanctorum
pedes lavit, si tribulationem patientibus subministravit, si
omne opus bonum subsecuta est. **11** Adulescentiores autem
viduas devita; cum enim luxuriatae fuerint adversus Chris-
tum, nubere volunt, **12** habentes damnationem, quia pri-
mam fidem irritam fecerunt; **13** simul autem et otiosae
discunt circumire domos, non solum otiosae sed et verbosae
et curiosae, loquentes quae non oportet. **14** Volo ergo
iuniores nubere, filios procreare, dominas domus esse, nul-
lam occasionem dare adversario maledicti gratia; **15** iam
enim quaedam conversae sunt retro Satanam.

16 Si qua fidelis habet viduas, subministret illis, et non
gravetur ecclesia, ut his, quae vere viduae sunt, sufficiat.

De presbyteris: 5,17-22

1 P 5,1-5 **17** Qui bene praesunt presbyteri, duplici honore digni
habeantur, maxime qui laborant in verbo et doctrina;
Dt 25,4 | Mt 10,10 **18** dicit enim Scriptura: «*Non infrenabis os bovi trituranti*»
L 10,7 | 1 K 9,12-14 | et: «*Dignus operarius mercede sua*». **19** Adversus presbyte-
Dt 19,15 rum accusationem noli recipere, nisi *sub duobus vel tribus*
Mt 18,16 *testibus*. **20** Peccantes coram omnibus argue, ut et ceteri

4 discat V | pie *om.* W S V | enim] *add.* honestum et Wi ● 5 sperat] speret V (– Co); speravit W S Co | instet V (– Co) | nocte et die Co St L P ● 6 est vivens] vivit Wi ● 7 et *om.* Wi | haec] hoc W S V (– Wi) ● 9 adscribatur] eligatur W S V ● 10 si^{3} →

→ *add.* et Wi ● 9 certus est sermo et dignus qui omnibus modis accipiatur Wi ● 10 certamus] maledicimur W S V | quia] quod Wi | sperantes sumus] speramus V; speravimus W S ● 12 caritate] *add.* in spiritu Wi ● 13 lectioni] *add.* et Wi | exhortationi] *add.* et Co E St Si C; *om.* Wi ● 14 donationem] gratiam W S V (– Wi: donum) | quae^{1+2}] quod Wi | datum est Wi ● 16 attende] *add.* enim G Co E Wi St | insta] persiste Wi | eos *om.* W S

¶ 5.1 obsecra] adhortare Wi ● 2 in *om.* Wi

timorem habeant. 21 Testificor coram Deo et Christo Iesu
et electis angelis, ut haec custodias sine praeiudicio nihil
faciens in aliquam partem declinando. 22 Manus cito ne-
mini imposueris neque communicaveris peccatis alienis;
teipsum castum custodi.

Monita varia: 5,23-25

23 Noli adhuc aquam bibere, sed vino modico utere
propter stomachum et frequentes tuas infirmitates.

24 Quorundam hominum peccata manifesta sunt prae-
cedentia ad iudicium, quosdam autem et subsequuntur;
25 similiter et facta bona manifesta sunt, et quae aliter se
habent, abscondi non possunt.

De servis: 6,1-2

6 Quicumque sunt sub iugo, servi dominos suos omni Tt 2,9s 1P 2,18
honore dignos arbitrentur, ne nomen Dei et doctrina
blasphemetur. 2 Qui autem fideles habent dominos, non
contemnant, quia fratres sunt, sed magis serviant, quia
fideles sunt et dilecti, qui beneficii participes sunt. Haec
doce et exhortare.

De falsis doctrinis et de amore divitiarum: 6,3-10

3 Si quis aliter docet et non accedit sanis sermonibus
Domini nostri Iesu Christi et ei, quae secundum pietatem 1,10; 4,6 2T 1,13; 4,3 Tt 1,9; 2,1.10
est, doctrinae, 4 superbus est, nihil sciens, sed languens
circa quaestiones et pugnas verborum, ex quibus oriuntur
invidiae, contentiones, blasphemiae, suspiciones malae,
5 conflictationes hominum mente corruptorum et qui veri-
tate privati sunt, existimantium quaestum esse pietatem.

6 Est autem quaestus magnus pietas cum sufficientia.

21 testor W S V (– Wi: obtestor) | angelis] *add.* eius Co E Wi St Si | custodias] observes Wi; *add.* et St | nihil facies Wi | in *om.* G | aliquam] alteram V (– L P); aliam W S L P ● 23 adhuc] amplius Wi | ~ modico vino V | stomachum] *add.* tuum W S V ● 24 quosdam] quorundam Co E Wi St Si | et *om.* G St L P Si | sequuntur St
¶ 6.1 Dei] Domini W S V | blasphementur Wi ● 2 quia¹] eo quod Wi | sunt et dilecti] →

→ *om.* Wi | omne opus bonum subsecuta est] in omni opere bono fuit adsidua Wi ● 11 luxuriatae fuerint] lascivire coeperint Wi | adversus Christum] in Christo W S V (– Wi) ● 13 verbosae] garrulae Wi ● 14 ergo] autem G Co E Wi St | iuveniores W S | dominas domus esse] matres familias esse W S V ● 15 retro] *add.* post Co E Wi St Si ● 16 qua] quis V | et] ut G Co E Wi St | his] iis St L P Si C | verae viduae E ● 18 infrenabis] alligabis Co Wi St Si C | dignus] *add.* est W V ● 19 vel] aut V; et W S ● 20 et *om.* W Wi

Job 1,21 Eccl 5,14 7 Nihil enim intulimus in mundum, quia nec auferre quid
possumus; 8 habentes autem alimenta et quibus tegamur,
his contenti erimus. 9 Nam qui volunt divites fieri, incidunt
in tentationem et laqueum et desideria multa stulta et noci-
va, quae mergunt homines in interitum et perditionem;
10 radix enim omnium malorum est cupiditas, quam qui-
dam appetentes erraverunt a fide et inseruerunt se doloribus
multis.

Quae Timotheo fugienda et sectanda: 6,11-16

2T 2,22 11 Tu autem, o homo Dei, haec fuge; sectare vero iusti-
tiam, pietatem, fidem, caritatem, patientiam, mansuetudi-
2T 4,7 nem. 12 Certa bonum certamen fidei, apprehende vitam
aeternam, ad quam vocatus es, et confessus es bonam con-
fessionem coram multis testibus.

13 Praecipio tibi coram Deo, qui vivificat omnia, et
Christo Iesu, qui testimonium reddidit sub Pontio Pilato
bonam confessionem, 14 ut serves mandatum sine macula
irreprehensibile usque in adventum Domini nostri Iesu
Christi, 15 quem suis temporibus ostendet beatus et solus
potens, Rex regnantium et Dominus dominantium, 16 qui
Ps 104,2 solus habet immortalitatem, lucem habitans inaccessibilem,
Ex 33,20 quem vidit nullus hominum nec videre potest; cui honor et
imperium sempiternum. Amen.

7 in hunc mundum W V | quia] haud dubium quia (quod St L P Si C) W S V (– Wi: certum est quod) | auferre quid possumus] efferre aliquid possimus Wi ● 8 erimus] sumus S C; simus W V (– C) ● 9 laqueum] in (– L P) laqueum diaboli (– Wi) V | stulta] inutilia W S V (– E St: et inutilia; – Wi: vesana) | nociva] noxia Wi ● 10 cupiditas] avaritia Wi | aberraverunt Wi | inseruerunt] implicuerunt Wi ● 12 fidei *om.* G | ad quam] in qua W S V (– Wi: in quam et) | es² *om.* W S V ● 13 vivificat] iustificat St | testimonium reddidit] testatam fecit Wi ● 14 sine macula] inviolatum et Wi | irreprehensibile *om.* Co | in adventum] ad apparitionem Wi ● 15 regnantium] regum W S V ● 16 lucem habitans] et lucem inhabitat (habitat Co E Wi) V | ~ nullus hominum vidit V | nec] sed nec W S V | cui] *add.* est E Wi | in sempiternum Wi St

→ etiam diliguntur Wi | qui²] quia G E St | qui beneficii participes sunt] et beneficia recipiunt Wi ● 3 accedit] acquiescit W S V ● 4 est *om.* W S G | invidia contentio Wi ● 5 conflictationes] nihili disputationes Wi | a veritate Co E | existimantium ... pietatem] qui habent in quaestu pietatem, devita istos Wi ● 6 cum sufficientia] si quis animo sit contento Wi

Quid divitibus praecipiendum sit: 6,17-19

17 Divitibus huius saeculi praecipe non superbe sapere
neque sperare in incerto divitiarum, sed in Deo, qui praestat
nobis omnia abunde ad fruendum, 18 bene agere, divites
fieri in operibus bonis, facile tribuere, communicare,
19 thesaurizare sibi fundamentum bonum in futurum, ut Mt 6,20; 19,21 L 12,33
apprehendant veram vitam.

CONCLUSIO. EXHORTATIO ET BENEDICTIO: 6,20-21

20 O Timothee, depositum custodi, devitans profanas
vocum novitates et oppositiones falsi nominis scientiae,
21 quam quidam profitentes circa fidem aberraverunt.
Gratia vobiscum.

EPISTULA AD TIMOTHEUM II

INSCRIPTIO: 1,1-2

1 Paulus apostolus Christi Iesu per voluntatem Dei secun-
dum promissionem vitae, quae est in Christo Iesu, 2 Ti-
motheo carissimo filio: gratia, misericordia, pax a Deo
Patre et Christo Iesu Domino nostro.

DE BONO DEPOSITO: 1,3-18

Gratiarum actio de fide Timothei: 1,3-5

3 Gratias ago Deo, cui servio a progenitoribus in con-
scientia pura, quod sine intermissione habeo tui memoriam
in orationibus meis nocte ac die 4 desiderans te videre,
memor lacrimarum tuarum, ut gaudio implear, 5 recorda- Act 16,1s

17 non superbe sapere] ne superbiant Wi | superbe] sublime W S V (– Wi) | neque sperent Wi | Deo] *add.* vivo V ● 18 bene agere, divites fieri in] sed benefici sint et ditescant Wi | ~ bonis operibus V (– E) | tribuendo, communicando Wi ● 19 thesaurizando Wi | veram] bonam Co St; aeternam Wi ● 20 novitates ... scientiae] vanitates et disputationes scientiae falso sic nominatae Wi ● 21 profitentes] promittentes W S V (– Wi) | circa fidem] a fide Wi | aberraverunt] exciderunt W S V (– Wi: aberrarunt) | gratia vobiscum *om.* Wi | vobiscum] tecum amen (– S) W S V (– Wi)
¶ 1.1 ~ Iesu Christi V | in Christo Iesu] per Christum Iesum Wi ● 2 gratia] *add.* et G Co E Wi St | misericordia] *add.* et V (– L P C) | Patre] *add.* nostro G Co Wi St Si ● 3 Deo] *add.* meo V (– L P C) progenitoribus] *add.* meis V (– L P C) | in¹ *om.* Wi | quod] quam W S | habeam W S V ● 5 et recordationem Wi

tionem accipiens eius fidei, quae est in te non ficta, quae et
habitavit primum in avia tua Loide et matre tua Eunice,
certus sum autem quod et in te.

Admonitio ad depositum custodiendum: 1,6-14

1 T 4,14 Act 14,23 6 Propter quam causam admoneo te, ut resuscites dona-
tionem Dei, quae est in te per impositionem manuum mea-
rum; 7 non enim dedit nobis Deus Spiritum timoris sed
R 1,16 virtutis et dilectionis et sobrietatis. 8 Noli itaque erubescere
testimonium Domini nostri neque me vinctum eius, sed
Tt 3,5 collabora evangelio secundum virtutem Dei, 9 qui nos salvos
fecit et vocavit vocatione sancta, non secundum opera
nostra sed secundum propositum suum et gratiam, quae
data est nobis in Christo Iesu ante tempora saecularia,
Tt 1,4; 2,13; 3,6 10 manifestata autem nunc per illustrationem salvatoris
2P 1,1.11 nostri Iesu Christi, qui destruxit quidem mortem, illumina-
vit autem vitam et incorruptionem per evangelium, 11 in
quo positus sum ego praedicator et apostolus et doctor.
12 Ob quam causam etiam haec patior, sed non confun-
dor; scio enim, cui credidi, et certus sum quia potens est
depositum meum servare in illum diem. 13 Formam habe
4,3 1 T 1,10; 4,6; 6,3 sanorum verborum, quae a me audisti, in fide et dilectione,
Tt 1,9; 2,1.10 quae sunt in Christo Iesu; 14 bonum depositum custodi
per Spiritum Sanctum, qui habitat in nobis.

De Phygelo et Hermogene; de Onesiphoro: 1,15-18

15 Scis hoc quod aversi sunt a me omnes, qui in Asia
sunt, ex quibus est Phygelus et Hermogenes. 16 Det miseri-
cordiam Dominus Onesiphori domui, quia saepe me refri-
geravit et catenam meam non erubuit, 17 sed cum Romam

5 eius fidei ... ficta] non fictae fidei tuae Wi • 6 donationem] gratiam W S V • 7 sobrietatis] modestiae Wi • 8 sed collabora evangelio] sed una adflictionem feras cum evangelio Wi • 9 salvos fecit] liberavit W S V (– Wi) | vocatione] *add.* sua V | per Christum Iesum Wi | saecularia] aeterna Wi • 10 manifestata] *add.* est W S V | illustrationem] illuminationem W S V (– Wi: adparitionem) | salvatoris] *add.* Domini Co | illuminavit ... incorruptionem] vitam autem et incorruptibilitatem in lucem produxit Wi • 11 in quo] ad quod Wi | doctor] magister gentium W S V (– Wi: doctor gentium) • 12 quia] quod Wi • 13 habe] habens E; retine Wi | in fide et dilectione] per fidem et dilectionem Wi | in dilectione V (– Co Wi) | quae sunt *om.* W S V • 15 scis] *add.* →

venisset, sollicite me quaesivit et invenit **18** – det illi Domi-
nus invenire misericordiam a Domino in illa die – et quanta
Ephesi ministravit, melius tu nosti.

DE CURA ANIMARUM: 2,1–4,8

De militia Christi: 2,1-13

2 Tu ergo, fili mi, confortare in gratia, quae est in Christo
Iesu; **2** et quae audisti a me per multos testes, haec
commenda fidelibus hominibus, qui idonei erunt et alios
docere.
3 Collabora sicut bonus miles Christi Iesu. **4** Nemo mili-
tans implicat se saeculi negotiis, ut ei placeat, qui eum
elegit; **5** si autem certat quis agone, non coronatur nisi
legitime certaverit. **6** Laborantem agricolam oportet pri- 1 K 9,7.10
mum de fructibus accipere. **7** Intellege, quae dico; dabit
enim tibi Dominus in omnibus intellectum.
8 Memor esto Iesum Christum resuscitatum esse a mor- R 1,3
tuis, ex semine David, secundum evangelium meum, **9** in 1 K 15,4
quo laboro usque ad vincula quasi male operans, sed ver-
bum Dei non est alligatum! **10** Ideo omnia sustineo propter Kol 1,24
electos, ut et ipsi salutem consequantur, quae est in Christo
Iesu cum gloria aeterna. **11** Fidelis sermo: Nam si com-
mortui sumus, et convivemus; **12** si sustinemus, et conre- R 6,8
gnabimus; si negabimus, et ille negabit nos; **13** si non credi- Mt 10,33 | R 3,3s
mus, ille fidelis manet, negare enim seipsum non potest.

De confutatione haereticorum et de correptione errantium: 2,14-26

14 Haec commone testificans coram Deo verbis non con-
tendere: in nihil utile est, nisi ad subversionem audientium.

18 Domino] Deo G Co St Si | quanta] quomodo Wi | ministravit] *add.* mihi V (– Wi L P) | ~ tu melius V (– Wi) | tu] ipse Wi
¶ 2.1 confortare per gratiam Wi ● 3 labora W S V (– Wi: perfer adflictionem) | ~ Iesu Christi Wi ● 4 militans] *add.* Deo W V | saeculi negotiis] negotiis saecularibus W S V | ei] et Wi | qui eum elegit] cui se probavit W S V ● 5 si autem certat quis agone] nam et qui certat in agone W S V | coronabitur V (– L P C) | nisi] *add.* qui Co ● 6 percipere L P Si C ● 8 Dominum Iesum Christum V | resuscitatum esse] resurrexisse W S V ● 9 laboro] adfligor Wi | male operans] facinorosus Wi ● 10 quae est per Christum Iesum Wi | ~ aeterna gloria Wi | aeterna] caelesti W S V (– Wi) ● 11 fidelis] certus est Wi | et] etiam Wi ● 12 sustinebimus W V (– E Wi) | et¹] etiam Wi | negaverimus V (– Wi: negamus) | et²] vicissim Wi | ~ nos negabit Wi ● 13 permanet V | enim *om.* W S V ● 14 haec] *add.* autem G | Deo] Domino W S L P C | verbis non contendere] noli verbis contendere (contendere verbis V) W S V | in nihil utile est nisi] ad nihil enim utile est nisi V; in nihil utile W S

→ enim G Co E St Si | Phygelus] Philetus E St Si ● 16 quia] quod Wi | refrigeravit ... erubuit] refocillavit et catenae meae non puduit eum Wi

15 Sollicite cura teipsum probabilem exhibere Deo, opera-
rium inconfusibilem, recte tractantem verbum veritatis.
1 T 4,7 Tt 1,14 **16** Profana autem inaniloquia devita, magis enim profici-
ent ad impietatem, **17** et sermo eorum ut cancer serpit; ex
1 T 1,20 quibus est Hymenaeus et Philetus, **18** qui circa veritatem
1 K 15,12 aberraverunt dicentes resurrectionem iam factam, et sub-
vertunt quorundam fidem. **19** Sed firmum fundamentum Dei
Nu 16,5.26 stat habens signaculum hoc: *Cognovit Dominus, qui sunt eius,*
Is 26,13 et: *Discedat ab iniquitate omnis, qui nominat nomen Domini.*
20 In magna autem domo non solum sunt vasa aurea et
argentea sed et lignea et fictilia, et quaedam quidem in
honorem, quaedam autem in ignominiam; **21** si quis ergo
emundaverit se ab istis, erit vas in honorem, sanctificatum,
utile Domino, ad omne opus bonum paratum.

1 T 6,11 **22** Iuvenilia autem desideria fuge, sectare vero iustitiam,
fidem, caritatem, pacem cum his, qui invocant Dominum
de corde puro. **23** Stultas autem et sine disciplina quaestio-
nes devita, sciens quia generant lites; **24** servum autem
Domini non oportet litigare, sed mansuetum esse ad omnes,
aptum ad docendum, patientem, **25** cum mansuetudine cor-
ripientem eos, qui resistunt, si quando det illis Deus paeni-
tentiam ad cognoscendam veritatem, **26** et resipiscant a Dia-
boli laqueo, a quo capti tenentur ad ipsius voluntatem.

De diebus novissimis et de seductione fidelium: 3,1-9

1 T 4,1 **3** Hoc autem scito, quod in novissimis diebus instabunt
tempora periculosa. **2** Erunt enim homines seipsos
amantes, cupidi, elati, superbi, blasphemi, parentibus in-
oboedientes, ingrati, scelesti, **3** sine affectione, sine foedere,
criminatores, incontinentes, immites, sine benignitate, **4** pro-
ditores, protervi, tumidi, voluptatum amatores magis quam

15 sollicite] *add.* autem G Co E Wi St | probabilem] probatum Wi | tractantem] sectantem Wi • **16** inaniloquia] et (– Wi) vaniloquia (inaniloquia G St L P) V | magis] multum W S V | proficiunt V (– Co) • **18** qui] quia St | circa veritatem] a veritate W S V | aberraverunt] exciderunt W S V (– Wi: aberrarunt) | resurrectionem] *add.* esse V (– Co E Wi) | subverterunt V (– Wi) • **19** stetit W S | novit Wi | qui sunt eius] suos Wi | discedit Co E St | nominat] invocat V (– L P C) | Domini] Christi Wi • **20** quaedam[1+2] alia Wi | in[2+3] ad Wi | ignominiam] contumeliam W S V • **21** ~ se emundaverit E Wi | in] ad Wi | sanctificatum] *add.* et W S V • **22** vero *om.* Co St | fidem] *add.* spem (+ et G St) V (– L P) | caritatem] *add.* et V (– Wi) | his] iis St L P Si C | de *om.* Wi • **23** sine disciplina] ineptas Wi | quia] quod Wi • **24** mansuetum] placidum Wi | aptum ad docendum] docibilem W S V (– Wi) • **25** mansuetudine] modestia →

Dei, **5** habentes speciem quidem pietatis, virtutem autem Tt 1,16
eius abnegantes; et hos devita. **6** Ex his enim sunt, qui pene- 2P 2,14
trant domos et captivas ducunt mulierculas oneratas pecca-
tis, quae ducuntur variis concupiscentiis, **7** semper discentes
et numquam ad scientiam veritatis pervenire valentes. 1T 2,4 Tt 1,1
8 Quemadmodum autem Iannes et Iambres restiterunt
Moysi, ita et hi resistunt veritati, homines corrupti mente,
reprobi circa fidem; **9** sed ultra non proficient, insipientia
enim eorum manifesta erit omnibus, sicut et illorum fuit.

Timotheum ad perseverantiam incitat: 3,10-17

10 Tu autem assecutus es meam doctrinam, institutio-
nem, propositum, fidem, longanimitatem, dilectionem, pa-
tientiam, **11** persecutiones, passiones, qualia mihi facta sunt Act 13,50; 14,5.19
Antiochiae, Iconii, Lystris, quales persecutiones sustinui; 2K 11,22-33 E 3,1
et ex omnibus me eripuit Dominus. **12** Et omnes, qui volunt Kol 1,24
pie vivere in Christo Iesu, persecutionem patientur; **13** mali
autem homines et seductores proficient in peius, in errorem
mittentes et errantes.
14 Tu vero permane in his, quae didicisti et credita sunt 2P 1,20 Jd 3
tibi, sciens a quibus didiceris, **15** et quia ab infantia Sacras
Litteras nosti, quae te possunt instruere ad salutem per
fidem, quae est in Christo Iesu. **16** Omnis Scriptura divinitus
inspirata est et utilis ad docendum, ad arguendum, ad cor-
rigendum, ad erudiendum in iustitia, **17** ut perfectus sit
homo Dei, ad omne opus bonum instructus.

Verbum opportune et importune praedicandum: 4,1-8

4 Testificor coram Deo et Christo Iesu, qui iudicaturus 2P 1,12 Jd 17
est vivos ac mortuos, per adventum ipsius et regnum

6 concupiscentiis] desideriis W S V ● 7 pervenire valentes] pervenientes W S V ● 8 autem *om.* Wi | Iannes] Iamnes W G E | Iambres] Mambres W S V (– Co Wi) ● 9 manifestata E ● 10 assectatus es Wi ● 11 qualia mihi facta sunt] cuiusmodi mihi acciderunt Wi | Iconii] *add.* et Si C; Yconio G | ~ eripuit me V (– Co) ● 12 ~ pie volunt V ● 13 seductores] impostores Wi | ~ errantes et in errorem mittentes W S V (– Wi: dum et seducunt et errant ipsi) ● 14 his] iis St L P Si C | a quibus] a quo W S V ● 15 possint W S ● 16 omnis] tota enim Wi; *add.* enim Co E St Si | est et utilis] utilis est V; et utilis W S | corrigendum] corripiendum V (– L P) →

→ W S V (– Wi) | eos qui resistunt] adversarios Wi | resistunt] *add.* veritati V (– Wi) | si] ne W S V | ~ Deus det illis V (– E Wi) ● 26 laqueis W S V | captivi V
¶ 3.1 quod] quia E ● 2 erunt enim] et (– Si C) erunt W S V | semetipsos E | cupidi elati] avari iactabundi Wi | inoboedientes] non oboedientes V (– Wi) | scelesti] prophani Wi ● 3 foedere] pace W S V (– Wi) | criminatores] calumniatores Wi | immites] intractabiles Wi ● 4 tumidi] *add.* et V (– E St: *add.* caeci et)

eius: **2** praedica verbum, insta opportune, importune, argue,
increpa, obsecra in omni longanimitate et doctrina. **3** Erit
1T 4,1 | 1T 1,10; 4,6; 6,3 Tt 1,9; 2,1.10 enim tempus, cum sanam doctrinam non sustinebunt, sed
ad sua desideria coacervabunt sibi magistros prurientes
1T 1,4 auribus, **4** et a veritate quidem auditum avertent, ad fabu-
las autem convertentur. **5** Tu vero vigila in omnibus, labo-
ra, opus fac evangelistae, ministerium tuum imple.

Ph 2,17 **6** Ego enim iam delibor, et tempus meae resolutionis instat.
1T 6,12 Ph 3,14 2P 1,14 **7** Bonum certamen certavi, cursum consummavi, fidem ser-
vavi; **8** in reliquo reposita est mihi iustitiae corona, quam
reddet mihi Dominus in illa die, iustus iudex, non solum
autem mihi sed et omnibus, qui diligunt adventum eius.

COMMENDATIONES VARIAE: 4,9-18

9 Festina venire ad me cito. **10** Demas enim me dereliquit
diligens hoc saeculum et abiit Thessalonicam, Crescens in
Galatiam, Titus in Dalmatiam; **11** Lucas est mecum solus.
Marcum assumens adduc tecum, est enim mihi utilis in
E 6,21 ministerium. **12** Tychicum autem misi Ephesum. **13** Paenu-
lam, quam reliqui Troade apud Carpum, veniens affer, et
1T 1,20 libros, maxime autem membranas. **14** Alexander aerarius
Ps 62,13; 28,4 multa mala mihi ostendit. Reddet ei Dominus secundum
opera eius; **15** quem et tu devita, valde enim restitit verbis
nostris.
Ph 1,15-18 **16** In prima mea defensione nemo mihi affuit, sed omnes

2 ~ obsecra increpa (exhortare Wi) W S V | in *om.* Wi | longanimitate] patientia W S V ● 3 ad] secundum Wi | prurientes auribus] hi quibus pruriunt aures Wi ● 4 quidem *om.* Wi | auditum] aures Wi ● 5 labora] perfer adflictionem Wi | imple] *add.* sobrius esto V (– Wi) ● 6 delibor] immolor Wi | ~ resolutionis meae V ● 8 in reliquo] in cetero Wi | ~ corona iustitiae W V | omnibus] iis St L P Si C; his W S G Co E Wi ● 9 ~ ad me venire V ● 10 reliquit V (– E Wi) | Galatiam] Galliam W S ● 11 assumens] assume et W S V | in ministerio G E Wi St Si ● 13 affer] *add.* tecum V (– Wi); affers S | autem] *add.* et Co E Wi ● 14 reddat W S Co Wi | ei] illi V; *om.* W ● 15 restitit G St

→ ¶ 4.1 ~ Iesu Christo V (– E; – Wi: Domino Iesu Christo) | ac] et V | per] et W S G; et per Co E St L P | per adventum ipsius et regnum eius] in adparitione sua et in regno suo Wi

me dereliquerunt. Non illis reputetur; 17 Dominus autem
mihi astitit et confortavit me, ut per me praedicatio im-
pleatur, et audiant omnes gentes, et liberatus sum de ore Ps 22,22
leonis. 18 Liberabit me Dominus ab omni opere malo et Dn 6,21.28
salvum faciet in regnum suum caeleste; cui gloria in saecula
saeculorum. Amen.

CONCLUSIO. SALUTATIONES ET BENEDICTIONES: 4,19-22

19 Saluta Priscam et Aquilam et Onesiphori domum.
20 Erastus remansit Corinthi, Trophimum autem reliqui in-
firmum Mileti. 21 Festina ante hiemem venire.

Salutat te Eubulus et Pudens et Linus et Claudia et fratres
omnes.

22 Dominus cum spiritu tuo. Gratia vobiscum.

EPISTULA AD TITUM

INSCRIPTIO: 1,1-4

1 Paulus servus Dei, apostolus autem Iesu Christi secun-
dum fidem electorum Dei et agnitionem veritatis, quae 1T 2,4
secundum pietatem est 2 in spem vitae aeternae, quam 2T 3,7
promisit, qui non mentitur, Deus ante tempora saecularia,
3 manifestavit autem temporibus suis verbum suum in prae-

16 illis reputetur] illis imputetur V (– G; – Wi: imputetur illis) ● 17 compleatur Wi | et[3]] quia St ● 18 liberavit V (– Co) ● 19 Priscillam G Co St ● 21 salutant V | Pudens] prudens E | et[3] *om.* W ● 22 Dominus] *add.* Iesus Christus (– S) W S V (– Wi: *add.* Iesus Christus sit) | vobiscum] nobiscum S; *add.* amen W S V

¶ 1.2 in spe Wi | ~ Deus qui non mentitur Wi | temporalia G | saecularia] aeterna Wi ● 3 in praedicatione] per praedicationem Wi

1T 2,6; 6,15 dicatione, quae credita est mihi secundum praeceptum sal-
2,10; 3,4 1T 1,1; 2,3; 3,4 | vatoris nostri Dei, **4** Tito germano filio secundum com-
2,13; 3,6 2T 1,10 munem fidem: gratia et pax a Deo Patre et Christo Iesu
2P 1,1.11; 3,18 salvatore nostro.

DE MINISTERIO TITI: 1,5–3,11

Presbyteri et episcopus quales esse debeant: 1,5-9

5 Huius rei gratia reliqui te Cretae, ut ea, quae desunt,
Act 14,23 1T 3,2-4 corrigas et constituas per civitates presbyteros, sicut ego
Act 20,17.28 1P 5,2s tibi disposui, **6** si quis sine crimine est, unius uxoris vir,
filios habens fideles, non in accusatione luxuriae aut non
subiectos. **7** Oportet enim episcopum sine crimine esse sicut
Dei dispensatorem, non superbum, non iracundum, non
vinolentum, non percussorem, non turpis lucri cupidum,
8 sed hospitalem, benignum, sobrium, iustum, sanctum,
2,1.10 1T 1,10; 4,6; 6,3 continentem, **9** amplectentem eum, qui secundum doctri-
2T 1,13; 4,3 nam est, fidelem sermonem, ut potens sit et exhortari in
doctrina sana et eos, qui contradicunt, arguere.

De seductoribus revincendis: 1,10-16

10 Sunt enim multi et non subiecti vaniloqui et seducto-
res, maxime qui de circumcisione sunt, **11** quibus oportet
silentium imponere, quia universas domos subvertunt do-
centes, quae non oportet, turpis lucri gratia. **12** Dixit qui-
dam ex illis, proprius ipsorum propheta: «Cretenses semper
mendaces, malae bestiae, ventres pigri». **13** Testimonium
hoc verum est. Quam ob causam increpa illos dure, ut sani
1T 1,4; 4,7 2T 2,16 sint in fide, **14** non intendentes Iudaicis fabulis et mandatis
hominum aversantium veritatem.
Mt 15,11 Mc 7,15 **15** Omnia munda mundis; coinquinatis autem et infideli-

3 praeceptum] mandatum Wi ● 4 germano] dilecto W S V (– Wi) | gratia] *add.* misericordia Wi ● 5 Cretae] in Creta Wi | sicut et ego W V | ~ disposui (iniunxi Wi) tibi V ● 6 est *om.* G | subiectos] subditos W S V ● 7 superbum] praefractum Wi | turpis lucri] turpilucri S | turpis lucri cupidum] turpe lucrum sectantem Wi ● 8 benignum] *add.* prudentem Si | sobrium] modestum Wi ● 9 amplectentem ... sermonem] tenacem fidelis sermonis qui secundum doctrinam est Wi | et[1] *om.* V | in *om.* Wi ● 10 et[1]] etiam V (– Wi L P: *om.*) | non subiecti] inoboedientes W S V (– Wi: effrenes) | maxime] *add.* autem E Wi ● 11 quibus] quos W S V (– Wi) | silentium imponere] redargui W S V (– Wi: os obstrui) | quia] qui W S V ● 12 ventris G E Si C ● 14 attendentes Wi | a(d)versantium (avertentium E) se a (ad Si) veritate W S V (– Wi)

bus nihil mundum, sed inquinatae sunt eorum et mens et
conscientia. **16** Confitentur se nosse Deum, factis autem
negant, cum sunt abominati et inoboedientes et ad omne 2T 3,5
opus bonum reprobi.

De officiis singulorum: 2,1-10

2 Tu autem loquere, quae decent sanam doctrinam. 10; 1,9 1T 1,10; 4,6; 6,3
2 Senes, ut sobrii sint, pudici, prudentes, sani fide, dilec- 2T 1,13; 4,3
tione, patientia.
3 Anus similiter in habitu sanctae, non criminatrices, non 1P 3,1-5
vino multo deditae, bene docentes, **4** ut prudentiam doceant
adulescentulas, ut viros suos ament, filios diligant, **5** pru-
dentes sint, castae, domus curam habentes, benignae, sub-
ditae suis viris, ut non blasphemetur verbum Dei.
6 Iuvenes similiter hortare, ut sobrii sint. **7** In omnibus 1J 2,14
teipsum praebens exemplum bonorum operum, in doctrina
integritatem, gravitatem, **8** in verbo sano irreprehensibilem, 2P 3,15s
ut is, qui ex adverso est, vereatur, nihil habens malum
dicere de nobis.
9 Servos dominis suis subditos esse in omnibus, placentes 1T 6,1s 1P 2,18
esse, non contradicentes, **10** non fraudantes, sed omnem
fidem bonam ostendentes, ut doctrinam salutaris nostri Dei 1,3; 3,4 1T 1,1; 2,3; 4,10
ornent in omnibus.

De gratia Dei et de conversatione credentium: 2,11-15

11 Apparuit enim gratia Dei salutaris omnibus hominibus 3,4
12 erudiens nos, ut abnegantes impietatem et saecularia
desideria sobrie et iuste et pie vivamus in hoc saeculo,

15 nihil] *add.* est V | eorum mens Wi ● **16** profitentur Wi | ~ Deum nosse Wi | sunt] sint W V | abominati] abominabiles Wi | inoboedientes] incredibiles W S V (– Wi: increduli)

¶ **2.1** decet W S ● **2** pudici prudentes] graves modesti Wi | fide dilectione patientia] in fide in dilectione in patientia W V ● **3** in habitu sanctae] in conversatione religiosa Wi | sancto W S V (– Wi) | criminatrices] calumniatrices Wi | ~ multo vino V | deditae] servientes W S V ● **4** prudentiam] modestiam Wi | filios] *add.* suos V ● **5** prudentes sint] ut sint modestae Wi | prudentes castas sobrias (– S W) ... benignas subditas viris suis (suis viris S W) *etc.* W S V (– Wi) | ~ viris suis Wi ● **6** sobrii] modesti Wi ● **7** praebe W S V | in doctrina] docendo praesta Wi | integritatem] in integritate W V (– Wi) | gravitatem] in gravitate W V (– Wi) ● **8** in verbo sano] verbum sanum W S V | irreprehensibile W V | is qui ex adverso est] adversarius Wi | vereatur] confundatur Wi | de vobis Wi ● **9** esse² *om.* W S V ● **10** omnem] in omnibus W S V | salutaris] salvatoris W V ● **11** Dei] *add.* et G Co E Wi | salutaris] salvatoris nostri W V ● **12** saecularia] mundana Wi | sobrie] modeste Wi | et² *om.* E Wi | hoc] praesenti Wi

13 exspectantes beatam spem et adventum gloriae magni
1,4 Dei et salvatoris nostri Iesu Christi, 14 qui dedit semetipsum
Ez 37,23 Ps 130,8 pro nobis, ut nos redimeret ab omni iniquitate et mundaret
Ex 19,5 Dt 14,2 sibi populum peculiarem, sectatorem bonorum operum.
15 Haec loquere et exhortare et argue cum omni imperio.
Nemo te contemnat!

Officia renatorum in extraneos: 3,1-7

R 13,1-7 1 P 2,13-17 **3** Admone illos principibus, potestatibus subditos esse,
dicto oboedire, ad omne opus bonum paratos esse,
2 neminem blasphemare, non litigiosos esse, modestos,
omnem ostendentes mansuetudinem ad omnes homines.
3 Eramus enim et nos aliquando insipientes, inoboedien-
tes, errantes, servientes concupiscentiis et voluptatibus
variis, in malitia et invidia agentes, odibiles, odientes in-
2,11 | 1,3 vicem. 4 Cum autem benignitas et humanitas apparuit sal-
vatoris nostri Dei, 5 non ex operibus iustitiae, quae fecimus
nos, sed secundum suam misericordiam salvos nos fecit per
J 3,3-8 R 3,20 lavacrum regenerationis et renovationis Spiritus Sancti,
G 2,16 E 2,8s; 5,26 6 quem effudit super nos abunde per Iesum Christum salva-
2 T 1,9 | 1,4 torem nostrum, 7 ut iustificati gratia ipsius heredes simus
secundum spem vitae aeternae.

Contentiones vanae devitandae: 3,8-11

8 Fidelis sermo, et volo te de his confirmare, ut curent bo-
nis operibus praeesse, qui crediderunt Deo. Haec sunt bona
1 T 1,4 et utilia hominibus; 9 stultas autem quaestiones et genealo-
gias et contentiones et pugnas circa legem devita, sunt enim
Mt 18,15-17 inutiles et vanae. 10 Haereticum hominem post unam et

13 adventum] adparitionem Wi ● 14 peculiarem] acceptabilem W S V (– Wi) ¶ 3,1 principibus] *add.* et W S V ● 2 neminem blasphemare] nemini convicium facere Wi | sed modestos W V (– Wi: sed commodos) | ostendentes mansuetudinem ad] mansuetudinem exhibentes erga Wi ● 3 ~ aliquando et nos V | insipientes] *add.* et Co E Wi | inoboedientes] increduli W S V | concupiscentiis] desideriis W S V | agentes odibiles] versantes odiosi Wi ● 5 ~ misericordiam suam Co E Wi ● 6 super nos] in nos W S V | abunde] opulente Wi ● 8 fidelis] certus Wi | sermo] *add.* est W S V | ~ de his volo te W S V | adfirmare Wi | ut curent … Deo] ut qui credunt Deo solliciti sint bonis operibus praecellere Wi | credunt W S V (– Wi) ● 9 circa legem] legis W S V

secundam correptionem devita, 11 sciens quia subversus
est, qui eiusmodi est, et delinquit, proprio iudicio condem-
natus.

CONCLUSIO. MANDATA DE ITINERE. SALUTATIO: 3,12-15

12 Cum misero ad te Artemam aut Tychicum, festina ad 2T 4,12
me venire Nicopolim; ibi enim statui hiemare. 13 Zenam
legis peritum et Apollo sollicite instrue, ut nihil illis desit.
14 Discant autem et nostri bonis operibus praeesse ad usus
necessarios, ut non sint infructuosi.
15 Salutant te, qui mecum sunt, omnes. Saluta, qui nos
amant in fide.
Gratia cum omnibus vobis.

EPISTULA AD PHILEMONEM

INSCRIPTIO: 1-3

1 Paulus vinctus Christi Iesu et Timotheus frater Phile-
moni dilecto et adiutori nostro, 2 et Apphiae sorori et
Archippo commilitoni nostro et ecclesiae, quae in domo Kol 4,17
tua est: 3 gratia vobis et pax a Deo Patre nostro et Domino R 1,7
Iesu Christo.

GRATIARUM ACTIO: 4-7

4 Gratias ago Deo meo semper memoriam tui faciens in
orationibus meis, 5 audiens caritatem tuam et fidem, quam

11 quia] quod Wi | subversus est qui eiusmodi est] talis subversus est Wi | delinquit] *add.* cum sit V ● 12 aut] et Wi ● 13 sollicite] studiose Wi | instrue] praemitte W S V (– Wi: deducas) ● 14 nostri] nostris G; vestri E Wi | praeesse] praecellere Wi | infructuosi] sine fructu Wi ● 15 saluta] *add.* eos V | gratia] *add.* Dei W S V | vobis] *add.* amen W S V

¶ 1.1 ~ Iesu Christi W S ● 2 sorori] *add.* carissimae V

habes in Dominum Iesum et in omnes sanctos, **6** ut com-
munio fidei tuae evidens fiat in agnitione omnis boni, quod
est in nobis in Christum; **7** gaudium enim magnum habui
et consolationem in caritate tua, quia viscera sanctorum
requieverunt per te, frater.

OBSECRATIO PRO ONESIMO: 8-20

8 Propter quod multam fiduciam habens in Christo im-
perandi tibi, quod ad rem pertinet, **9** propter caritatem
magis obsecro, cum sim talis ut Paulus senex, nunc autem
et vinctus Christi Iesu; **10** obsecro te de meo filio, quem
1 K 4,15 Kol 4,9 genui in vinculis, Onesimo, **11** qui tibi aliquando inutilis
fuit, nunc autem et tibi et mihi utilis, **12** quem remisi tibi:
eum, hoc est viscera mea; **13** quem ego volueram mecum
detinere, ut pro te mihi ministraret in vinculis evangelii.

14 Sine consilio autem tuo nihil volui facere, uti ne velut
ex necessitate bonum tuum esset sed voluntarium. **15** Forsi-
tan enim ideo discessit ad horam, ut aeternum illum reci-
1 K 7,22 peres, **16** iam non ut servum sed plus servo, carissimum
fratrem, maxime mihi, quanto autem magis tibi et in carne
et in Domino.

17 Si ergo habes me socium, suscipe illum sicut me. **18** Si
autem aliquid nocuit tibi aut debet, hoc mihi imputa. **19** Ego
1 K 16,21 Paulus scripsi mea manu, ego reddam; ut non dicam tibi
quod et teipsum mihi debes. **20** Ita, frater! Ego te fruar in

5 in[1]] ad Wi | in Domino Iesu W S V (– Wi) | in[2]] erga Wi ● **6** communio] communicatio W S V | evidens] efficax Wi | omnis] *add.* operis V (– Wi L P) | quod est in nobis] quod est in vobis L P Si C; in vobis W; in nobis S; quod apud vos est Wi; *om.* G Co E St | in Christum] in Christo Iesu W S V ● **7** habui] habemus Wi | quia] quod Wi ● **8** habentes S | Christo] *add.* Iesu W S V | tibi] *add.* id Wi | ad rem pertinet] officii tui erat Wi ● **9** caritatem] *add.* tamen Wi | sim] sis W S V | ~ Iesu Christi W S V ● **10** de] pro W V | ~ Onesimo quem genui in vinculis Wi ● **11** ~ mihi et tibi V ● **12** tibi *om.* W S | eum hoc est viscera mea] tu autem illum ut (id est W S) mea viscera suscipe W S V ● **14** consilio autem tuo] voluntate autem tua Wi | uti *om.* Wi ● **15** horam] *add.* a te W S V | in aeternum Co E Wi St Si ● **16** plus] pro V ● **17** ~ me habes E ● **19** ~ manu mea Co Wi | et *om.* Co ● **20** ita] etiam Wi | frater] facies Si

Domino; refice viscera mea in Christo!

SALUTATIONES ET BENEDICTIO: 21-25

21 Confidens oboedientia tua scripsi tibi, sciens quoniam
et super id, quod dico, facies. **22** Simul autem et para mihi
hospitium, nam spero per orationes vestras donari me vobis.

23 Salutat te Epaphras, concaptivus meus in Christo Kol 4,7-14
Iesu, **24** Marcus, Aristarchus, Demas, Lucas, adiutores mei.

25 Gratia Domini Iesu Christi cum spiritu vestro. G 6,18

20 Christo] Domino W S Wi L P C ● 21 in oboedientia tua V | quoniam] quod Wi | et super id quod dico facies] plus facies quam dico Wi ● 22 autem *om.* G Co St ● 23 salutant Wi ● 24 Demas] *add.* et V ● 25 Domini] *add.* nostri W S V | vestro] *add.* amen W S V

EPISTULA AD HEBRAEOS

DE FILIO CONSUMMATORE SALUTIS: 1,1–4,13

Filius melior angelis effectus: 1,1-14

1 Multifariam et multis modis olim Deus locutus patribus
in prophetis, 2 in novissimis his diebus locutus est nobis
in Filio, quem constituit heredem universorum, per quem
2 K 3,18 Kol 1,15 fecit et saecula; 3 qui, cum sit splendor gloriae et figura
J 1,3 Kol 1,17 substantiae eius et portet omnia verbo virtutis suae, pur-
Ps 110,1 gatione peccatorum facta, consedit ad dexteram maiestatis
Ph 2,9 in excelsis, 4 tanto melior angelis effectus, quanto differen-
tius prae illis nomen hereditavit.

5 Cui enim dixit aliquando angelorum:

Ps 2,7 «*Filius meus es tu;*
ego hodie genui te»

2 Sm 7,14 et rursum: «*Ego ero illi in patrem, et ipse erit mihi in filium*»?

6 Cum autem iterum introducit primogenitum in orbem
terrae, dicit:

Dt 32,43 Ⓖ Ps 97,7 Ⓖ «*Et adorent eum omnes angeli Dei*».

7 Et ad angelos quidem dicit:

Ps 104,4 Ⓖ «*Qui facit angelos suos spiritus*
et ministros suos flammam ignis»;

8 ad Filium autem:

Ps 45,7s Ⓖ «*Thronus tuus, Deus, in saeculum saeculi,*

¶ 1.1 multifarie G Co E Wi St | et multis] multisque V | locutus] loquens W S V (– Wi) | in prophetis] per prophetas Wi • 2 in novissimis his diebus] novissime diebus istis W S V | ~ est locutus Wi | in Filio] per Filium Wi • 3 figura] imago Wi | et portet] portansque S V; portans quoque W | purgationem peccatorum faciens W S V (– Wi: per se purgationem peccatorum nostrorum faciens) | sedit W S; sedet V | maiestatis] *add.* eius E Wi • 4 differentius] excellentius Wi • 6 cum autem] et cum W S V • 7 et ad angelos] de angelis Wi

et virga aequitatis virga regni tui.
9 *Dilexisti iustitiam et odisti iniquitatem,*
propterea unxit te Deus, Deus tuus,
oleo exsultationis prae participibus tuis»
10 et:
«*Tu in principio, Domine, terram fundasti;* Ps 102,26-28
et opera manuum tuarum sunt caeli.
11 *Ipsi peribunt, tu autem permanes;*
et omnes ut vestimentum veterascent,
12 *et velut amictum involves eos,*
sicut vestimentum *et mutabuntur.*
Tu autem idem es, et anni tui non deficient».
13 Ad quem autem angelorum dixit aliquando:
«*Sede a dextris meis,* Ps 110,1
donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum»?
14 Nonne omnes sunt administratorii spiritus, qui in
ministerium mittuntur propter eos, qui hereditatem capient
salutis?

Deus testificatus est de Filio: 2,1-4

2 Propterea abundantius oportet observare nos ea, quae
audivimus, ne forte praeterfluamus. **2** Si enim, qui per
angelos dictus est, sermo factus est firmus, et omnis prae-
varicatio et inoboedientia accepit iustam mercedis retribu-
tionem, **3** quomodo nos effugiemus si tantam neglexerimus
salutem? Quae, cum initium accepisset enarrari per Domi-
num, ab eis, qui audierunt, in nos confirmata est, **4** con-
testante Deo signis et portentis et variis virtutibus et Spiri- 2K 12,12
tus Sancti distributionibus secundum suam voluntatem.

De Filio humiliato et exaltato: 2,5-18

5 Non enim angelis subiecit orbem terrae futurum, de
quo loquimur. **6** Testatus est autem in quodam loco quis
dicens:

8 et *om.* V | aequitatis] rectitudinis Wi ● 9 participibus] consortibus Wi ● 11 permanebis W S V (– Wi) ● 12 involves] mutabis W V | sicut vestimentum *om.* W S V | idem] *add.* ipse V ● 13 donec] quoadusque W S V (– Wi) ● 14 administratorii] ministrantes Wi | qui[1] *om.* W S V | mittuntur] missi W S V | capiunt V (– L P C) ¶ 2.1 forte *om.* Wi | praeterfluamus] pereffluamus S V (– Wi: pereamus); effluamus W ● 2 enim] *add.* sermo Wi | sermo factus est] fuit Wi | et[1] *add.* si G Co St ● 3 nos[1] *om.* Wi | initium ... Dominum] per Dominum primum enuntiata esset Wi | enarrandi Co E St | in nos confirmata est] certo perlata est ad nos Wi ● 4 distributionibus] donis Wi | voluntatem] *add.* distributis Wi ● 5 subiecit] *add.* Deus V ● 6 in quodam loco quis] alicubi quidam Wi

Ps 8,5-7 Ⓖ *«Quid est homo, quod memor es eius,*
aut filius hominis, quoniam visitas eum?
7 *Minuisti eum paulo minus ab angelis,*
gloria et honore coronasti eum,
8 *omnia subiecisti sub pedibus eius».*
In eo enim quod ei omnia subiecit, nihil dimisit non
subiectibile ei. Nunc autem necdum videmus omnia subiecta
ei; 9 eum autem, qui *paulo minus ab angelis minoratus est,*
videmus Iesum propter passionem mortis *gloria et honore*
coronatum, ut gratia Dei pro omnibus gustaverit mortem.

10 Decebat enim eum, propter quem omnia et per quem
Act 3,15 omnia, qui multos filios in gloriam adduxit, ducem salu-
tis eorum per passiones consummare. 11 Qui enim sancti-
ficat et qui sanctificantur, ex uno omnes; propter quam
causam non erubescit fratres eos vocare 12 dicens:
Ps 22,23 *«Nuntiabo nomen tuum fratribus meis,*
in medio ecclesiae laudabo te»;

Is 8,17 13 et iterum: *«Ego ero fidens in eum»;*
2 Sm 22,3
Is 8,18 Ⓖ et iterum: *«Ecce ego et pueri, quos mihi dedit Deus».*

14 Quia ergo pueri communicaverunt sanguini et carni,
et ipse similiter participavit iisdem, ut per mortem destrue-
ret eum, qui habebat mortis imperium, id est Diabolum,
15 et liberaret eos, qui timore mortis per totam vitam
obnoxii erant servituti. 16 Nusquam enim angelos appre-
Is 41,8s Ⓖ hendit, sed *semen Abrahae apprehendit.* 17 Unde debuit per
Ps 22,23 omnia fratribus similari, ut misericors fieret et fidelis ponti-
fex in iis, quae sunt ad Deum, ut repropitiaret delicta po-

6 quoniam] quod Wi • 7 paulo minus] paululum Wi | eum^{2}] *add.* et constituisti eum super opera manuum tuarum W S V • 8 sub] subter Wi | ~ omnia ei V | dimisit] praetermisit Wi | subiectibile] subiectum W S V | necdum] nondum Wi • 9 eum] Iesum Wi | paulo minus ab angelis] modico quam angeli W S V (– E: modico quam ab angelis; – Wi: paululum ab angelis) | Iesum *om.* Wi | gustaret W S V • 10 qui] ut Wi | adduxerat W S V (– Wi: adduceret) | ducem] auctorem W S V (– Wi) | passionem V | consummari Co Wi St Si • 11 erubescit] confunditur W S V (– Wi) • 13 pueri] *add.* mei W S V | ~ dedit mihi W V • 14 ~ carni et sanguini V | et^{2} *om.* Wi | eisdem V | destrueret] oboleret Wi • 16 apprehendit^{1+2}] adsumit Wi • 17 similari] similare S; assimilari E; similis fieri Wi | in iis quae sunt *om.* W S V | ad Deum] erga Deum Wi | ut^{2}] et ut E Si | ut repropitiaret] ad expiandum Wi

puli; **18** in quo enim passus est ipse tentatus, potens est eis, 4,15 Mt 4,1-11 L 4,1-13
qui tentantur, auxiliari.

Filius amplioris gloriae prae Moyse dignus est habitus: 3,1-6

3 Unde, fratres sancti, vocationis caelestis participes, con-
siderate apostolum et pontificem confessionis nostrae
Iesum, **2** qui fidelis est ei, qui fecit illum, sicut et *Moyses in* Nu 12,7 ⊕
tota domo illius. **3** Amplioris enim gloriae iste prae Moyse
dignus est habitus, quanto ampliorem honorem habet quam
domus, qui fabricavit illam. **4** Omnis namque domus fabri-
catur ab aliquo; qui autem omnia fabricavit, Deus est. **5** Et
Moyses quidem *fidelis erat in tota domo eius* tamquam *famu-* Nu 12,7 ⊕
lus in testimonium eorum, quae dicenda erant, **6** Christus
vero tamquam Filius super domum illius; cuius domus
sumus nos, si fiduciam et gloriationem spei retineamus.

Verbo Dei homines iudicantur: 3,7-19

7 Quapropter, sicut dicit Spiritus Sanctus:
«*Hodie, si vocem eius audieritis,* Ps 95,7-11
8 *nolite obdurare corda vestra sicut in exacerbatione,*
secundum diem tentationis in deserto,
9 *ubi tentaverunt me patres vestri in probatione*
et viderunt opera mea **10** *quadraginta annos.*
Propter quod infensus fui generationi huic
et dixi: Semper errant corde.
Ipsi autem non cognoverunt vias meas;
11 *sicut iuravi in ira mea:*
Non introibunt in requiem meam».

12 Videte, fratres, ne forte sit in aliquo vestrum cor ma-
lum incredulitatis discedendi a Deo vivo, **13** sed adhorta-
mini vosmetipsos per singulos dies, donec illud «*hodie*»

18 in quo enim] in eo enim in quo W S V (– Wi: quia enim) | ipse] *add.* et V | eis] et eis V
¶ **3.1** Iesum] Christum Iesum Wi ● **2** fecit] praefecit Si | tota] omni W S V | illius] eius V ● **3** amplioris enim gloriae] tanto ampliore enim gloria Wi | iste] hic Wi | ~ habitus est W S Co E | habitus *om.* Wi | quam domus qui fabricavit illam] is qui domum fabricat, quam domus Wi | quam *om.* W S V (– Wi) ● **4** fabricavit] creavit W S V | est *om.* W S G ● **6** super domum illius] in domo sua W S V | cuius] quae W S V | gloriam W S V (– Wi) | spei] *add.* usque ad finem firmam W S V ● **7** eius *om.* G ● **8** secundum diem] tempore Wi ● **9** in probatione] probaverunt W S V ● **10** annis W V | semper] *add.* hi E Wi ● **11** sicut] quibus V (– Wi C) | non] si W S V ● **13** illud *om.* W S V

vocatur, ut non obduretur quis ex vobis fallacia peccati;
14 participes enim Christi effecti sumus, si tamen initium
substantiae usque ad finem firmum retineamus, **15** dum
dicitur:
Ps 95,7s «*Hodie, si vocem eius audieritis,*
nolite obdurare corda vestra quemadmodum in illa
exacerbatione».
16 Qui sunt enim qui audientes exacerbaverunt? Nonne
universi, qui profecti sunt ab Aegypto per Moysen? **17** Qui-
bus autem *infensus fuit quadraginta annos?* Nonne illis, qui
Nu 14,29 peccaverunt, quorum *membra ciciderunt in deserto?* **18** Qui-
bus autem *iuravit non introire in requiem ipsius*, nisi illis, qui
increduli fuerunt? **19** Et videmus quia non potuerunt in-
troire propter incredulitatem.

Verbum Dei requiem promittit: 4,1-13

4 Timeamus ergo, ne forte, relicta pollicitatione introeun-
Ps 95,11 di in requiem eius, existimetur aliquis ex vobis deesse;
2 etenim et nobis evangelizatum est quemadmodum et illis,
sed non profuit illis sermo auditus, non commixtis fide cum
Ps 95,11 iis, qui audierant. **3** Ingredimur enim in requiem, qui credi-
dimus, quemadmodum dixit:
«*Sicut iuravi in ira mea:*
Non introibunt in requiem meam»,
et quidem operibus ab institutione mundi factis. **4** Dixit
Gn 2,2 ⊕ enim quodam loco de die septima sic: «*Et requievit Deus*
die septima ab omnibus operibus suis»; **5** et in isto rursum:
Ps 95,11 «*Non introibunt in requiem meam*». **6** Quoniam ergo superest
quosdam introire in illam, et hi, quibus prioribus evangeli-
zatum est, non introierunt propter inoboedientiam, **7** iterum
terminat diem quendam, «Hodie», in David dicendo post

13 vocatur] cognominatur W S V (– Wi: adpellatur) | fallacia peccati] seductus a peccato Wi ● **14** substantiae] *add.* eius W V ● **15** in ea exacerbatione Wi ● **16** qui sunt enim qui] quidam enim W S V | audientes] postquam audierunt Wi | nonne] sed non W S V | ab] ex Wi L P Si C ● **17** fuit] est W S V (– Wi) | annis V | membra ceciderunt] cadavera prostrata sunt W S V ● **19** quia] quod Wi | introire] *add.* in requiem ipsius V (– L P C)
¶ **4.1** forte *om.* Wi | relicta] contempta Wi | aliqui S | vobis] nobis V (– L P C) ● **2** evangelizatum] nuntiatum W S V | et[2] *om.* Wi | sermo auditus] audisse sermonem Wi | non[2] *om.* Wi | commixtis fide cum iis qui audierant] admixtis (admistus St L P Si C; admixtus G E) fidei ex iis (his W S Co E) quae audierunt W S V (– Wi: cum fidem non adhibuissent his, quae audierunt) ● **3** ingrediemur W S V | in requiem[1]] *add.* eius E Wi | sicut] quibus Si | non] si W S V | factis] perfectis V ● **4** enim *om.* Wi | in quodam loco Co E Wi Si C | septima[2]] septimo E ● **5** in isto] hic Wi | non] si W S V ● **6** ~ introire quosdam V (– Wi: ut introeant quidam) | hi] ii St L P Si C | prioribus] →

tantum temporis, sicut supra dictum est:
«*Hodie, si vocem eius audieritis,* Ps 95,7s
nolite obdurare corda vestra».
8 Nam si eis Iesus requiem praestitisset, non de alio
loqueretur posthac die. **9** Itaque relinquitur sabbatismus
populo Dei; **10** qui enim ingressus est in requiem eius, Ps 95,11
etiam ipse requievit ab operibus suis, sicut a suis Deus. Gn 2,2 ⓖ
11 Festinemus ergo ingredi in illam requiem, ut ne in
idipsum quis incidat inoboedientiae exemplum. **12** Vivus
est enim Dei sermo et efficax et penetrabilior omni gladio Prv 7,22-30: 18,15s
ancipiti et pertingens usque ad divisionem animae ac spiri-
tus, compagum quoque et medullarum, et discretor cogita-
tionum et intentionum cordis; **13** et non est creatura in-
visibilis in conspectu eius, omnia autem nuda et aperta sunt
oculis eius, ad quem nobis sermo.

DE CHRISTO NOVI TESTAMENTI PONTIFICE AETERNO ET VERO: 4,14–10,18

De ministerio pontificis: 4,14–5,10

14 Habentes ergo pontificem magnum, qui penetravit
caelos, Iesum Filium Dei, teneamus confessionem. **15** Non
enim habemus pontificem, qui non possit compati infirmi-
tatibus nostris, tentatum autem per omnia secundum simili- Mt 4,1-11
tudinem absque peccato; **16** adeamus ergo cum fiducia ad 10,22
thronum gratiae, ut misericordiam consequamur et gratiam
inveniamus in auxilium opportunum.

5 Omnis namque pontifex ex hominibus assumptus pro
hominibus constituitur in his, quae sunt ad Deum, ut
offerat dona et sacrificia pro peccatis, **2** qui aeque condolere
possit his, qui ignorant et errant, quoniam et ipse circum-
datus est infirmitate **3** et propter eam debet, quemadmo-
dum et pro populo, ita etiam pro semetipso offerre pro Lv 9,7
peccatis.
4 Nec quisquam sumit sibi illum honorem, sed qui voca-

8 Iesus] Iosue Wi | non] numquam W S V | de alia V ● 9 itaque] ita Wi ● **10** ingressus est] ingreditur Wi | requiescit Wi | sicut] *add.* et G Co E Wi St ● **11** idipsum ... exemplum] idem incredulitatis exemplum incidat aliquis Wi | inoboedientiae] incredulitatis W S V ● **12** ~ enim est W | ~ sermo Dei V | quoque *om.* Wi | et[4]] ac V | discre- →

→ prius Wi | evangelizatum] annuntiatum W S V | inoboedientiam] incredulitatem W S V ● 7 terminat] constituit Wi | diem quandam Wi | in David dicendo] per David loquens Wi

tur a Deo tamquam et Aaron. **5** Sic et Christus non semet-
ipsum glorificavit, ut pontifex fieret, sed qui locutus est ad
eum:
Ps 2,7 «*Filius meus es tu; ego hodie genui te*»;
6 quemadmodum et in alio dicit:
Ps 110,4 «*Tu es sacerdos in aeternum secundum ordinem Mel-
chisedech*».
7 Qui in diebus carnis suae, preces supplicationesque ad
Mt 26,37s Mc 14,33s eum, qui possit salvum illum a morte facere, cum clamore
valido et lacrimis offerens et exauditus pro sua reverentia,
Ph 2,8 **8** et quidem cum esset Filius, didicit ex his, quae passus est,
oboedientiam; **9** et, consummatus, factus est omnibus
Is 45,17 ⓖ oboedientibus sibi auctor salutis aeternae, **10** appellatus a
Ps 110,4 Deo pontifex *iuxta ordinem Melchisedech*.

De imbecillitate parvulorum: 5,11–6,12

11 De quo grandis nobis sermo et ininterpretabilis ad
dicendum, quoniam segnes facti estis ad audiendum.
12 Etenim cum deberetis magistri esse propter tempus, rur-
sum indigetis, ut vos doceat aliquis elementa exordii ser-
1 K 3,1-3 monum Dei, et facti estis, quibus lacte opus sit, non solido
cibo. **13** Omnis enim, qui lactis est particeps, expers est
sermonis iustitiae, parvulus enim est; **14** perfectorum autem
est solidus cibus, eorum, qui pro consuetudine exercitatos
habent sensus ad discretionem boni ac mali.

6 Quapropter praetermittentes inchoationis Christi ser-
monem ad perfectionem feramur, non rursum iacientes
fundamentum paenitentiae ab operibus mortuis et fidei ad
Deum, **2** baptismatum doctrinae, impositionis quoque ma-
nuum, ac resurrectionis mortuorum et iudicii aeterni. **3** Et
hoc faciemus siquidem permiserit Deus.

---

4 et *om*. W S V ● 5 glorificavit] clarificavit W S V (- Wi) | sed] *add*. is Wi ● 6 in alio] *add*. loco V (- Wi: alias) ● 7 posset E; poterat Wi | ~ illum salvum facere a →

→ tor ... intentionum] iudicat cogitationes et intentiones Wi ● 13 est] *add*. ulla W S V | invisibilis] quae non manifestetur Wi | autem] enim Si | aperta] resupinata Wi | sermo] *add*. est Wi ● 14 penetraverit S | confessionem] spei nostrae confessionem G Co E St Si; *add*. nostram Wi ● 15 tentatum autem] sed tentatum Wi | secundum similitudinem] pro similitudine W S V ● 16 adeamus] accedamus Wi | gratiae] *add*. eius V (- L P C) | in auxilio opportuno W S V

¶ 5.1 his] iis St L P Si C | sunt ad Deum] erga Deum aguntur Wi ● 2 aeque *om*. W S V | his] iis St L P Si C ● 3 propter eam] propterea W V (- Wi) | et² *om*. V (- Wi) | etiam] *add*. et G Co St Si C ● 4 quisquam] quispiam Wi | illum *om*. W S V

4 Impossibile est enim eos, qui semel sunt illuminati,
gustaverunt etiam donum caeleste et participes sunt facti
Spiritus Sancti **5** et bonum gustaverunt Dei verbum vir-
tutesque saeculi venturi **6** et prolapsi sunt, rursus renovari
ad paenitentiam rursum crucifigentes sibimetipsis Filium
Dei et ostentui habentes. **7** Terra enim saepe venientem
super se bibens imbrem et generans herbam opportunam Gn 1,11s
illis, propter quos et colitur, accipit benedictionem a Deo;
8 *proferens* autem *spinas ac tribulos* reproba est et *maledicto* Gn 3,17s
proxima, cuius finis in combustionem.

9 Confidimus autem de vobis, dilectissimi, meliora et
viciniora saluti, tametsi ita loquimur; **10** non enim iniustus
Deus, ut obliviscatur operis vestri et dilectionis, quam
ostendistis nomini ipsius, qui ministrastis sanctis et minis-
tratis. **11** Cupimus autem unumquemque vestrum eandem
ostentare sollicitudinem ad expletionem spei usque in
finem, **12** ut non segnes efficiamini, verum imitatores
eorum, qui fide et patientia hereditant promissiones.

Iuramento Dei promissio firmata: 6,13-20

13 Abrahae namque promittens Deus, quoniam neminem
habuit, per quem iuraret maiorem, *iuravit per semetipsum* Gn 22,16
14 dicens: «*Utique benedicens benedicam te et multiplicans* Gn 22,17
multiplicabo te»; **15** et sic longanimiter ferens adeptus est
repromissionem. **16** Homines enim per maiorem sui iurant,
et omnis controversiae eorum finis ad confirmationem est
iuramentum; **17** in quo abundantius volens Deus ostendere
pollicitationis heredibus immobilitatem consilii sui, se inter-
posuit iure iurando, **18** ut per duas res immobiles, in quibus
impossibile est mentiri Deum, fortissimum solacium habea-
mus, qui confugimus ad tenendam propositam spem,

4 ~ enim est V (– Si C) | gustaverunt etiam] et gustaverunt Wi | ~ facti sunt V (– E: →

→ morte V (– Wi: illum a morte salvum facere) | et exauditus] exauditus est V | pro sua reverentia] propter reverentiam Wi ● 8 filius] *add.* Dei V (– L P) | his] iis St L P Si C ● 9 factus est *om.* Wi | oboedientibus] obtemperantibus W S V | auctor] causa W S V (– Wi: autor) | aeternae] *add.* factus est Wi ● 10 appellatus] cognominatus Wi ● 11 ~ nobis grandis V (– Wi) | grandis ... ad dicendum] nobis multa dicenda forent verbum Wi | interpretabilis St L P Si | quoniam] quia Wi | segnes] imbecilles W S V (– Wi) | facti *om.* Wi | audiendum] *add.* explicatu difficilia Wi ● 12 vos doceat ... exordii] doceam vos prima elementa Wi | doceat aliquis] doceamini quae sint W S V (– Wi) | facti *om.* Wi ● 14 pro ipsa consuetudine G Co St
¶ 6.1 intermittentes W S V | inchoationis Christi sermonem] prima rudimenta sermonum de Christo Wi | ad perfectiora E Wi Si C ● 2 baptismatum doctrinae impositionis quoque] et baptismorum et doctrinae et impositionis Wi | ac] et Wi ● 3 hoc] haec G

19 quam sicut ancoram habemus animae, tutam ac fir-
Lv 16,2.12 mam et incedentem usque in interiora velaminis, **20** ubi
Ps 110,4 praecursor pro nobis introivit Iesus, *secundum ordinem*
Melchisedech pontifex factus *in aeternum.*

De Christo et de sacerdotibus veteris testamenti: 7,1–8,13
De Melchisedech et de filiis Levi: 7,1-10

Gn 14,17-20 **7** Hic enim *Melchisedech, rex Salem, sacerdos Dei summi,*
qui *obviavit Abrahae regresso a caede regum et benedixit*
ei, **2** cui et *decimam omnium* divisit *Abraham,* primum qui-
dem, qui interpretatur rex iustitiae, deinde autem et *rex*
Salem, quod est rex Pacis, **3** sine patre, sine matre, sine
genealogia, neque initium dierum neque finem vitae habens,
Ps 110,4 assimilatus autem Filio Dei, manet sacerdos in perpetuum.
Gn 14,20 **4** Intuemini autem quantus sit hic, cui et decimam dedit
de praecipuis Abraham patriarcha. **5** Et illi quidem, qui de
Nu 18,21 filiis Levi sacerdotium accipiunt, mandatum habent deci-
mas sumere a populo secundum legem, id est a fratribus
suis, quamquam et ipsi exierunt de lumbis Abrahae; **6** hic
autem, cuius generatio non annumeratur in eis, decimam
sumpsit ab Abraham et eum, qui habebat repromissiones,
benedixit. **7** Sine ulla autem contradictione, quod minus
est, a meliore benedicitur.
8 Et hic quidem decimas morientes homines sumunt, ibi
autem testimonium accipiens quia vivit. **9** Et ut ita dictum
sit, per Abraham et Levi, qui decimas accipit, decimatus
est, **10** adhuc enim in lumbis patris erat, quando *obviavit ei*
Melchisedech.

De Christo et de sacerdotio Levitico: 7,11-22

11 Si ergo consummatio per sacerdotium leviticum erat,
populus enim sub ipso legem accepit, quid adhuc neces-
Ps 110,4 sarium *secundum ordinem Melchisedech* alium surgere *sacer-*

19 ~ ancoram animae tutam ac firmam habemus Wi | et] ac Co | incedentem] introeuntem Wi | usque *om.* Wi | in] ad V →

→ facti) ● **5** et bonum gustaverunt] gustaverunt nihilominus bonum W S V (– Wi: et gustaverunt bonum) ● **6** ~ renovari rursus W S ● **7** generans] germinans V (– L P C) | propter quos et] a quibus W S V ● **8** maledictioni Wi | finis] consummatio W S V (– Wi) | in] ad Wi ● **9** viciniora saluti] coniuncta cum salute Wi ● **10** iniustus] *add.* est E Wi Si | nomini] in nomine W S V ● **11** vestrum *om.* Wi | ad expletionem spei] ut certam habeat spem Wi ● **12** fide ... promissiones] per fidem et patientiam promissiones hereditate accipiunt Wi | hereditabunt W S V (– Wi) ● **13** namque] nempe E Wi ● **14** utique] nisi W S V | te[1] tibi G Wi ● **15** et sic longanimiter ferens] itaque ille cum patienter expectasset Wi | promissionem Wi ● **16** sui *om.* Wi ● **17** in quo abundantius] ideo plenius Wi | pollicitationis heredibus] heredibus promissionis Wi | sui *om.* Wi | se *om.* W S V | iusiurandum W S V ● **18** immobiles] immutabiles Wi | in quibus] quibus W S V (– Wi: per quas) | fortissimum] firmumWi

dotem et non *secundum ordinem* Aaron dici? **12** Translato
enim sacerdotio, necesse est, ut et legis translatio fiat. **13** De
quo enim haec dicuntur, ex alia tribu est, ex qua nullus
altari praesto fuit; **14** manifestum enim quod ex Iuda ortus
sit Dominus noster, in quam tribum nihil de sacerdotibus
Moyses locutus est.

15 Et amplius adhuc manifestum est, si *secundum* simili-
tudinem *Melchisedech* exsurgit alius *sacerdos*, **16** qui non
secundum legem mandati carnalis factus est sed secundum
virtutem vitae insolubilis, **17** testimonium enim accipit:

«*Tu es sacerdos in aeternum secundum ordinem* Ps 110,4
Melchisedech».

18 Reprobatio quidem fit praecedentis mandati propter
infirmitatem eius et inutilitatem, **19** nihil enim ad perfec-
tum adduxit lex, introductio vero melioris spei, per quam
proximamus ad Deum.

20 Et quantum non est sine iure iurando, illi quidem sine
iure iurando sacerdotes facti sunt, **21** hic autem cum iure
iurando per eum, qui dicit ad illum:

«*Iuravit Dominus et non paenitebit eum:* Ps 110,4
Tu es sacerdos in aeternum»,

22 in tantum et melioris testamenti sponsor factus est Iesus.

De Christo perfecto pontifice: 7,23-28

23 Et illi quidem plures facti sunt sacerdotes, idcirco
quod morte prohibebantur permanere; **24** hic autem eo
quod manet in aeternum, intransgressibile habet sacerdo- Ps 110,4
tium, **25** unde et salvare in perpetuum potest accedentes
per semetipsum ad Deum, semper vivens ad interpellandum
pro eis.

26 Talis enim et decebat, ut nobis esset pontifex, sanctus,
innocens, impollutus, segregatus a peccatoribus et excelsior

12 translato] sublato Wi | ut et] ut E | legis translatio fiat] lex auferatur Wi ● **13** de] →

→ ¶ **7.2** et¹ *om.* W S | decimas W S V | quidem *om.* Wi | qui interpretatur] per interpretationem dicitur Wi | autem *om.* Wi ● **4** decimas W V | decimam dedit de praecipuis] de spoliis decimas dedit Wi ● **5** et illi quidem qui] et quidem W S V (– Wi) | et illi quidem ... accipiunt] porro filii Levi sacerdotii functione sumpta Wi | accipientes W S V (– Wi) | ~ secundum legem a populo Wi | ipsi] illi Wi | exierint W V (– E) ● **6** hic autem cuius] cuius autem W S V (– Wi) | hic autem ... in eis] at hic non natus ex eis Wi | decimas W S V | ab *om.* W S | eum] hunc W S V (– Wi: huic) | promissiones Wi ● **7** a meliore] a praestantiore Wi ● **8** morientes] mortales Wi | sumunt] accipiunt W S V | ibi] de illo Wi | testimonium accipiens] contestatus W S; contestatur V (– Wi: testificatum est) | quia] quod Wi ● **9** dictum sit ... decimatus est] dicam una cum Abraham decimatus est et Levi, qui decimas alioqui accepit Wi | accepit W V (– Wi) ● **11** erat *om.* Wi | necessarium] *add.* fuit V

caelis factus, **27** qui non habet necessitatem cotidie, quem-
Lv 16,6.15 admodum pontifices, prius pro suis delictis hostias offerre,
deinde pro populi; hoc enim fecit semel semetipsum offe-
rendo. **28** Lex enim homines constituit pontifices infirmita-
tem habentes, sermo autem iuris iurandi, quod post legem
Ps 2,7; 110,4 est, Filium in aeternum consummatum.

De Christo novi testamenti mediatore: 8,1-13

8 Caput autem super ea, quae dicuntur: talem habemus
Ps 110,1 pontificem, qui consedit in dextera throni Maiestatis in
Nu 24,6 ⓖ caelis, **2** sanctorum minister et tabernaculi veri, quod fixit
Dominus, non homo.

3 Omnis enim pontifex ad offerenda munera et hostias
constituitur; unde necesse erat et hunc habere aliquid, quod
offerret. **4** Si ergo esset super terram, nec esset sacerdos,
cum sint qui offerant secundum legem munera; **5** qui
Kol 2,17 figurae et umbrae deserviunt caelestium, sicut responsum
Ex 25,40 est Moysi, cum consummaturus esset tabernaculum: «*Vide*
enim, inquit, *omnia facies secundum exemplar, quod tibi*
ostensum est in monte». **6** Nunc autem differentius sortitus
est ministerium, quanto et melioris testamenti mediator est,
quod in melioribus repromissionibus sancitum est. **7** Nam
si illud prius culpa vacasset, non secundi locus inquireretur;
Jr 31,31-34 ⓖ **8** vituperans enim eos dicit: «*Ecce dies veniunt, dicit Domi-*
nus, et consummabo super domum Israel et super domum
Iudae testamentum novum; **9** *non secundum testamentum,*

27 ~ cotidie necessitatem W S | pontifices] sacerdotes W S V | semetipsum] se W S G Co St L P; seipsum E Wi Si C • **28** ~ constituit homines Co E Wi | pontifices] sacerdotes W S V | quod] qui W S V | consummatum] perfectum W S V

¶ **8.1** caput] capitulum W S V (– Wi) | caput ... dicuntur] porro eorum quae dicimus summa haec est Wi | consedit ad dexteram Wi | throni Maiestatis] sedis Magnitudinis W S V • **2** Dominus] Deus V (– L P C); *add.* et W S V • **3** ad offerendum V (– E Wi) | erat] est W S V | offerat W S V • **4** ergo] enim Wi | nec esset sacerdos] ne →

→ in W S V (– Wi) | dicuntur] *add.* is Wi | ex[1+2]] de W S V | altario W S V (– Wi Si) | praesto fuit] astitit Wi • **14** manifestum] *add.* est V | Dominus] Deus G | in qua tribu W S V • **15** similitudinem] multitudinem E | exsurgat V; exsurget W • **17** testimonium enim accipit] contestatur enim quoniam W S V • **18** reprobatio ... mandati] abrogatur igitur praecedens mandatum Wi | fit *om.* G | eius] suam Wi • **19** introductio vero melioris spei] et introducitur melior spes Wi • **20** et quantum ... iure iurando[1]] et quia accedit hic ius iurandum Wi | ~ est non W S V (– Wi) | illi quidem] alii quidem W S V (– Wi: at illi) • **21** eum[1]] illum Wi | dixit W S V | illum] eum Wi | eum[2] *om.* S • **22** in tantum] ideo Wi | et *om.* W S V • **23** illi] alii W S V | sacerdotes] *add.* secundum legem Wi Si | prohiberentur W S V • **24** maneat W S V | intransgressibile] sempiternum W S V • **25** in perpetuo W S | accedens V (– Co C) | eis] nobis V • **26** et[1] *om.* W S V

quod feci patribus eorum in die qua apprehendi manum illorum, ut educerem illos de terra Aegypti; quoniam ipsi non permanserunt in testamento meo, et ego neglexi eos, dicit Dominus. **10** *Quia hoc est testamentum, quod testabor domui Israel post dies illos, dicit Dominus, dando leges meas in mentem eorum, et in corde eorum superscribam eas; et ero eis in Deum, et ipsi erunt mihi in populum.* **11** *Et non docebit unusquisque civem suum, et unusquisque fratrem suum dicens: "Cognosce Dominum"; quoniam omnes scient me, a minore usque ad maiorem eorum,* **12** *quia propitius ero iniquitatibus eorum et peccatorum illorum iam non memorabor».*

13 Dicendo «*novum*» veteravit prius; quod autem antiquatur et senescit, prope interitum est.

De sacrificiis veteris testamenti et de sanguine Christi: 9,1–10,18

De priori tabernaculo: 9,1-10

9 Habuit ergo et prius praecepta cultus et Sanctum huius Ex 25,23.30s
saeculi. **2** Tabernaculum enim praeparatum est primum,
in quo inerat candelabrum et mensa et propositio panum,
quod dicitur Sancta; **3** post secundum autem velamentum, Ex 26,33
tabernaculum, quod dicitur Sancta Sanctorum, **4** aureum
habens turibulum et arcam testamenti circumtectam ex
omni parte auro, in qua urna aurea habens manna et virga Ex 16,33 Nu 17,25
Aaron, quae frondaerat, et tabulae testamenti, **5** superque

9 illorum] eorum V | illos] eos Wi ● **10** est *om.* W S | testabor] disponam W S V | dando] dabo Wi Si | in corda Co E Wi | inscribam Wi ● **11** civem] proximum W S V | eorum *om.* G St ● **12** illorum] eorum V | memorabor] recordabor Wi ● **13** dicendo] *add.* autem W S V | veteravit] antiquavit Wi | interitum est] est ut evanescat Wi
¶ **9.1** ergo] quidem W S V | praecepta cultus] iustificationes culturae W S V (– Wi: illud iustificationes cultus) | huius saeculi] saeculare W S V (– Wi: mundanum) ● **2** praeparatum] factum W S V | inerat] erant V; inerant W S | candelabra W S V | quod] quae W S V (– G Wi) ● **3** ~ velamentum autem secundum W S V | tabernaculum] *add.* erat Wi ● **4** turibulum] altare Wi | in qua sunt urna Wi ● **5** superque eam] super quae Co E Wi

→ posset quidem sacerdos esse Wi | sint] essent W S V (– Wi: *om.*) | qui] hi qui Wi | offerrent W S V (– Wi) ● **5** qui *om.* Wi | figurae] exemplari W S V | deserviunt caelestium] caelestium deserviant Wi | consummaturus esset] consummaret W S V | enim *om.* W S V | facies] facito W S V ● **6** autem *om.* St | differentius] melius W S V | in] cum Wi | promissionibus Wi | sanctum W S; sanctitum G; factum Wi ● **7** culpa vacasset] irreprehensibile fuisset Wi | non] *add.* utique W S V ● **8** venient V | Iuda W S V

eam cherubim gloriae obumbrantia propitiatorium; de qui-
bus non est modo dicendum per singula.
6 His vero ita praeparatis, in prius quidem tabernaculum
semper intrant sacerdotes sacrorum officia consummantes,
Ex 30,10 **7** in secundum autem semel in anno solus pontifex, non
sine sanguine, quem offert pro suis et populi ignorantiis,
8 hoc significante Spiritu Sancto, nondum propalatam esse
sanctorum viam, adhuc priore tabernaculo habente statum;
9 quae parabola est temporis instantis, iuxta quam munera
et hostiae offeruntur, quae non possunt iuxta conscientiam
perfectum facere servientem, **10** solummodo in cibis et in
potibus et variis baptismis, quae sunt praecepta carnis
usque ad tempus correctionis imposita.

Christus semel oblatus: 9,11-28

4,14 **11** Christus autem cum advenit pontifex futurorum bono-
rum, per amplius et perfectius tabernaculum, non manu-
factum, id est non huius creationis, **12** neque per sanguinem
hircorum et vitulorum sed per proprium sanguinem introi-
vit semel in Sancta, aeterna redemptione inventa. **13** Si
Nu 19,9.17 enim sanguis hircorum et taurorum et cinis vitulae aspersus
inquinatos sanctificat ad emundationem carnis, **14** quanto
magis sanguis Christi, qui per Spiritum aeternum semet-
ipsum obtulit immaculatum Deo, emundabit conscientiam
nostram ab operibus mortuis ad serviendum Deo viventi.

7,22 **15** Et ideo novi testamenti mediator est, ut, morte inter-
cedente in redemptionem earum praevaricationum, quae
erant sub priore testamento, repromissionem accipiant, qui
vocati sunt aeternae hereditatis. **16** Ubi enim testamentum,
mors necesse est afferatur testatoris; **17** testamentum autem
in mortuis est confirmatum, nondum enim valet, dum vivit,
qui testatus est. **18** Unde ne prius quidem sine sanguine

5 cherubim] erant cherubim V (– G) ● 6 praeparatis] compositis W S V (– Wi: paratis) | prius] priori W S V (– Wi) | quidem *om.* Wi | tabernaculo W S V (– Wi) | intrant] introibant W S V | sacrorum] sacrificiorum W S V (– Wi) | sacrorum officia consummantes] qui sacrorum ritus peragebant Wi ● 7 in secundo W S V (– Wi) | offeret V (– L P C) | suis] sua W S V | ignorantia W S V ● 8 propalatam] patefactam Wi | habente statum] consistente Wi ● 9 temporis instantis iuxta quam] praesentis temporis quae Wi | offerebantur Wi ● 10 in variis V (– L P C) | baptismatibus V | quae sunt praecepta] et iustitiis W S V | impositis W S V ● 11 cum advenit] assistens W S V ● 12 et] aut V | aeterna redemptione inventa] aeternam redemptionem inveniens Wi ● 13 ad emundationem carnis] purificans carnem Wi ● 14 aeternum] Sanctum W S V (– Wi) | emundavit G E St L P; emundat Wi | nostram] vestram W S ● 15 in redemp- →

dedicatum est; **19** enuntiato enim omni mandato secundum
legem a Moyse universo populo, accipiens sanguinem vitu- Lv 14,4 Nu 19,6
lorum et hircorum cum aqua et lana coccinea et hyssopo,
ipsum librum et omnem populum aspersit **20** dicens: «*Hic*
sanguis testamenti, quod mandavit ad vos Deus»; **21** etiam Ex 24,3-8
tabernaculum et omnia vasa ministerii sanguine similiter
aspersit. **22** Et omnia paene in sanguine mundantur secun- Lv 17,11
dum legem, et sine sanguinis effusione non fit remissio.

23 Necesse erat ergo figuras quidem caelestium his mun-
dari, ipsa autem caelestia melioribus hostiis quam istis.
24 Non enim in manufacta Sancta Christus introivit, quae
sunt similitudo verorum, sed in ipsum caelum, ut appareat
nunc vultui Dei pro nobis; **25** neque ut saepe offerat
semetipsum, quemadmodum pontifex intrat in Sancta per
singulos annos in sanguine alieno. **26** Alioquin oportebat
eum frequenter pati ab origine mundi; nunc autem semel
in consummatione saeculorum ad destitutionem peccati per
sacrificium sui manifestatus est. **27** Et quemadmodum sta-
tutum est hominibus semel mori, post hoc autem iudicium,
28 sic et Christus, semel oblatus ad multorum auferenda Is 53,12
peccata, secundo sine peccato apparebit exspectantibus se
in salutem.

Peccatores per Christum semel reconciliati: 10,1-18

10 Umbram enim habens lex bonorum futurorum, non 8,5
ipsam imaginem rerum, per singulos annos iisdem
ipsis hostiis, quas offerunt indesinenter, numquam potest
accedentes perfectos facere. **2** Alioquin nonne cessassent

19 enuntiato] lecto W S V | secundum legem] legis W S V | ipsum] *add.* quoque W S V ● 20 hic] *add.* est Wi | ad vos] vobis Wi ● 22 ~ secundum legem mundantur V | fusione W S ● 23 erat] est W S V | figuras] exemplaria W S V (- Wi) | quidem *om.* Wi | his] sic Wi ● 24 in manufactis Sanctis W S E | Sancta] *add.* et in figuras Wi | Christus] Iesus W S V (~ introivit Iesus Wi) | quae sunt similitudo verorum] exemplaria →

→ tionem ... hereditatis] hi qui vocati sunt ad aeternam hereditatem, accipiant promissionem ad redemptionem earum praevaricationum, quae erant sub priore testamento Wi | priori V (- Wi) ● 16 testamentum] *add.* est V (- G) | mors necesse est] necesse est ut mors Wi | afferatur] intercedat W S V ● 17 autem] enim W S V | ~ confirmatum (ratum Wi) est W S V | nondum enim] alioquin nondum W S V (- Wi) ● 18 ne prius] ne primum W S; nec primum (prius Wi) V | quidem] illud Wi

offerri, ideo quod nullam haberent ultra conscientiam pec-
catorum cultores semel mundati? **3** Sed in ipsis comme-
moratio peccatorum per singulos annos fit. **4** Impossibile
enim est sanguinem taurorum et hircorum auferre peccata.
5 Ideo ingrediens mundum dicit:
Ps 40,7-9 𝔊 «*Hostiam et oblationem noluisti,*
corpus autem aptasti mihi;
6 *holocautomata et sacrificia pro peccato*
non tibi placuerunt.
7 *Tunc dixi: Ecce venio,*
in capitulo libri scriptum est de me,
ut faciam, Deus, voluntatem tuam».
8 Superius dicens: «*Hostias et oblationes* et *holocauto-*
mata et sacrificia pro peccato noluisti, nec placuerunt tibi»,
quae secundum legem offeruntur, **9** *tunc* dixit: «*Ecce venio,*
ut faciam voluntatem tuam». Aufert primum, ut secundum
2,11; 9,28 statuat; **10** in qua voluntate sanctificati sumus per oblatio-
nem corporis Christi Iesu in semel.

11 Et omnis quidem sacerdos stat cotidie ministrans et
easdem saepe offerens hostias, quae numquam possunt
auferre peccata. **12** Hic autem, una pro peccatis oblata
Ps 110,1 hostia, in sempiternum *consedit in dextera Dei*, **13** de cetero
exspectans, *donec ponantur inimici eius scabellum pedum eius;*
14 una enim oblatione consummavit in sempiternum eos,
qui sanctificantur. **15** Testificatur autem nobis et Spiritus
Jr 31,33 𝔊 Sanctus; postquam enim dixit: **16** «*Hoc est testamentum,*

2 ideo quod] cum Wi | nullam ... mundati] cultores semel mundati nullam haberent ultra conscientiam peccati Wi | peccati W S V • 4 sanguine W S V | auferri W S V • 6 holocaustomata W S G Co E Wi Si | et sacrificia] et W S V (– Wi: et hostiae; – Si C: *om.*) | ~ placuerunt tibi Wi | placuit W S • 7 capitulo] capite W V • 8 dicens] *add.* quia W S V (– Wi) | holocaustomata W S G Co E Wi Si | et sacrificia] et W S V (– Wi: et hostias; – Si C: *om.*) | placita sunt W S V • 9 dixi V | faciam] *add.* Deus W S V | primum] prius illud Wi | secundum] sequens W S V (– Wi: posterius) | →

→ verorum W S V (– Wi: verorum) | vultui] in conspectu Wi • 26 destitutionem] destructionem Wi | per ... est] per hostiam suam apparuit W S V • 27 statutum] constitutum Wi | post ... iudicium] postea iudicium erit Wi • 28 sic] ita Wi | oblatus] *add.* est V | multorum auferenda] multorum exhaurienda W S V (– Wi: abolenda multorum) | apparebit] *add.* omnibus V (– L P C) | ad salutem Wi
¶ **10.1** ~ futurorum bonorum V | per] cum per Wi | eisdem V (– Wi) | iisdem ... indesinenter] eaedem hostiae indesinenter offerantur Wi • 2 nonne] *om.* V; non W S

quod testabor ad illos *post dies illos, dicit Dominus, dando*
leges meas in cordibus eorum, et in mente eorum superscribam
eas; **17** *et peccatorum eorum* et *iniquitatum eorum iam non* Jr 31,34 Ⓖ
recordabor amplius».

18 Ubi autem horum remissio, iam non oblatio pro pec-
cato.

DE VIA FIDEI: 10,19–13,19

De confessione indeclinabili: 10,19-25

19 Habentes itaque, fratres, fiduciam in introitum Sanc-
torum in sanguine Iesu, **20** quam initiavit nobis viam novam
et viventem per velamen, id est carnem suam, **21** et sacer- Zch 6,11s
dotem magnum super domum Dei, **22** accedamus cum vero 3,6
corde in plenitudine fidei, aspersi corda a conscientia mala 9,14
et abluti corpus aqua munda; **23** teneamus spei confessio-
nem indeclinabilem, fidelis enim est, qui repromisit; **24** et
consideremus invicem in provocationem caritatis et bono-
rum operum, **25** non deserentes congregationem nostram,
sicut est consuetudinis quibusdam, sed exhortantes, et
tanto magis quanto videtis appropinquantem diem.

De apostasia: 10,26-31

26 Voluntarie enim peccantibus nobis, post acceptam 6,4-8
notitiam veritatis, iam non relinquitur pro peccatis hostia,
27 terribilis autem quaedam exspectatio iudicii et ignis
aemulatio, quae consumptura est adversarios. **28** Irritam Is 26,11
quis faciens legem Moysis sine ulla miseratione *duobus vel* Dt 17,6
tribus testibus moritur; **29** quanto deteriora putatis merebi-
tur supplicia, qui Filium Dei conculcaverit et sanguinem Ex 24,8
testamenti communem duxerit, in quo sanctificatus est, et

16 dando] dabo Co E Wi St Si | in mentibus V | inscribam Wi • 17 eorum[1] *om.* W S V • 18 non] *add.* est V • 19 in introitu W S V | Sanctorum] in sancta Wi | in sanguine] per sanguinem Wi | Iesu] Christi W S V • 20 id est] *add.* per Wi • 21 et] *add.* habentes Wi • 22 in plenitudine] et certitudine Wi | a conscientia mala] ut auferatur conscientia mala Wi | munda] pura Wi • 23 spei] *add.* nostrae W S V | indeclinabilem] non vacillantem Wi | promisit Wi • 24 et adiuvemus nos mutuo ad →

→ statuat] instituat Wi • 10 ~ Iesu Christi V (– G Co) | in[2] *om.* V • 11 stat] praesto est W S V | numquam] non G Co St • 12 unam W S V | oblata hostia] offerens hostiam W S V | sedet V; sedit W S | ad dexteram Wi • 14 eos qui sanctificantur] sanctificatos W S V • 15 testificatur] contestatur W S V (– Wi) | nobis] nos W S V (– Wi) | postquam enim dixit] praedixit enim Wi • 16 est] autem W S V (– Wi)

Spiritui gratiae contumeliam fecerit? **30** Scimus enim eum,
Dt 32,35s qui dixit: «*Mihi vindicta, ego retribuam*» et iterum: «*Iudica-
bit Dominus populum suum*». **31** Horrendum est incidere in
manus Dei viventis.

Exhortatio ad constantiam: 10,32-39

32 Rememoramini autem pristinos dies, in quibus illu-
minati magnum certamen sustinuistis passionum, **33** in
altero quidem opprobriis et tribulationibus spectaculum
facti, in altero autem socii taliter conversantium effecti;
13,3 **34** nam et vinctis compassi estis et rapinam bonorum vestro-
rum cum gaudio suscepistis, cognoscentes vos habere me-
liorem substantiam et manentem. **35** Nolite itaque abicere
confidentiam vestram, quae magnam habet remuneratio-
nem; **36** patientia enim vobis necessaria est, ut voluntatem
Dei facientes reportetis promissionem.

Is 26,20 **37** Adhuc enim *modicum quantulum*,
Hab 2,3 ⓖ qui *venturus est, veniet et non tardabit*.
Hab 2,4 ⓖ **38** *Iustus autem meus ex fide vivet*;
quod *si subtraxerit se*,
non sibi complacet in eo anima mea.

39 Nos autem non sumus subtractionis in perditionem,
sed fidei in acquisitionem animae.

De fide Patrum: 11,1–12,3
Ab Abel ad Noe: 11,1-7

11 Est autem fides sperandorum substantia, rerum argu-
mentum non apparentium. **2** In hac enim testimo-
nium consecuti sunt seniores.

3 Fide intellegimus aptata esse saecula verbo Dei, ut ex
invisibilibus visibilia facta sint.

30 scimus] novimus Wi | eum *om*. W S V | vindictam W S V (– C) | ego] et ego V (– G L P) | retribuam] reddam W S | iterum] *add*. quia W S V (– Wi) ● 32 rememoramini] recordamini Wi ● 33 in[1]] et in W S V (– Wi) | in altero quidem ... in altero autem] partim ... partim Wi ● 34 vinctis] vinculis meis Wi | ~ et manentem substantiam W S V ● 35 abicere] amittere W S V | confidentiam] fiduciam Wi ● 37 adhuc ... quantulum] brevi enim adhuc Wi | aliquantulumque V (– Wi; – E C: aliquantulum) ● 38 meus *om*. Wi | vivit W S V (– Co Wi) | subduxerit Wi | sibi complacet in eo anima mea] placebit animae meae W S V ● 39 simus G E Wi | subtractionis] *add*. filii V (– Wi: qui subducamus nos) | in[1+2]] ad Wi | fidei] fideles Wi →

→ provocandam caritatem et bona opera Wi ● 25 congregationem] collectionem W S V | nostram] nostri Wi | ~ consuetudinis (consuetudo Wi) est V | exhortantes] consolantes W S V | videritis W S V ● 28 irritam ... Moysis] si quis legem Moysi violaverit Wi ● 29 quanto ... merebitur] quanto magis putatis deteriora mereri W S V | qui] eum qui Wi | communem] pollutum W S V | in quo] quo Wi | sanctificatus fuerat Wi

4 Fide ampliorem hostiam Abel quam Cain obtulit Deo, Gn 4,4
per quam testimonium consecutus est esse iustus, testimonium perhibente muneribus eius Deo, et per illam defunctus adhuc loquitur.

5 Fide Henoch translatus est, ne videret mortem, et *non*
inveniebatur, quia transtulit illum Deus; ante translationem Gn 5,24 G
enim testimonium accepit *placuisse Deo.* 6 Sine fide autem
impossibile placere; credere enim oportet accedentem ad Deum quia est et inquirentibus se remunerator fit.

7 Fide Noe responso accepto de his, quae adhuc non
videbantur, reveritus aptavit arcam in salutem domus suae; Gn 6,13-22; 7,1
per quam damnavit mundum, et iustitiae, quae secundum fidem est, heres est institutus.

Ab Abraham ad Ioseph: 11,8-22

8 Fide vocatus Abraham oboedivit in locum exire, quem Gn 12,1.4
accepturus erat in hereditatem, et exivit nesciens quo iret.

9 Fide peregrinatus est in terra promissionis tamquam in Gn 26,3
aliena in casulis habitando cum Isaac et Iacob, coheredibus
promissionis eiusdem; 10 exspectabat enim fundamenta
habentem civitatem, cuius artifex et conditor Deus.

11 Fide – et ipsa Sara sterilis – virtutem in conceptionem Gn 17,9; 21,2
seminis accepit etiam praeter tempus aetatis, quoniam fidelem
credidit esse, qui promiserat; 12 propter quod et ab
uno orti sunt, et hoc emortuo, *tamquam sidera caeli* in Gn 22,17 Ex 32,13 Gn 15,5
multitudine *et sicut arena, quae est ad oram maris innumerabilis.*

13 Iuxta fidem defuncti sunt omnes isti, non acceptis promissionibus, sed a longe eas aspicientes et salutantes,

4 ampliorem] plurimam W S V (– Wi: potiorem) | esse] quod fuerit Wi ● 5 Deus] Dominus G Wi St | accepit] habuit V; habebat W S ● 6 impossibile] *add.* est W V | placere] *add.* Deo V | quia est] quod sit Wi | fit] sit V ● 7 his] iis St L P Si C | reveritus] metuens W S V | aptavit] condidit Wi | in] ad Wi | secundum] per W S V (– Wi) ● 8 vocatus] qui vocatur W S V ● 9 peregrinatus] demoratus V (– Wi: commoratus); moratus W S | promissionis[1+2]] repromissionis W S V (– Wi) ● 10 Deus] *add.* est Wi ● 11 et *om.* Wi | in conceptione V (– C) | etiam] et Wi | tempus aetatis] aetatem peperit Wi | credit G | esse] *add.* eum V | repromiserat V (– Wi) ● 12 orti sunt et hoc emortuo] idque emortuo orti sunt multi Wi | hoc] haec S | in multitudinem W S V (– L P; – Wi: *om.*) ● 13 repromissionibus W S V (– Wi) | aspicientes] *add.* et credentes Wi

→ ¶ 11.1 sperandarum V | substantia rerum argumentum] rerum argumentum indicium Wi | apparentium] parentum W S ● 2 in hac] per hanc Wi | senes W S V (– Wi: maiores) ● 3 aptata] perfecta Wi | facta sint] fierent W S V

Ps 39,13; 119,19 et confitentes quia peregrini et hospites sunt supra terram;
14 qui enim haec dicunt, significant se patriam inquirere.
15 Et si quidem illius meminissent, de qua exierant, habe-
bant utique tempus revertendi; **16** nunc autem meliorem
appetunt, id est caelestem. Ideo non confunditur Deus
vocari Deus eorum, paravit enim illis civitatem.

Gn 22,1s **17** Fide obtulit Abraham Isaac, cum tentaretur, et uni-
genitum offerebat ille, qui susceperat promissiones, **18** ad
Gn 21,12 ⊙ quem dictum erat: «*In Isaac vocabitur tibi semen*», **19** arbi-
Gn 22,1-18 tratus quia et a mortuis suscitare potens est Deus; unde
eum et in parabola reportavit.
Gn 27,28s.39s **20** Fide et de futuris benedixit Isaac Iacob et Esau.
21 Fide Iacob moriens singulis filiorum Ioseph benedixit
Gn 47,31 ⊙ et *adoravit super fastigium virgae suae*.
Gn 50,24 **22** Fide Ioseph moriens de profectione filiorum Israel
memoratus est et de ossibus suis mandavit.

Alia testimonia fidei: 11,23–12,3

Ex 2,2 **23** Fide Moyses natus occultatus est mensibus tribus a
parentibus suis, eo quod vidissent formosum infantem et
non timuerunt regis edictum.
Ex 2,11s **24** Fide Moyses grandis factus negavit se dici filium
filiae pharaonis, **25** magis eligens affligi cum populo Dei
quam temporalem peccati habere iucunditatem, **26** maiores
Ps 69,10; 89,51s 12,2; 13,13 divitias aestimans thesauris Aegypti improperium Christi;
aspiciebat enim in remunerationem.
Ex 2,15 **27** Fide reliquit Aegyptum non veritus animositatem
regis, invisibilem enim tamquam videns sustinuit.
Ex 12,11.13.22s **28** Fide celebravit Pascha et sanguinis effusionem, ne, qui

13 quia ... sunt] quod ... essent Wi | supra] super V • 14 haec] hoc G Co St • 15 illius] ipsius V (– E) | exierunt W S V • 16 expetunt Wi • 17 ille *om*. W S V | qui] in quo G Co E St Si | repromissiones W S V (– Wi) • 18 erat] est W S V; *add*. quia (quod Wi) W S V • 19 arbitrans W S V (– Wi) | quia] quod Wi | et[2] *om*. Co | in parabolam V | reportavit] accepit W S V • 20 et[1] *om*. Wi | Isaac] *add*. et Wi • 21 singulos W V | super *om*. W S V | suae] eius W S V • 22 memoratus est] mentionem fecit Wi • 23 formosum] elegantem W S V | infantem] *add*. esse Wi • 24 dici] esse W S V • 25 temporalis W S V (– Wi: temporariis) | habere iucunditatem] commodis frui Wi • 26 thesauro Aegyptiorum W S V (– Wi) | thesauris Aegypti improperium Christi] improperium Christi quam thesauros Aegyptiorum Wi | improperium] imperium G | respiciebat Wi • 27 animositatem] iram Wi | invisibilem enim tamquam videns] nam tamquam videret invisibilem Wi • 28 ne is qui Wi

vastabat primogenita, tangeret ea.
29 Fide transierunt mare Rubrum tamquam per aridam Ex 11,22-31; 14,21-31
terram, quod experti Aegyptii devorati sunt.
30 Fide muri Iericho ruerunt circuiti diebus septem. Jos 6,1-21
31 Fide Rahab meretrix non periit cum incredulis, quia Jos 2,11s; 6,17.22-25
exceperat exploratores cum pace.

32 Et quid adhuc dicam? Deficiet enim me tempus enar-
rantem de Gedeon, Barac, Samson, Iephte, David et Sa-
muel atque prophetis, 33 qui per fidem devicerunt regna,
operati sunt iustitiam, adepti sunt repromissiones, obtura- Dn 6,23
verunt ora leonum, 34 exstinxerunt impetum ignis, effuge- Dn 3,23-25
runt aciem gladii, convaluerunt de infirmitate, fortes facti
sunt in bello, castra verterunt exterorum; 35 acceperunt
mulieres de resurrectione mortuos suos; alii autem distenti 2Mcc 6,18–7,42
sunt, non suscipientes redemptionem, ut meliorem inveni-
rent resurrectionem; 36 alii vero ludibria et verbera experti
sunt, insuper et vincula et carcerem; 37 lapidati sunt, secti 2Chr 24,21
sunt, in occisione gladii mortui sunt, circumierunt in melo-
tis, in pellibus caprinis, egentes, angustiati, afflicti, 38 qui-
bus dignus non erat mundus, in solitudinibus errantes et 1Sm 13,6
montibus et speluncis et in cavernis terrae.

39 Et hi omnes testimonium per fidem consecuti non
reportaverunt promissionem, 40 Deo pro nobis melius ali-
quid providente, ut ne sine nobis consummarentur.

28 vastabat] perimebat Wi | primogenita] primitiva W S V (– Wi) | ea] eos W S V ● 29 devorati] absorpti Wi ● 30 corruerunt V | circuitu W V | dierum W S V ● 31 quia exceperat] excipiens W S V ● 32 et[2] *om.* V | atque] et W S V ● 33 vicerunt V (– L P) | promissiones Wi ● 34 effugaverunt V (– Wi C; – G: effugarunt) | fortes facti sunt] fortia facta fecerunt Wi ● 35 distenti ... redemptionem] fustibus contusi sunt adspernati redemptionem Wi | ~ invenirent meliorem E ● 36 sunt *om.* W S V | carceres W S V ● 37 sunt[2]] *add.* tentati sunt W S V | in occisione] occisi Wi | melotis] ovillis Wi | angustiati] destituti Wi | afflicti] *add.* cruciati Wi ● 38 et[1]] in V ● 39 testimonium per fidem consecuti non reportaverunt promissionem] testimonio fidei probati non acceperunt repromissionem (promissionem Wi) W S V ● 40 ne] non V

12 Ideoque et nos tantam habentes circumpositam nobis
nubem testium, deponentes omne pondus et circum-
1 K 9,24 stans nos peccatum, per patientiam curramus propositum
2,10 nobis certamen, **2** aspicientes in ducem fidei et consum-
matorem Iesum, qui pro gaudio sibi proposito sustinuit
Ps 110,1 crucem, confusione contempta, atque in dextera throni Dei
sedet. **3** Recogitate enim eum, qui talem sustinuit a pec-
catoribus adversum semetipsum contradictionem, ut ne
fatigemini animis vestris deficientes.

Ultima monita: 12,4–13,19

Dominus, quem diligit, castigat: 12,4-13

4 Nondum usque ad sanguinem restitistis adversus pec-
catum repugnantes **5** et obliti estis exhortationis, quae vobis
tamquam filiis loquitur:
Prv 3,11 s 𝔊 *«Fili mi, noli neglegere disciplinam Domini*
neque deficias, dum ab eo argueris:
6 *quem enim diligit, Dominus castigat,*
flagellat autem omnem filium, quem recipit».
Ps 73,14 s **7** Ad disciplinam suffertis; tamquam filios vos tractat
Deus. Quis enim filius, quem non corripit pater? **8** Quod
Nu 16,22; 27,16 si extra disciplinam estis, cuius participes facti sunt omnes,
ergo adulterini et non filii estis! **9** Deinde patres quidem
carnis nostrae habebamus eruditores et reverebamur; non
multo magis obtemperabimus Patri spirituum et vivemus?
10 Et illi quidem ad tempus paucorum dierum, secundum
quod videbatur illis, castigabant, hic autem ad id, quod
utile est ad participandam sanctitatem eius. **11** Omnis
autem disciplina in praesenti quidem videtur non esse
gaudii sed maeroris, postea autem fructum pacificum
exercitatis per eam reddit iustitiae.
Is 35,3
Job 4,3 s **12** Propter quod *remissas manus et soluta genua erigite*

¶ **12.1** circumpositam] impositam W S V (– Wi: propositam) | nobis[1] *om.* W S V | curramus] *add.* ad V ● **2** respicientes Wi | ducem] auctorem W S V (– Wi) | pro gaudio sibi proposito] (+ pro S) proposito sibi gaudio W S V (– Wi) | confusione] ignominia Wi | throni] sedis W S V | sedit W S ● **3** adversus Co E Wi | semetipsos W S | ne] non E Wi ● **4** nondum] *add.* enim V ● **5** exhortationis] consolationis W S V | loquitur] *add.* dicens W S V (– Wi) | deficias] fatigeris W S V ● **7** ad disciplinam suffertis tamquam filios vos tractat] in disciplina perseverate (si in disciplina perseveratis Wi) tamquam filiis vobis offert (+ se V) W S V ● **8** facti *om.* Wi | omnes] *add.* filii Wi | adulteri W S V (– Wi: spurii) ● **9** eruditores habuimus V; habuimus eruditores W S | reverebamur] *add.* eos V | non] num G E St L P; quin Wi ● **10** ad tempus] in tempore W S V | secundum quod videbatur illis castigabant] secundum voluntatem suam erudiebant nos W S V | ad participandam sanctitatem] in recipiendo sanctificationem W S V →

13 et *gressus rectos facite pedibus* vestris, ut, quod claudum Prv 4,26 ⊕
est, non extorqueatur, magis autem sanetur.

De pace et sanctificatione sequenda: 12,14-17

14 Pacem sectamini cum omnibus et sanctificationem, Ps 34,15
sine qua nemo videbit Dominum, **15** providentes, ne quis
desit gratiae Dei, ne qua radix amaritudinis sursum ger- Dt 29,17 ⊕
minans perturbet, et per illam inquinentur multi, **16** ne quis
fornicator aut profanus ut Esau, qui propter unam escam Gn 25,33s
vendidit primogenita sua. **17** Scitis enim quoniam et postea Gn 27,30-40
cupiens hereditare benedictionem reprobatus est, non enim
invenit paenitentiae locum, quamquam cum lacrimis in-
quisisset eam.

De metu et reverentia in Deum: 12,18-29

18 Non enim accessistis ad tractabilem et ardentem
ignem et turbinem et caliginem et procellam **19** et tubae Ex 19,16-19 Dt 4,11
sonum et vocem verborum, quam qui audierunt, recusa-
verunt, ne ultra eis fieret verbum; **20** non enim portabant Ex 20,19
mandatum: «*Et si bestia tetigerit montem, lapidabitur*»; **21** et Ex 19,13
ita terribile erat, quod videbatur, Moyses dixit: «*Exterritus* Dt 9,19
sum et tremebundus». **22** Sed accessistis ad Sion montem
et civitatem Dei viventis, Ierusalem caelestem, et multa G 4,26
milia angelorum, frequentiam **23** et ecclesiam primogeni-
torum, qui conscripti sunt in caelis, et iudicem Deum om-
nium et spiritus iustorum, qui consummati sunt, **24** et
testamenti novi mediatorem Iesum et sanguinem aspersio- 9,15
nis, melius loquentem quam Abel. Gn 4,10

25 Videte, ne recusetis loquentem; si enim illi non effuge-
runt recusantes eum, qui super terram loquebatur, multo

13 quod claudum est non extorqueatur] non claudicans (+ quis V) erret W S V ● 14 sectamini] sequimini W S V (– Wi) | sanctimoniam W S V (– Wi) | Dominum] Deum V ● 15 providentes] contemplantes W S V | perturbet] impediat W S V ● 16 primogenita] primitiva W S V (– Wi: ius primogeniti) | sua *om.* Wi ● 17 scitote W S V | quoniam] quod Wi ● 18 tractabilem] *add.* montem St L P Si C | tractabilem et ardentem ignem] montem qui contrectetur et accensum Wi | ardentem] accensibilem W S V (– Wi) ● 19 recusaverunt] excusaverunt se W S V | ultra *om.* W S V ● 20 portabant] ferebant Wi | mandatum] quod dicebatur W S V | lapidabitur] *add.* aut iaculo configetur Wi ● 21 ita] adeo Wi ● 22 ad civitatem ... ad Ierusalem Wi | multorum milium W S V | frequentiae W S ● 23 primogenitorum] primitivorum W S V (– Wi) | ~ omnium Deum W S V | spiritum Co E St Si; ad spiritus Wi | qui consummati sunt] perfectorum W S V ● 24 et[2]] *add.* ad Wi | sanguinis aspersionem (sparsionem W S) W S V (– Wi)

→ ● 11 pacificum] pacatissimum W S V (– Wi: felicem) | ~ iustitiae reddit exercitatis per eam Wi | reddet V (– Wi)

magis nos, qui de caelis loquentem avertimus; 26 cuius vox
Hgg 2,6 Ⓖ movit terram tunc, modo autem pronuntiavit dicens: «*Ad-
huc semel ego movebo non solum *terram* sed et *caelum*».
27 Hoc autem «*adhuc semel*» declarat mobilium translatio-
nem tamquam factorum, ut maneant ea, quae sunt im-
mobilia.

28 Itaque, regnum immobile suscipientes, habeamus gra-
tiam, per quam serviamus placentes Deo cum reverentia et
Dt 4,24 Is 33,14 metu; 29 etenim *Deus* noster *ignis consumens* est.

Exhortationes ad conversationem vere christianam: 13,1-19

Gn 18,3; 19,2s **13** Caritas fraternitatis maneat. 2 Hospitalitatem nolite
oblivisci, per hanc enim quidam nescientes hospitio
10,34 receperunt angelos. 3 Mementote vinctorum tamquam
simul vincti, laborantium tamquam et ipsi in corpore mo-
1 K 5,11; 7,2-4 E 5,5 rantes. 4 Honorabile conubium in omnibus et torus imma-
culatus, fornicatores enim et adulteros iudicabit Deus.
1 T 6,3-10 5 Sint mores sine avaritia; contenti praesentibus. Ipse
Dt 31,6.8 Jos 1,5 enim dixit: «*Non te deseram, neque derelinquam*», 6 ita ut
confidenter dicamus:
Ps 118,6 Ⓖ «*Dominus mihi adiutor est, non timebo;*
quid faciet mihi homo?».
7 Mementote praepositorum vestrorum, qui vobis locuti
sunt verbum Dei; quorum intuentes exitum conversationis,
imitamini fidem. 8 Iesus Christus heri et hodie idem, et in

25 de caelo E Wi | loquentem[2]] *add.* nobis W S V | avertimur W S; aversamur Wi ● 26 movit] concussit Wi | modo] nunc V | pronuntiavit] repromittit W S V | semel et ego V ● 27 hoc] quod W S V | semel] *add.* dicit W S V | declarat ... factorum] significat fore ut mobilia tamquam creaturae mutentur Wi ● 28 habemus W S V | ~ metu et reverentia W S V

¶ 13.1 caritas fraterna Wi | maneat] *add.* in vobis V (– G: *add.* in nobis; – Wi: *add.* inter vos) ● 2 et hospitalitatem W V | quidam nescientes hospitio receperunt angelos] placuerunt (latuerunt W S C) quidam angelis hospitio receptis W S V (– Wi: inscientes quidam angelos hospitio receperunt) ● 3 et laborantium W S V (– Wi: et adflictorum) ● 4 honorabile ... immaculatus] coniugum sit honoratum et torus sit impollutus Wi ● 6 est *om.* S V (– G E Wi) | faciat W S V ● 7 intuentes ... fidem] imitamini fidem intuentes exitum conversationis eorum Wi ● 8 ~ Christus Iesus E | idem] ipse W S V (– Wi: idem est)

saecula! **9** Doctrinis variis et peregrinis nolite abduci; opti- Kol 2,21 1T 1,6s; 4,3 2T 2,14-16
mum enim est gratia stabiliri cor, non escis, quae non pro- 9,10
fuerunt ambulantibus in eis. **10** Habemus altare, de quo
edere non habent potestatem, qui tabernaculo deserviunt.
11 Quorum enim animalium infertur sanguis pro peccato in Lv 16,27
Sancta per pontificem, horum corpora cremantur extra
castra. **12** Propter quod et Iesus, ut sanctificaret per suum
sanguinem populum, extra portam passus est. **13** Exeamus
igitur ad eum extra castra, improperium eius portantes; Mt 27,33 J 19,17
14 non enim habemus hic manentem civitatem, sed futuram
inquirimus. **15** Per ipsum ergo offeramus hostiam laudis Ps 50,14.23
semper Deo, id est fructum labiorum confitentium nomini Hos 14,3
eius.

16 Beneficientiae autem et communionis nolite oblivisci,
talibus enim hostiis oblectatur Deus.

17 Oboedite praepositis vestris et subiacete eis, ipsi enim Act 20,28-31 1K 16,16
pervigilant pro animabus vestris quasi rationem reddituri, 1P 5,4
ut cum gaudio hoc faciant et non gementes, hoc enim non
expedit vobis.

18 Orate pro nobis; confidimus enim quia bonam con- R 15,30
scientiam habemus, in omnibus bene volentes conversari.
19 Amplius autem deprecor vos hoc facere, ut quo celerius Act 12,5 R 15,30
restituar vobis.

CONCLUSIO. SALUTATIONES ET BENEDICTIONES: 13,20-25

20 Deus autem pacis, qui eduxit de mortuis pastorem Is 63,11 Zch 9,11
magnum ovium in sanguine testamenti aeterni, Dominum Is 55,3
nostrum Iesum, **21** aptet vos in omni bono, ut faciatis volun-
tatem eius, faciens in nobis, quod placeat coram se per

9 adduci Co; circumferri Wi | optimum] bonum Wi | ~ est enim V | stabilire V (– Co L P) ● **16** beneficentiae W V (– G Co E) | communicationis Wi | oblectatur] promeretur W S V (– Wi: placatur) ● **17** subiacete] cedite Wi | vigilant Wi | ~ quasi rationem pro animabus vestris W S V ● **18** quia] quod Wi | in omnibus] inter omnes Wi ● **19** deprecor vos hoc facere] adhortor ut id faciatis Wi | ut *om.* V ● **20** de] ex Wi | Iesum] *add.* Christum V ● **21** aptet] perficiat Wi | bono] *add.* opere Wi | ~ eius voluntatem V | in² *om.* Wi | nobis] vobis W S V | coram *om.* G

R 16,27 1 P 5,4 Iesum Christum, cui gloria in saecula saeculorum. Amen.

22 Rogo autem vos, fratres, sufferte sermonem exhortationis, etenim perpaucis scripsi vobis. 23 Cognoscite fratrem nostrum Timotheum dimissum esse, cum quo si celerius venerit, videbo vos. 24 Salutate omnes praepositos vestros et omnes sanctos. Salutant vos, qui de Italia sunt.

25 Gratia cum omnibus vobis.

21 cui] *add.* est V • 22 sufferte sermonem exhortationis] (+ ut W V) sufferatis verbum solacii W S V • 23 agnoscite Wi | fratrem vestrum St | esse *om.* W S V • 24 qui de Italia sunt] de Italia fratres V (– Wi: Itali); de Italia W S • 25 vobis] *add.* amen W S V

EPISTULA IACOBI

INSCRIPTIO: 1,1

1 Iacobus, Dei et Domini Iesu Christi servus, duodecim
tribubus, quae sunt in dispersione, salutem. 1 P 1,1

DE TENTATIONE: 1,2-18

2 Omne gaudium existimate, fratres mei, cum in tenta-
tionibus variis incideritis, **3** scientes quod probatio fidei 1 P 1,7
vestrae patientiam operatur; **4** patientia autem opus per-
fectum habeat, ut sitis perfecti et integri, in nullo deficientes.
5 Si quis autem vestrum indiget sapientia, postulet a
Deo, qui dat omnibus affluenter et non improperat, et da-
bitur ei. **6** Postulet autem in fide nihil haesitans; qui enim Mt 7,7; 21,21
haesitat, similis est fluctui maris, qui a vento movetur et
circumfertur. **7** Non ergo aestimet homo ille quod accipiat
aliquid a Domino, **8** vir duplex animo, inconstans in omni-
bus viis suis.
9 Glorietur autem frater humilis in exaltatione sua,
10 dives autem in humilitate sua, quoniam sicut flos feni Is 40,6s 1 P 1,24
transibit. **11** Exortus est enim sol cum ardore et arefecit
fenum, et flos eius decidit, et decor vultus eius deperiit; ita
et dives in itineribus suis marcescet. **12** Beatus vir, qui suffert
tentationem, quia, cum probatus fuerit, accipiet coronam Sap 5,16 1 P 5,4 Ap 2,10

¶ **1.1** Domini] *add.* nostri W S V (- Wi) • **2** in tentationes varias V • **4** habet E Wi Si C • **5** sapientiam W S | affluenter] liberaliter Wi • **6** postulet ... haesitans *om.* Wi • **7** existimet E Wi • **8** duplex] vacillans Wi | inconstans] *add.* est V (- Wi: non potest subsistere) • **9** in exaltatione sui Wi • **11** ~ enim est Co | vultus] adspectus Wi | in itineribus suis] in abundantia sua Wi • **12** quia] quoniam V

vitae, quam repromisit Deus diligentibus se.
Sir 15,11 s **13** Nemo, cum tentatur, dicat: «A Deo tentor»; Deus
enim non tentatur malis, ipse autem neminem tentat.
14 Unusquisque vero tentatur a concupiscentia sua ab-
stractus et illectus; **15** dein concupiscentia, cum conceperit,
parit peccatum, peccatum vero, cum consummatum fuerit,
generat mortem.
Mt 7,11 **16** Nolite errare, fratres mei dilectissimi. **17** Omne datum
optimum et omne donum perfectum de sursum est, descen-
dens a Patre luminum, apud quem non est transmutatio
nec vicissitudinis obumbratio. **18** Voluntarie genuit nos
1 P 1,23 verbo veritatis, ut simus primitiae quaedam creaturae eius.

EXHORTATIONES ET DEHORTATIONES: 1,19–5,12

De veris auditoribus verbi: 1,19-27

19 Scitis, fratres mei dilecti. Sit autem omnis homo velox
Sir 5,11 ad audiendum, tardus autem ad loquendum et tardus ad
iram; **20** ira enim viri iustitiam Dei non operatur. **21** Prop-
1 P 2,1 ter quod abicientes omnem immunditiam et abundantiam
malitiae in mansuetudine suscipite insitum verbum, quod
potest salvare animas vestras. **22** Estote autem factores
verbi et non auditores tantum fallentes vosmetipsos. **23** Quia
Mt 7,24.26 si quis auditor est verbi et non factor, hic comparabitur
viro consideranti vultum nativitatis suae in speculo; **24** con-
sideravit enim se et abiit, et statim oblitus est qualis fuerit.
Ps 19,8 R 8,2 **25** Qui autem perspexerit in lege perfecta libertatis et per-

12 promisit Wi | Deus] Dominus Co Wi • 13 dicat] *add.* quoniam (quod Wi) W S V | tentor] tentatur W V (– E Wi: tentetur) | non tentatur malis] intentator malorum est W S V (– Wi: non tentat malis) • 14 abstractus et illectus] illectus et inescatus Wi • 15 deinde V • 16 nolite] *add.* itaque W S V • 17 datum optimum] donum bonum Wi | vicissitudinis obumbratio] conversio obscurans Wi • 18 voluntarie] *add.* enim V (– L P) | primitiae quaedam] initium aliquod (aliquid Co) W S V (– Wi: primitiae) | creaturae suae Wi • 19 scitis] itaque Wi | dilectissimi V | autem[1] *om.* Wi • 21 propter quod] ideo Wi | insitum verbum] in vobis plantatum verbum Wi • 23 nativitatis sui G; suum naturalem Wi • 24 considerat … abit … obliviscitur Wi • 25 in lege perfectae V (– Co Wi C: in legem perfectam)

manserit, non auditor obliviosus factus sed factor operis,
hic beatus in facto suo erit.

26 Si quis putat se religiosum esse non freno circumdu-
cens linguam suam sed seducens cor suum, huius vana est
religio. **27** Religio munda et immaculata apud Deum et
Patrem haec est: visitare pupillos et viduas in tribulatione
eorum, immaculatum se custodire ab hoc saeculo.

De personarum acceptione: 2,1-13

2 Fratres mei, nolite in personarum acceptione habere
fidem Domini nostri Iesu Christi gloriae. **2** Etenim si
introierit in synagogam vestram vir aureum anulum habens
in veste candida, introierit autem et pauper in sordido habi-
tu, **3** et intendatis in eum, qui indutus est veste praeclara,
et dixeritis: «Tu sede hic bene», pauperi autem dicatis: «Tu
sta illic aut sede sub scabello meo», **4** nonne iudicatis apud
vosmetipsos et facti estis iudices cogitationum iniquarum?
5 Audite, fratres mei dilectissimi. Nonne Deus elegit, qui Mt 5,3s
pauperes sunt mundo, divites in fide et heredes regni, quod 1K 1,26s
repromisit diligentibus se? **6** Vos autem exhonorastis pau-
perem. Nonne divites opprimunt vos et ipsi trahunt vos ad

25 permanserit] *add.* in ea W V (– G) | factus] existens Wi | in facto] in opere Wi | ~ suo facto Co • **26** quis] *add.* autem W S V | freno circumducens] refrenans W S V • **27** in tribulatione earum Wi | et immaculatum se V | ab hoc saeculo] a mundo Wi ¶ **2.1** gloriae] gloriosi Wi • **2** in synagogam vestram] in conventum vestrum V; in conventu vestro W S | candida] splendida Wi | et *om.* Wi • **3** praeclara] splendida Wi | dixeritis] *add.* ei V (– G) | meo] pedum meorum W S V • **4** iudicatis] discernitis Wi | cogitationibus iniquis Wi • **5** mei *om.* G E Wi St | qui pauperes sunt] pauperes in hoc W S V | regni] *add.* fieri Wi | repromisit] repromisit (promisit W Wi) Deus W S V • **6** exhonorastis] contemnitis Wi | divites] *add.* per potentiam W S V | attrahunt G

iudicia? **7** Nonne ipsi blasphemant bonum nomen, quod
invocatum est super vos? **8** Si tamen legem perficitis rega-
Lv 19,18 lem secundum Scripturam: «*Diliges proximum tuum sicut
teipsum*», bene facitis; **9** si autem personas accipitis, pecca-
tum operamini, redarguti a lege quasi transgressores.
10 Quicumque autem totam legem servaverit, offendat
autem in uno, factus est omnium reus. **11** Qui enim dixit:
Ex 20,14.13 «*Non moechaberis*», dixit et: «*Non occides*»; quod si non
moecharis, occidis autem, factus es transgressor legis. **12** Sic
loquimini et sic facite sicut per legem libertatis iudicandi.
13 Iudicium enim sine misericordia illi, qui non fecit miseri-
cordiam; superexsultat misericordia iudicio.

De operibus fidei: 2,14-26

14 Quid proderit, fratres mei, si fidem quis dicat se ha-
bere, opera autem non habeat? Numquid poterit fides sal-
vare eum? **15** Si frater aut soror nudi sunt et indigent victu
cotidiano, **16** dicat autem aliquis de vobis illis: «Ite in pace,
calefacimini et saturamini», non dederitis autem eis, quae
necessaria sunt corporis, quid proderit? **17** Sic et fides, si
non habeat opera, mortua est in semetipsa. **18** Sed dicet
quis: «Tu fidem habes, et ego opera habeo». Ostende mihi
fidem tuam sine operibus, et ego tibi ostendam ex operibus

7 nonne] *add.* quod G ● 8 Scripturas W S V (– Co) ● 9 personam Co E Wi St ● 10 offenderit Wi ● 11 moecharis] moechaberis W S V | occidis] occides W S V ● 12 sicut] tamquam qui Wi | iudicandi] incipientes iudicari W S V (– Wi: *add.* sitis) ● 13 illi] *add.* erit Wi | fecerit W; facit V (– L P C) | superexsultat] *add.* autem W S; superexaltat (gloriatur Wi) autem V | iudicium V (– Wi: adversus iudicium; – St) ● 14 poterit fides] fides potest Wi ● 15 si] *add.* autem W S V | aut] et V (– Co L P) | sint W V | indigeant W V ● 16 de] ex V | calefacimini] calescite Wi | corpori V | proderit] *add.* vobis G ● 17 in semetipsam S ● 18 dicit G St L P | quis] aliquis G | sine] ex Wi | ~ ostendam tibi W S V

meis fidem. **19** Tu credis quoniam unus est Deus? Bene Dt 6,4
facis; et daemones credunt et contremiscunt! **20** Vis autem
scire, o homo inanis, quoniam fides sine operibus otiosa R 4,1-25
est? **21** Abraham pater noster nonne ex operibus iustifica-
tus est offerens Isaac filium suum super altare? **22** Vides Gn 22,9
quoniam fides cooperabatur operibus illius, et ex operibus
fides consummata est, **23** et suppleta est Scriptura dicens:
«*Credidit Abraham Deo, et reputatum est illi ad iustitiam*», et Gn 15,6 Is 41,8
amicus Dei appellatus est. **24** Videtis quoniam ex operibus
iustificatur homo et non ex fide tantum. **25** Similiter autem
et Rahab meretrix nonne ex operibus iustificata est susci-
piens nuntios et alia via eiciens? **26** Sicut enim corpus sine
spiritu emortuum est, ita et fides sine operibus mortua est.

De lingua refrenanda: 3,1-12

3 Nolite plures magistri fieri, fratres mei, scientes quo-
niam maius iudicium accipiemus. **2** In multis enim
offendimus omnes. Si quis in verbo non offendit, hic per-
fectus est vir, potens etiam freno circumducere totum cor-
pus. **3** Si autem equorum frenos in ora mittimus ad ob-
oediendum nobis, et omne corpus illorum circumferimus.

18 meis *om.* W S V | fidem³] *add.* meam W S V ● **19** quoniam] quod Wi ● **20** quoniam] nam Wi | otiosa] mortua Co E Wi Si C ● **22** quoniam] quod Wi | cooperatur Wi ● **23** suppleta] impleta Wi | illi] ei Wi ● **24** quoniam] quod Wi ● **25** autem *om.* W V (– L P) | eiciens] dimittens Wi ● **26** emortuum] mortuum V | ita fides Co E Wi ¶ **3.1** quoniam] quod Wi | maius] magis G | accipiemus] sumitis W S V (– Wi: accipietis) ● **2** potens] potest W V ● **3** si] ecce Wi | equis frena V (– E: frenos equis) | ad oboediendum] ad consentiendum W S V (– Wi: ut pareant) | et] *om.* G Co E St; etiam L P | omne] totum Wi | circumferimus] agitamus Wi

4 Ecce et naves, cum tam magnae sint et a ventis validis
minentur, circumferuntur a minimo gubernaculo, ubi im-
petus dirigentis voluerit; **5** ita et lingua modicum quidem
membrum est et magna exsultat. Ecce quantus ignis quam
magnam silvam incendit! **6** Et lingua ignis est, universitas
iniquitatis; lingua constituitur in membris nostris, quae
maculat totum corpus et inflammat rotam nativitatis et
inflammatur a gehenna. **7** Omnis enim natura et bestiarum
et volucrum et serpentium et etiam cetorum domatur et
domita est a natura humana; **8** linguam autem nullus ho-
minum domare potest, inquietum malum, plena veneno
mortifero. **9** In ipsa benedicimus Dominum et Patrem et in
Gn 1,26s ipsa maledicimus homines, qui ad similitudinem Dei facti
sunt; **10** ex ipso ore procedit benedictio et maledictio. Non
oportet, fratres mei, haec ita fieri. **11** Numquid fons de
eodem foramine emanat dulcem et amaram aquam?
12 Numquid potest, fratres mei, ficus olivas facere aut vitis
ficus? Neque salsa dulcem potest facere aquam.

De sapientia caelesti: 3,13-18

13 Quis sapiens et disciplinatus inter vos? Ostendat ex
bona conversatione operationem suam in mansuetudine
sapientiae. **14** Quod si zelum amarum habetis et conten-
tiones in cordibus vestris, nolite gloriari et mendaces esse

4 ~ et ecce V (- Wi C) | et[1] *om.* Wi | tam *om.* W S V | minentur] moveantur Wi | circumferuntur] circumferuntur (feruntur Wi) autem (- C) V | minimo] modico W S V | ubi] quorsum Wi • 5 exaltat V (- Wi: efficit) | magna G • 6 lingua[1]] *add.* velut Wi | universitas] et summa Wi | nativitatis] *add.* nostrae W S V | et inflammatur] inflammata W S V • 7 et[1] *om.* W S V | et etiam] et V; etiam W S | cetorum] ceterorum W S V | domantur W S V (- Wi) | est] sunt W S V (- Wi) • 8 plenum Co • 9 in ipsa[1+2]] per ipsam Wi | Dominum] Deum W V | in[2] *om.* Co | similitudinem] imaginem et similitudinem V (- L P C) • 10 ex eodem ore Wi • 11 emanat] emittit Wi • 12 olivas] uvas V (- Wi) | sic neque W S V | salsa ... aquam] fons pariter dulcem et amaram aquam gignit Wi • 13 quis ... inter vos] si quis sapiens et prudens inter vos est Wi • 14 contentiones] *add.* sint (sunt Co Wi) V

adversus veritatem. **15** Non est ista sapientia desursum 1.5.17
descendens, sed terrena, animalis, diabolica; **16** ubi enim
zelus et contentio, ibi inconstantia et omne opus pravum.
17 Quae autem desursum est sapientia primum quidem
pudica est, deinde pacifica, modesta, suadibilis, plena mi-
sericordia et fructibus bonis, non iudicans, sine simula-
tione; **18** fructus autem iustitiae in pace seminatur facienti- H 12,11
bus pacem.

De concupiscentiis huius mundi: 4,1-12

4 Unde bella et unde lites in vobis? Nonne hinc, ex con-
cupiscentiis vestris, quae militant in membris vestris?
2 Concupiscitis et non habetis; occiditis et zelatis et non
potestis adipisci; litigatis et belligeratis. Non habetis, prop-
ter quod non postulatis; **3** petitis et non accipitis, eo quod
male petitis, ut in concupiscentiis vestris insumatis. **4** Adul-
teri, nescitis quia amicitia huius mundi inimica est Dei?
Quicumque ergo voluerit amicus esse saeculi huius, ini-
micus Dei constituitur. **5** Aut putatis quia inaniter Scrip-
tura dicat: «Ad invidiam concupiscit Spiritus, qui inhabitat
in nobis?». **6** Maiorem autem dat gratiam; propter quod
dicit:

«Deus superbis resistit, Prv 3,34 ⓖ 1 P 5,5
humilibus autem dat gratiam».

7 Subicimini igitur Deo; resistite autem Diabolo, et fu- 1 P 5,8 s
giet a vobis. **8** Appropiate Deo, et appropinquabit vobis.
Emundate manus, peccatores, et purificate corda, duplices
animo. **9** Miseri estote et lugete et plorate; risus vester in L 6,25
luctum convertatur et gaudium in maerorem. **10** Humilia-

15 est] *add.* enim V | descendens] *add.* a patre luminum G Co E Wi St ● **17** pudica] casta Wi | modesta suadibilis] mansueta tractabilis Wi; *add.* bonis consentiens W V (– Wi) | plena misericordiae G | non *om.* G E St | iudicans] haesitans Wi
¶ **4.1** unde[2] *om.* W S V | lites in vobis] pugnae inter vos Wi | hinc *om.* V (– L P C) | ex concupiscentiis] ex voluptatibus Wi ● **2** belligeratis] *add.* et V | propter] eo Wi ● **3** petitis[2]] petatis W S V | concupiscentiis vestris] voluptates vestras Wi ● **4** adulteri] *add.* et adulterae Co Wi | quia] quod Wi | est *om.* G | Dei[1]] Deo E Wi | ~ huius saeculi Co Wi | constituitur] est Wi ● **5** aut] an V | quia] quod Wi | inaniter] frustra Wi | habitat V | nobis] vobis W V ● **7** subicimini igitur] subditi igitur (ergo V) estote W S V | Deo *om.* Wi ● **8** appropiate] appropinquate W V (– G Co St) | Deo] Domino W S ● **9** miseri estote] adflictamini Wi

1 P 5,6 mini in conspectu Domini, et exaltabit vos.
11 Nolite detrahere alterutrum, fratres; qui detrahit
fratri aut qui iudicat fratrem suum, detrahit legi et iudicat
legem; si autem iudicas legem, non es factor legis sed iudex.
12 Unus est legislator et iudex, qui potest salvare et perdere;
tu autem quis es, qui iudicas proximum?

De securitate vana: 4,13-17

13 Age nunc, qui dicitis: «Hodie aut crastino ibimus in
illam civitatem et faciemus quidem ibi annum et mercabi-
mur et lucrum faciemus», **14** qui ignoratis, quae erit in
crastinum vita vestra! Vapor enim estis ad modicum pa-
rens, deinceps exterminatur; **15** pro eo ut dicatis: «Si Do-
minus voluerit, et vivemus et faciemus hoc aut illud».
16 Nunc autem gloriamini in superbiis vestris; omnis glo-
riatio talis maligna est. **17** Scienti igitur bonum facere et
non facienti, peccatum est illi!

De divitibus iram thesaurizantibus: 5,1-6

5 Age nunc, divites, plorate ululantes in miseriis, quae
Mt 6,19 advenient vobis. **2** Divitiae vestrae putrefactae sunt, et
vestimenta vestra a tineis comesta sunt, **3** aurum et argen-

10 in conspectu Domini] coram Domino Wi ● 11 detrahere] *add.* de S | fratres] *add.* mei V (– Wi C) ● 12 est] *add.* enim V (– Wi C) | et iudex *om.* Wi | qui possit Wi | salvare et perdere] perdere et liberare W S V (– Wi: servare et perdere) | proximum] *add.* tuum G Co E Wi St ● 13 age] ecce W S V | qui *om.* Wi | crastino ibimus] cras eamus Wi | faciemus[1]] agamus Wi | quidem *om.* Wi | ~ ibi quidem V (– Wi) | mercemur Wi | faciemus[2]] faciamus Wi ● 14 qui ignoratis] cum ignoretis Wi | quae erit in crastinum vita vestra] quid erit in crastinum (in crastino G St L P C). Quae est enim (enim est W S) vita vestra W S V (– Wi: quid cras futurum sit. Quae est enim vita vestra) | vapor ... exterminatur] vapor est (vapor enim erit Co) ad modicum parens (paulisper adparens Wi) et (– W S) deinceps exterminabitur (exterminatur S; evanescet Wi) W S V ● 15 pro eo ut dicatis] verum dicere debebatis Wi | et vivemus et faciemus] et (– Si) si (– S) vixerimus faciemus W S V ● 16 gloriamini] exsultatis W S V (– Wi) | gloriatio] exsultatio W S V (– Wi) | maligna] prava Wi ● 17 illi] ei Wi ¶ 5.1 agite W V | miseriis] *add.* vestris V (~ vestris miseriis Wi) | advenient] impendent Wi ● 2 comesta] arrosa Wi

tum vestrum aeruginavit, et aerugo eorum in testimonium
vobis erit et manducabit carnes vestras sicut ignis: thesauri-
zastis in novissimis diebus. **4** Ecce merces operariorum, qui
messuerunt regiones vestras, quae fraudata est a vobis,
clamat, et clamores eorum, qui messuerunt, in aures Do-
mini Sabaoth introierunt. **5** Epulati estis super terram et in
luxuriis fuistis, enutristis corda vestra in die occisionis. Jr 12,3; 25,34
6 Addixistis, occidistis iustum. Non resistit vobis.

Remuneratio futura patienter expectanda: 5,7-11

7 Patientes igitur estote, fratres, usque ad adventum Do-
mini. Ecce agricola exspectat pretiosum fructum terrae, pa-
tienter ferens, donec accipiat *imbrem temporaneum et sero-
tinum.* **8** Patientes estote et vos, confirmate corda vestra,
quoniam adventus Domini appropinquavit. **9** Nolite inge- Mt 7,1s
miscere, fratres, in alterutrum, ut non iudicemini; ecce
iudex ante ianuam assistit. **10** Exemplum accipite, fratres, Mc 13,29
laboris et patientiae prophetas, qui locuti sunt in nomine
Domini. **11** Ecce beatificamus eos, qui sustinuerunt; suffe-
rentiam Iob audistis et finem Domini vidistis, quoniam Job 42,10-17
misericors est Dominus et miserator. Ps 103,8; 114,4

Nolite iurare: 5,12

12 Ante omnia autem, fratres mei, nolite iurare, neque Mt 5,34-37
per caelum neque per terram, neque aliud quodcumque

3 aeruginavit] aerugine vitiatum est Wi | testimonium] testamentum G | thesaurizastis] *add.* vobis iram V (– Wi) | novissimis] extremis Wi ● 4 qui fraudatus est W S | clamor W S V | eorum] ipsorum W S | qui messuerunt² *om.* W S V | introi(v)it W S V ● 5 luxuriis] luxu Wi | fuistis *om.* W S V ● 6 addixistis] adduxistis (– G C; damnastis Wi) et V | et non V | restitit W V ● 7 imbrem temporaneum] temporaneum W V (– Wi: pluviam matutinam); temporivum S | serotinam Wi ● 8 patientes] *add.* igitur V (– L P) | et vos] *om.* Co; vos E Wi | et confirmate V | appropinquabit V (– C) ● 9 in alterutrum] alii adversus alios Wi | iudicemini] condemnemini Wi ● 10 laboris] exitus mali (+ et longanimitatis et Co E St) laboris Co E St Si C; tolerantiae Wi | patientiae] longanimitatis Wi ● 11 beatificamus] beatos praedicamus Wi | eos *om.* W S | sufferentiam] tolerantiam Wi | ~ Dominus est St L P Si C

iuramentum; sit autem vestrum "Est" est, et "Non" non,
uti non sub iudicio decidatis.

ORATIO FIDEI EFFICAX: 5,13-18

13 Tristatur aliquis vestrum? Oret. Aequo animo est?
Psallat. **14** Infirmatur quis in vobis? Advocet presbyteros
ecclesiae, et orent super eum, unguentes eum oleo in no-
mine Domini. **15** Et oratio fidei salvabit infirmum, et alle-
vabit eum Dominus; et si peccata operatus fuerit, dimitten-
tur ei. **16** Confitemini ergo alterutrum peccata et orate pro
invicem, ut sanemini. Multum enim valet deprecatio iusti
1 Rg 17–18 L 4,25 operans. **17** Elias homo erat similis nobis passibilis et ora-
tione oravit, ut non plueret, et non pluit super terram annos
tres et menses sex; **18** et rursum oravit, et caelum dedit
pluviam, et terra germinavit fructum suum.

DE SOLLICITUDINE PRO FRATRIBUS ERRANTIBUS: 5,19-20

19 Fratres mei, si quis ex vobis erraverit a veritate et
converterit quis eum, **20** scire debet quoniam, qui converti
fecerit peccatorem ab errore viae eius, salvabit animam
Prv 10,12 1 P 4,8 suam a morte et operiet multitudinem peccatorum.

12 vestrum] sermo vester V | et *om.* W S V | uti] ut V (– Wi) | uti ... decidatis] ne in mendacium incidatis Wi • **13** tristatur] *add.* autem G Co E St Si | tristatur aliquis vestrum] si cui vestrum male est Wi | aequo animo est] si cui bene est Wi | est] et W G Co E St Si • **14** in vobis] inter vos Wi | advocet] inducat W S V • **15** alleviabit W Co E St Si C; eriget Wi | peccata operatus fuerit] in peccatis sit (fuerit Wi) W S V | remittentur V (– G) • **16** alterutrum] invicem Wi | peccata] *add.* vestra W S V | pro invicem] pro vobis mutuo Wi | sanemini] salvemini W S V (– Wi) | operans] assidua W S V • **17** similis nobis passibilis] passibilis ut nos Wi | ~ super terram et non pluit W S V (– Co: *om.*) • **18** germinavit] dedit W S V • **19** mei *om.* Wi • **20** quoniam] quod Wi | eius] suae W S V | suam] eius W S V | operit W S G E L P; operiat St

EPISTULA PETRI I

INSCRIPTIO: 1,1-2

1 Petrus apostolus Iesu Christi electis advenis dispersionis Jc 1,1
Ponti, Galatiae, Cappadociae, Asiae et Bithyniae, 2 se-
cundum praescientiam Dei Patris, in sanctificatione Spiri-
tus, in oboedientiam et aspersionem sanguinis Iesu Christi: H 12,24
gratia vobis et pax multiplicetur.

DE VIA FIDEI: 1,3–2,10

De fine fidei nostrae: 1,3-12

3 Benedictus Deus et Pater Domini nostri Iesu Christi, E 1,3
qui secundum magnam misericordiam suam regeneravit nos
in spem vivam per resurrectionem Iesu Christi ex mortuis,
4 in hereditatem incorruptibilem et incontaminatam et im-
marcescibilem, conservatam in caelis propter vos, 5 qui in
virtute Dei custodimini per fidem in salutem paratam reve-
lari in tempore novissimo. 6 In quo exsultatis, modicum Jc 1,2-4
nunc si oportet contristati in variis tentationibus, 7 ut pro-
batio vestrae fidei multo pretiosior auro, quod perit, per
ignem quidem probato, inveniatur in laudem et gloriam et
honorem in revelatione Iesu Christi. 8 Quem cum non vide-
ritis, diligitis; in quem nunc non videntes, credentes autem,
exsultatis laetitia inenarrabili et glorificata, 9 reportantes
finem fidei vestrae salutem animarum.

¶ 1.1 dispersionis] sparsim degentibus Wi | Ponti ... Bithyniae] in Ponto, Galatia, Cappadocia, Asia et Bithynia Wi ● 2 in (per Wi) sanctificationem W V | in²] ad Wi | multiplicetur] augeatur Wi ● 3 ~ misericordiam suam magnam V ● 4 in¹] ad Wi | propter vos] in vobis W S V (– Wi: pro vobis) ● 5 in virtute] potentia Wi | in²] ad Wi | paratam revelari] quae revelatur Wi | in³ *om.* Wi ● 6 in quo exsultatis] itaque exsultate Wi | exsultabitis V (– Wi) | modicum ... contristati] cum paulisper nunc adfligimini sic ubi oportet Wi | contristari W V (– Wi) | in² *om.* Wi ● 7 probatio ... pretiosior] probatum ... pretiosius sit S | pretiosior] *add.* sit W G Co E | auro quod perit per ignem quidem probato] auro quod per ignem probatur W V (– Wi: pereunte auro quod per ignem probatur) | quidem *om.* S | in laudem] ad laudem Wi | in revelationem St | in revelatione Iesu Christi] cum revelabitur Iesus Christus Wi ● 8 non¹ *om.* G | diligetis G | nunc] *add.* quoque W S V | videntes] *add.* creditis V | exsultabitis V (– Wi L P) ● 9 animarum] *add.* vestrarum V (– L P C)

10 De qua salute exquisierunt atque scrutati sunt pro-
phetae, qui de futura in vos gratia prophetaverunt, **11** scru-
Dn 12,6-13 Ps 22 Is 53 tantes in quod vel quale tempus significaret, qui erat in eis
Hab 2,3 Spiritus Christi, praenuntians eas, quae in Christo sunt,
passiones et posteriores glorias; **12** quibus revelatum est
quia non sibi ipsis, vobis autem ministrabant ea, quae nunc
nuntiata sunt vobis per eos, qui evangelizaverunt vos, Spiri-
tu Sancto misso de caelo, in quae desiderant angeli prospi-
cere.

Sanguine Christi redempti in Deo fideles: 1,13-25

13 Propter quod succincti lumbos mentis vestrae, sobrii,
perfecte sperate in eam, quae offertur vobis, gratiam in
E 4,17-22 revelatione Iesu Christi. **14** Quasi filii oboedientiae, non
configurati prioribus in ignorantia vestra desideriis, **15** sed
secundum eum, qui vocavit vos, sanctum, et ipsi sancti in
Lv 19,2 omni conversatione sitis, **16** quoniam scriptum est: «*Sancti
Mt 6,9 L 11,2 G 4,6 eritis, quia ego sanctus sum*». **17** Et si Patrem invocatis eum,
R 8,15 Mt 5,48 qui sine acceptione personarum iudicat secundum unius-
L 6,36 cuiusque opus, in timore incolatus vestri tempore conver-
Is 52,3 samini, **18** scientes quod non corruptibilibus argento vel
auro redempti estis de vana vestra conversatione a patri-
J 1,36 Ap 5,6.9 bus tradita, **19** sed pretioso sanguine quasi Agni inconta-
minati et immaculati Christi, **20** praecogniti quidem ante
constitutionem mundi, manifestati autem novissimis tem-
poribus propter vos, **21** qui per ipsum fideles estis in Deum,

10 exquisierunt] perquisiverunt Wi | in vos] in vobis W S V (– G: in nobis) • 11 in[1] *om.* Wi | qui erat *om.* W S V | eas quae ... glorias] adflictiones Christi et gloriam secuturam Wi • 12 quibus revelatum est] estque illis revelatum Wi | sibi ipsis] sibimetipsis V | adnuntiata Wi | qui evangelizaverunt ... de caelo] qui per Spiritum Sanctum de caelo missum evangelizaverunt vobis Wi | vos] vobis W V | in quae] in quem W V (– Wi) | in quae ... prospicere] quae et angeli spectare desiderant Wi • 13 lumbis Wi | perfecti G E St Si | in eam quae offertur vobis] oblatam vobis Wi | in revelationem V (– Wi L P) • 14 configurati] conformes Wi | in ignorantia vestra desideriis] ignorantiae vestrae desideriis W S V (~ desideriis ignorantiae vestrae Wi) • 15 et] ut et G E Wi St Si | ~ in omni conversatione sancti V • 16 eritis] estote Wi | quia] quoniam V • 17 in timore ... conversamini] dum peregrinamini hic versamini in timore Wi • 18 ~ auro vel argento V | a patribus tradita] paternae traditionis W S V • 19 incontaminati] inculpati Wi | ~ immaculati Christi et incontaminati V (– E Wi) • 20 praecogniti] praeordinati Wi | ~ mundi constitutionem V • 21 in Deum[1]] in Deo W S V (– Wi)

qui suscitavit eum a mortuis et dedit ei gloriam, ut fides
vestra et spes esset in Deum.

22 Animas vestras castificantes in oboedientia veritatis
ad fraternitatis amorem non fictum, ex corde invicem dili-
gite attentius, 23 renati non ex semine corruptibili sed in-
corruptibili per verbum Dei vivum et permanens; 24 quia

omnis caro ut fenum, Is 40,6-8 ⊛
et omnis gloria eius tamquam flos feni.
Exaruit fenum, et flos decidit;
25 *verbum autem Domini manet in aeternum.*

Hoc est autem verbum, quod evangelizatum est in vos.

De lapide vivo: 2,1-10

2 Deponentes igitur omnem malitiam et omnem dolum
et simulationes et invidias et omnes detractiones, 2 sicut
modo geniti infantes, rationale sine dolo lac concupiscite,
ut in eo crescatis in salutem, 3 si *gustastis quoniam dulcis* Ps 34,9
Dominus. 4 Ad quem accedentes, lapidem vivum, ab homi- Is 28,16 ⊛
nibus quidem reprobatum, coram Deo autem electum, pre-
tiosum, 5 et ipsi tamquam lapides vivi aedificamini domus
spiritalis in sacerdotium sanctum offerre spiritales hostias
acceptabiles Deo per Iesum Christum. 6 Propter quod con-
tinet Scriptura:

21 in Deum²] in Deo W S V (– Wi) ● 22 in oboedientiam W | in oboedientia veritatis] in vera oboedientia per Spiritum Wi | veritatis] caritatis W S V (– Wi) | ad fraternitatis amorem non fictum] in fraternitatis amore simplici W S V (– Wi: in fraterno amore sine simulatione) | ex] *om.* G; *add.* puro Wi | attentius] vehementer Wi ● 23 vivum et permanens] vivi et permanentis in aeternum W V (– G); vivi et permanentis S G ● 24 eius] hominis Wi | tamquam] ut Wi | flos²] *add.* eius V (– Wi) ● 25 in vos] in vobis W V (– Co E; – Wi: inter vos)

¶ 2.2 rationale] rationabile C; rationabile et W Co; rationabiles (+ et St) V (– Co Wi C); *add.* et Wi | sine dolo] non infectum Wi | in salutem *om.* Wi ● 3 si] *add.* tamen W V (– Wi: *add.* quidem) | gustatis W Co E St | quoniam] quod Wi | dulcis] *add.* est W V (– Wi: *add.* sit) ● 4 coram] a W S V | pretiosum] (+ et W V) honorificatum W S V ● 5 superaedificamini W S V | domos (domus G) spiritales V (– Co Wi C) | in *om.* W S Wi L P Si C | offerentes G Co E Wi St | acceptabiles] acceptas Wi ● 6 continetur Wi | in Scriptura S Wi

Is 28,16 ⓖ «*Ecce pono in Sion lapidem angularem, electum, pre-*
tiosum;
et, qui credit in eo, non confundetur».
7 Vobis igitur honor credentibus; non credentibus autem
Ps 118,22 Act 4,11 «*Lapis, quem reprobaverunt aedificantes,*
hic factus est in caput anguli»
Is 8,14 8 et «*lapis offensionis et petra scandali*»; qui offendunt
verbo non credentes, in quod et positi sunt.
Ex 19,5s ⓖ; 23,22 ⓖ 9 Vos autem *genus electum*, *regale sacerdotium*, *gens*
Is 43,20s *sancta*, *populus in acquisitionem*, *ut virtutes annuntietis* eius,
qui de tenebris vos vocavit in admirabile lumen suum;
Hos 1,6.9; 2,3.25 10 qui aliquando *non populus*, nunc autem *populus Dei*; *qui*
non consecuti misericordiam, nunc autem *misericordiam con-*
secuti.

DE VITA PUBLICA ET PRIVATA: 2,11–4,11

Inter gentiles honorati, potestatibus subditi: 2,11-17

Ps 39,13; 119,19 11 Carissimi, obsecro tamquam advenas et peregrinos
abstinere vos a carnalibus desideriis, quae militant adversus
animam; 12 conversationem vestram inter gentes habentes
bonam, ut in eo, quod detrectant de vobis tamquam de
malefactoribus, ex bonis operibus considerantes glorificent
Deum in die visitationis.
3–17: R 1 3,1-7 Tt 3,1 13 Subiecti estote omni humanae creaturae propter Do-
minum: sive regi quasi praecellenti 14 sive ducibus tam-
quam ab eo missis ad vindictam malefactorum, laudem
vero bonorum; 15 quia sic est voluntas Dei, ut benefacien-
tes obmutescere faciatis imprudentium hominum ignoran-
tiam, 16 quasi liberi, et non quasi velamen habentes mali-
tiae libertatem, sed sicut servi Dei.

6 ponam E Wi | lapidem] *add.* summum W S V | probatum electum V (- L P C) | crediderit W S V | in eum W V ● 7 ~ credentibus honor E Wi ● 8 scandali] *add.* his W V | offendunt verbo] impingunt in verbum Wi | non credentes] nec credunt W S V | in quod] in quo W V (- Wi: ad quod) ● 9 autem] *add.* estis Wi | in acquisitionem] acquisitionis W S V (- Wi: peculiaris) ● 10 populus[1]] eratis populus Wi; *add.* Dei G Co E St Si | populus[2]] estis populus Wi | qui[2]] *add.* eratis Wi | autem[2]] *add* estis Wi ● 11 obsecro] obsecro (adhortor Wi) vos V | abstinere vos] ut abstineatis Wi ● 12 ut in eo ... malefactoribus] ut obtrectantes vobis tamquam malefactoribus Wi | detractant W S G Co E | ex bonis operibus considerantes] convicti bonis operibus vestris Wi | vos considerantes W V (- Wi) ● 13 subiecti] *add.* igitur V | Dominum] Deum W V (- Wi) | quasi] tamquam Wi ● 16 quasi[2] *om.* Wi

17 Omnes honorate, fraternitatem diligite, Deum timete, Prv 24,21
regem honorificate. R 12,10

Servi ad exemplum Christi subditi sint: 2,18-25

18 Servi, subditi estote in omni timore dominis, non Kol 3,22s
tantum bonis et modestis sed etiam pravis. 19 Haec est Tt 2,9s
enim gratia, si propter conscientiam Dei sustinet quis
tristitias, patiens iniuste. 20 Quae enim gloria est, si pec-
cantes et colaphizati sustinetis? Sed si benefacientes et
patientes sustinetis, haec est gratia apud Deum. 21 In hoc Mc 8,34
enim vocati estis, quia L 9,23
et Christus passus est pro vobis, Mt 10,25 Ph 2,5
vobis relinquens exemplum,
ut sequamini vestigia eius:
22 qui *peccatum non fecit*, Is 53,9
nec inventus est dolus in ore ipsius;
23 qui cum malediceretur, non remaledicebat;
cum pateretur, non comminabatur,
commendabat autem iuste iudicanti;
24 qui *peccata* nostra *ipse pertulit* Is 53,11s
in corpore suo super lignum,
ut peccatis mortui iustitiae viveremus;
cuius *livore sanati estis*. Is 53,5s
25 Eratis enim *sicut oves errantes*, sed conversi estis nunc

17 honorate ... honorificate] honorificate ... honorate Wi ● 18 estote *om.* W S | omni *om.* Wi | pravis] discolis W S V (– Wi: iniquis) ● 19 ~ Dei conscientiam V | tristitiam G; dolores Wi ● 20 gloria est] est gratia (gloria L P C) V | peccantes et colaphizati] propter delicta colaphos Wi | sustinetis[1]] suffertis W S V (– Wi) | et patientes] patienter V ● 21 vobis[1]] nobis V (– G Wi St) | ~ relinquens vobis W ● 22 ~ est inventus Wi | ipsius] eius W V ● 23 remaledicebat] maledicebat W S V (– Wi) | commendabat] tradebat W S V (– Wi: tradidit) | iuste iudicanti] iudicanti se iniuste (iuste Wi) W S V ● 24 vivamus V

ad pastorem
et episcopum animarum vestrarum.

De mulieribus et viris: 3,1-7

3 Similiter mulieres subditae sint suis viris, ut et si qui
Tt 2,3-5 non credunt verbo, per mulierum conversationem sine
verbo lucrifiant, 2 considerantes castam in timore conver-
sationem vestram; 3 quarum sit non extrinsecus capilla-
turae aut circumdationis auri aut indumenti vestimentorum
cultus, 4 sed qui absconditus cordis est homo in incorrupti-
bilitate mitis et quieti spiritus, qui est in conspectu Dei
locuples. 5 Sic enim aliquando et sanctae mulieres sperantes
Gn 18,12 in Deo ornabant se subiectae propriis viris, 6 sicut Sara
oboediebat Abrahae dominum eum vocans; cuius estis
Prv 3,25 filiae benefacientes et non timentes ullam perturbationem.
E 5,25.28 7 Viri similiter cohabitantes secundum scientiam quasi
infirmiori vaso muliebri impertientes honorem, tamquam
et coheredibus gratiae vitae, uti ne impediantur orationes
vestrae.

Ut omnes sint unanimes: 3,8-12

R 13,5 E 4,2s 8 In fine autem omnes unanimes, compatientes, fraterni-
tatis amatores, misericordes, humiles, 9 non reddentes ma-
lum pro malo vel maledictum pro maledicto, sed e con-
trario benedicentes, quia in hoc vocati estis, ut benedictio-
nem hereditate accipiatis.
Ps 34,13-17 10 «Qui enim *vult vitam diligere*
et videre dies bonos,

25 animarum nostrarum Co
¶ 3.1 similiter et mulieres W V | sint *om.* S | ~ viris suis V | et *om.* Wi | non] nondum G | lucrificant G • 2 ~ in timore castam (sanctam C E St) W S V (– Wi: ~ castam conversationem vestram in timore) • 3 ~ non sit V (– G Wi) | sit non ... cultus] ornatus non sit externus, qui situs est in plicatura capillorum et usu auri et vestitu Wi | capillatura W V (– Wi) | circumdatio W S V (– Wi) | vestimentorumve Si • 4 sed qui ... spiritus] sed homo cordis absconditus habeat ornatum incorruptibilem, nempe spiritum placidum ac quietum Wi | ~ est cordis V (– Wi; – E: ~ est homo cordis) | mitis et quieti] quieti et modesti W S V (– Wi) | qui[2]] quod W S | qui est ... locuples] idque est coram Deo splendidum Wi | locuplex Co E • 5 et *om.* Wi | in Deum Wi | subiecti G • 6 cuius factae estis Wi | pertimentes V • 7 quasi] *add.* cum Wi | vaso] vasculo V | impartientes V (– G E) | et *om.* W Co E Wi St | uti ne] ut non V • 8 in fine] in fide V (– Wi: in summa; – C) | autem *om.* Wi | fraternitatis amatores] fraterna caritate praediti Wi | misericordes] *add.* modesti V (– Wi) | humiles] amabiles Wi • 9 vel] nec V | accipiatis] possideatis W S V (– Wi) • 10 qui enim vult] quis est enim qui vult G | ~ dies videre V (– Wi: ~ dies bonos videre)

coerceat linguam suam a malo,
et labia eius ne loquantur dolum;
11 *declinet autem a malo et faciat bonum,*
inquirat pacem et persequatur eam.
12 Quia *oculi Domini super iustos,*
et aures eius in preces eorum;
vultus autem Domini super facientes mala».

Ut in omnibus Deus per Christum honorificetur: 3,13–4,11

13 Et quis est qui vobis noceat, si boni aemulatores
fueritis? 14 Sed et si patimini propter iustitiam, beati! Mt 5,11s
Timorem autem eorum ne timueritis et non conturbemini, Is 8,12s
15 *Dominum* autem Christum *sanctificate* in cordibus vestris,
parati semper ad defensionem omni poscenti vos rationem
de ea, quae in vobis est spe, 16 sed cum mansuetudine et
timore, conscientiam habentes bonam, ut in quo de vobis
detrectatur, confundantur, qui calumniantur vestram bo-
nam in Christo conversationem. 17 Melius est enim bene-
facientes, si velit voluntas Dei, pati quam malefacientes.
18 Quia et Christus semel pro peccatis passus est, iustus R 6,10 E 2,18
pro iniustis, ut vos adduceret ad Deum, mortificatus quidem H 9,27s; 10,10
carne, vivificatus autem Spiritu; 19 in quo et his, qui in R 1,4

11 autem *om.* L P Si C | sequatur W V (– E Wi) • 12 in] ad Wi • 13 boni aemulatores] bonum imitati Wi • 14 et[1] *om.* Co | si] *add.* quid W S V | beati] *add.* estis Wi | et non] neque Co Wi; ut non E St • 15 Christum] Deum Wi | defensionem] satisfactionem W S V (– Wi: respondendum) | de ea ... spe] de spe quae in vobis est Wi | spe] *add.* et fide E St; fide et spe Si • 16 sed *om.* Wi | mansuetudine] modestia W S V (– Wi) | in quo de vobis detrectatur confundantur] in eo quod detrahunt (+ de G Co E Si) vobis confundantur W S V (– Wi: confundantur cum detrahunt vobis tamquam flagitiosis) | ~ conversationem in Christo Wi • 17 enim] *add.* ut V (– C) | ~ voluntas Dei velit W V | pati] patiamini Wi • 18 et *om.* Wi | peccatis] *add.* nostris V | passus] mortuus W S V | vos adduceret ad Deum] nos offerret Deo W S V (– Wi: nos adduceret ad Deum) | mortificatos V (– Wi C) | quidem *om.* W S | vivificatos V (– Wi C) • 19 in[1] *om.* Wi

carcere erant, spiritibus adveniens praedicavit, 20 qui in-
creduli fuerant aliquando, quando exspectabat Dei patien-
Gn 6,8–7,7 2P 2,4s tia in diebus Noe, cum fabricaretur arca, in qua pauci, id
est octo animae, salvae factae sunt per aquam. 21 Cuius
antitypum, baptisma, et vos nunc salvos facit, non carnis
depositio sordium sed conscientiae bonae rogatio in Deum,
E 1,20s per resurrectionem Iesu Christi, 22 qui est in dextera Dei,
profectus in caelum, subiectis sibi angelis et potestatibus et
virtutibus.

R 6,10 G 5,24 4 Christo igitur passo in carne, et vos eadem cogitatione
armamini, quia, qui passus est carne, desiit a peccato,
2 ut iam non hominum concupiscentiis sed voluntate Dei
quod reliquum est in carne vivat temporis. 3 Sufficit enim
E 2,2s Tt 3,3 praeteritum tempus ad voluntatem gentium consumman-
dam, vobis, qui ambulastis in luxuriis, concupiscentiis,
vinolentiis, comissationibus, potationibus et illicitis idolo-
rum cultibus. 4 In quo mirantur non concurrentibus vobis
in eandem luxuriae effusionem, blasphemantes; 5 qui red-
Act 10,42 2T 4,1 dent rationem ei, qui paratus est iudicare vivos et mortuos.
6 Propter hoc enim et mortuis evangelizatum est, ut iudi-
centur quidem secundum homines carne, vivant autem se-
cundum Deum Spiritu.

19 spiritu V (– G: spiritualiter; – Si C) | veniens W S V ● 20 quando *om.* G | exspectabant V (– Wi: exspectabatur) | patientiam V (– Wi) | in qua] iniqua G | paucae Co ● 21 cuius antitypum baptisma et vos nunc salvos facit] quod et vos nunc similis formae salvos facit baptisma W S V (– Wi: cui figurae nunc respondens baptisma et vos salvos facit) | non carnis ... in Deum] quo non sordes carnis deponuntur sed conscientia bene respondet apud Deum Wi | interrogatio W S V (– Wi) | Iesu Christi] *add.* a mortuis G Co E Wi St ● 22 ad dexteram Wi | Dei] *add.* deglutiens mortem ut vitae aeternae heredes efficeremur W V
¶ 4.1 passo] *add.* pro nobis Wi | carne²] in carne V | peccatis W S V ● 2 ~ non iam G Co E Wi | hominum concupiscentiis] desideriis hominum V; hominum desideriis W S | voluntati V (– Co E St) | ~ temporis in carne vivat Wi ● 3 consummandam ... luxuriis] traduxisse ac ambulasse in lascivia Wi | vobis] his V (– Wi); *om.* W S | ambulaverunt W S V (– Wi) | concupiscentiis] desideriis W S V (– Wi) | vinolentia Wi | potationibus] *add.* ebrietatibus G Co E St Si | illicitis] nefario Wi | cultu Wi ● 4 in quo] porro id Wi | mirantur] admirantur W V; peregrinantur S | concurrentibus vobis] consentire vos Wi | effusionem] confusionem W S V ● 6 in carne W S V | in Spiritu W V

7 Omnium autem finis appropinquavit. Estote itaque R 13,11s
prudentes et vigilate in orationibus. **8** Ante omnia mutuam 1K 7,29
in vosmetipsos caritatem continuam habentes, quia caritas Prv 10,12
operit multitudinem peccatorum; **9** hospitales invicem sine Jc 5,20
murmuratione; **10** unusquisque, sicut accepit donationem,
in alterutrum illam administrantes sicut boni dispensatores R 12,6-8
multiformis gratiae Dei. **11** Si quis loquitur, quasi sermones 1K 12,11
Dei; si quis ministrat, tamquam ex virtute, quam largitur
Deus, ut in omnibus glorificetur Deus per Iesum Christum:
cui est gloria et imperium in saecula saeculorum. Amen. Jd 25

ULTIMAE EXHORTATIONES: 4,12–5,11

Beati in passionibus: 4,12-19

12 Carissimi, nolite mirari in fervore, qui ad tentationem
vobis fit, quasi novi aliquid vobis contingat, **13** sed, quemad-
modum communicatis Christi passionibus, gaudete, ut et Act 5,41
in revelatione gloriae eius gaudeatis exsultantes. **14** Si ex-
probramini in nomine Christi, beati, quoniam Spiritus Mt 5,11s
gloriae et Dei super vos requiescit. **15** Nemo enim vestrum Is 11,2
patiatur quasi homicida aut fur aut maleficus aut alienorum
speculator; **16** si autem ut christianus, non erubescat, glori-
ficet autem Deum in isto nomine.

17 Quoniam tempus est, ut incipiat iudicium a domo Dei;
si autem primum a nobis, qui finis eorum, qui non credunt
Dei evangelio?

18 «Et si *iustus vix salvatur,* Prv 11,31 Ⓖ
impius et peccator ubi parebit?».

7 appropinquabit G E St L P | prudentes ... orationibus] modesti et sobrii ut oretis inter vos Wi • 8 omnia] *add.* autem V | in vobismetipsis V (– Wi: *om.*) | continuam] vehementer Wi | • 10 unusquisque ... administrantes] ministrate inter vos unusquisque pro suo dono Wi | donationem] gratiam W S V (– Wi) • 11 loquitur] *add.* loquatur Wi | ministrat] *add.* ministret Wi | largitur] administrat W S V (– Wi: suppeditat) | glorificetur] honorificetur W S V (– Wi) | saeculorum amen *om.* W • 12 nolite] ne Wi | mirari] peregrinari W S V (– Wi: admiramini) | in fervore ... fit] in tentatione quae ad experimentum vestri fit Wi | fit] sit G Co • 13 quemadmodum *om.* W S V (– Wi: tamquam) | communicantes W S V • 14 exprobramini in nomine] exprobratur vobis nomen Wi | beati] *add.* eritis W V | Spiritus gloriae et Dei] quod est honoris gloriae et virtutis Dei et qui est eius Spiritus V (– Wi: gloria et Spiritus Dei); gloriae Dei Spiritus W S | super vos] in vobis W S | requiescit] requiescet V (– Si C; – Wi: requiescet qui apud eos blasphematur, apud vos autem glorificatur); *add.* ab aliis blasphematus a vobis autem honorificatus W • 15 enim] autem V | quasi] ut V (– G Co E) | maledicus W S V (– Wi: facinorosus) | alienorum *om.* Wi | speculator] appetitor W S V (– Wi: insidiator) • 17 est *om.* W S | a[1]] de W S | quis finis V | eorum] *add.* erit Wi • 18 iustus] *add.* quidem G Co E St Si | salvabitur W V | parebunt W V (– Wi: adparebit)

19 Itaque et hi, qui patiuntur secundum voluntatem Dei,
fideli Creatori commendent animas suas in benefacto.

De pastore et grege: 5,1-11

5 Seniores ergo, qui in vobis sunt, obsecro, consenior et
testis Christi passionum, qui et eius, quae in futuro
Act 20,28 revelanda est, gloriae communicator: **2** Pascite, qui est in
vobis, gregem Dei, providentes non coacto sed spontanee
secundum Deum, neque turpis lucri gratia sed voluntarie,
Ph 3,17 **3** neque ut dominantes in cleris sed formae facti gregis. **4** Et
Tt 2,7 cum apparuerit Princeps pastorum, percipietis immarcesci-
bilem gloriae coronam.
5 Similiter, adulescentes, subditi estote senioribus. Omnes
autem invicem humilitatem induite, quia
Prv 3,34 ⊛ *Deus superbis resistit,*
Jc 4,6 *humilibus autem dat gratiam.*
6 Humiliamini igitur sub potenti manu Dei, ut vos exaltet
Ps 55,23 in tempore, **7** omnem sollicitudinem vestram proicientes in
eum, quoniam ipsi cura est de vobis. **8** Sobrii estote, vigilate.
Ps 22,14 Adversarius vester Diabolus tamquam leo rugiens circuit
Jc 4,7 quaerens quem devoret. **9** Cui resistite fortes fide, scientes
eadem passionum ei, quae in mundo est, vestrae fraternitati
fieri.
1Th 2,12 **10** Deus autem omnis gratiae, qui vocavit vos in aeter-
nam suam gloriam in Christo Iesu, modicum passos ipse

19 tamquam fideli Wi | commendant W S | in benefactis W S V (– Wi: benefaciendo) ¶ 5.1 seniores] presbyteros Wi | in vobis] inter vos Wi | consenior] et ipse presbyter Wi | qui et ... communicator] et particeps gloriae quae revelabitur Wi | ~ est gloriae revelanda G ● 2 qui est in vobis gregem Dei] gregem Christi apud vos Wi | ~ in vobis est V (– Wi) | providentes ... voluntarie] et curam eius agentes tractate sine coactione, sed ultro non adsectantes lucrum sed officioso animo Wi | coacte V (– Wi) ● 3 neque ... gregis] nec tamquam dominium exercentes adversus suam quisque partem, sed sitis forma gregis Wi | forma V (– Wi L P) | gregis] gregis (gregi (+ et S) W S G L P) ex animo W S V (– Wi) ● 5 omnes ... induite] omnes mutuo subiecti sitis et connectentes humilitatem Wi | autem[1]] enim G Co E St | induite] insinuate W S V (– Wi) | Deus] Dominus G Co St ● 6 tempore] *add.* visitationis W S V ● 7 ~ est cura Wi ● 8 estote] *add.* et V | vigilate] *add.* quia W S V ● 9 ~ fortes resistite Wi | in fide W V | eadem passionem W V (– Wi) | eadem ... fieri] easdem adflictiones in mundo accidere fratribus vestris Wi ● 10 vos] nos W S V (– Wi) | in Christo Iesu] per Christum Iesum Wi | modicum] paululum Wi | vos ipse Wi

perficiet, confirmabit, solidabit, fundabit. **11** Ipsi imperium
in saecula saeculorum. Amen.

CONCLUSIO. SALUTATIONES ET BENEDICTIO: 5,12-14

12 Per Silvanum vobis fidelem fratrem, ut arbitror, bre- Act 15,22; 16,19; 17,4; 18,5
viter scripsi, obsecrans et contestans hanc esse veram gra- 2K 1,19
tiam Dei; in qua state. **13** Salutat vos, quae est in Babylone, 1Th 1,1 2Th 1,1
coelecta et Marcus filius meus. **14** Salutate invicem in osculo Act 12,12.25; 15,37.39
caritatis. Pax vobis omnibus, qui estis in Christo. Kol 4,10 2T 4,11 Phm 24

EPISTULA PETRI II

INSCRIPTIO: 1,1-2

1 Simon Petrus servus et apostolus Iesu Christi his, qui 1P 1,1
coaequalem nobis sortiti sunt fidem in iustitia Dei nostri
et salvatoris Iesu Christi: **2** gratia vobis et pax multiplicetur Jd 2
in cognitione Dei et Iesu Domini nostri.

DE VERITATE TRADITA: 1,3-21

De fide et de fructibus eius: 1,3-11

3 Quomodo omnia nobis divinae virtutis suae ad vitam E 1,3 Tt 1,2s
et pietatem donatae per cognitionem eius, qui vocavit nos J 17,3

10 solidabitque V (– Wi: corroborabit) | fundabit *om.* W S V (– Wi: et stabiliet) ● 11 ipsi] *add.* gloria et V ● 12 ~ fidelem fratrem vobis V | state] (+ et G Wi St) statis V ● 13 quae] ecclesia quae W V | cumelecta S; collecta Co E Wi St Si ● 14 in[1] *om.* Wi | caritatis] sancto W S V (– Wi) | pax] gratia W S V (– Wi) | Christo] *add.* (+ Iesu V) amen W V

¶ 1,1 his] iis St L P Si C | nobiscum V ● 2 multiplicetur] adimpleatur W S V (– Wi: augeatur) | in] cum Wi | Dei et Iesu] Dei et Christi Iesu V (– Wi); *om.* W S ● 3 quomodo ... virtutis suae] cum omnis divina virtus nobis Wi | suae] *add.* quae W S V (– Wi) | vitam ac pietatem Wi | donatae] donata est W S; donata sunt V (– Wi: donata sit) | per agnitionem eius Wi

E 1,18s propria gloria et virtute, 4 per quae pretiosa et maxima
nobis promissa donata sunt, ut per haec efficiamini divinae
consortes naturae, fugientes eam, quae in mundo est in
1T 6,3 Tt 2,11-13 concupiscentia, corruptionem; 5 et propter hoc ipsum
curam omnem subinferentes ministrate in fide vestra virtu-
tem, in virtute autem scientiam, 6 in scientia autem conti-
nentiam, in continentia autem patientiam, in patientia
1J 3,17s autem pietatem, 7 in pietate autem amorem fraternitatis, in
amore autem fraternitatis caritatem. 8 Haec enim vobis,
cum adsint et abundent, non vacuos nec sine fructu vos
constituunt in Domini nostri Iesu Christi cognitionem;
9 cui enim non praesto sunt haec, caecus est et nihil procul
cernens, oblivionem accipiens purgationis veterum suorum
delictorum. 10 Quapropter, fratres, magis satagite, ut fir-
mam vestram vocationem et electionem faciatis. Haec enim
facientes non offendetis aliquando; 11 sic enim abundanter
ministrabitur vobis introitus in aeternum regnum Domini
2T 4,18 Tt 2,13 nostri et salvatoris Iesu Christi.

De testimonio prophetarum et apostolorum: 1,12-21

Jd 5 12 Propter quod incipiam vos semper commonere de his,
et quidem scientes et confirmatos in praesenti veritate.
J 21,18s 2K 5,1 2T 4,5 13 Iustum autem arbitror, quamdiu sum in hoc tabernaculo,
suscitare vos in commonitione, 14 certus quod velox est
depositio tabernaculi mei, secundum quod et Dominus
noster Iesus Christus significavit mihi; 15 dabo autem
operam et frequenter habere vos post obitum meum, ut
horum memoriam faciatis.

3 propria gloria et virtute] per gloriam et virtutem Wi ● 4 quae¹] quem W V (– Wi: quam) | ~ maxima et pretiosa W S V (– Wi) | pretiosa ... donata sunt] pretiosae et maximae promissiones exhibitae sunt Wi | donata sunt] donavit W S V (– Wi) | per haec] per hoc G Co E St; per eas Wi | efficiamini] fiatis Wi | ~ naturae consortes Wi | eam] eius W S V (– Wi) | eam quae ... corruptionem] corruptionem quae in mundo est Wi | in concupiscentia] concupiscentiae W S V (– Wi) ● 5 et propter hoc ipsum] vos autem W S V (– Wi: ideo vos) | subinferentes ministrate] adhibentes praestate Wi ● 6 continentiam] abstinentiam W S V (– Wi) | continentia] abstinentia W S V (– Wi) ● 7 fraternitatis¹] fraternum Wi | autem² *om.* G | fraternitatis²] fraterno Wi ● 8 vobis cum] si vobiscum W V (– Wi: si vobis) | abundent] superent W S V (– Wi: excellant) | constituent W S V | cognitione W S V ● 9 nihil procul cernens] manu tentans W S V (– Wi: captus oculis) | oblivionem accipiens] oblitus Wi ● 10 satagite] studete Wi | ut] *add.* per bona opera W S V (– Wi) | firmam] certam W S V | offendetis] peccabitis W S V (– Wi: labemini) | aliquando *om.* Wi ● 11 ministrabitur] praestabitur Wi | ~ et salvatoris nostri Co E Wi ● 12 propter quod incipiam] idcirco non cessabo Wi | ~ vos incipiam G Co E | et quidem] quamquam Wi | confirmatos] *add.* vos V (– G Wi) ● 13 excitare Wi | in commonitione] commonefaciendo Wi ● 14 certus ... mei] cum sciam, quod brevi depositurus sim hoc tabernaculum meum Wi ● 15 et frequenter →

16 Non enim captiosas fabulas secuti notam fecimus
vobis Domini nostri Iesu Christi virtutem et adventum, sed
speculatores facti illius magnitudinis. **17** Accipiens enim a
Deo Patre honorem et gloriam, voce prolata ad eum Mt 17,5 Mc 9,7 L 9,35
huiuscemodi a magnifica gloria: «Filius meus, dilectus meus
hic est, in quo ego mihi complacui»; **18** et hanc vocem nos
audivimus de caelo prolatam, cum essemus cum ipso in
monte sancto. **19** Et habemus firmiorem propheticum ser-
monem, cui bene facitis attendentes quasi lucernae lucenti
in caliginoso loco, donec dies illucescat, et lucifer oriatur in R 13,12
cordibus vestris, **20** hoc primum intellegentes quod omnis
prophetia Scripturae propria interpretatione non fit; **21** non
enim voluntate humana prolata est prophetia aliquando, 2T 3,16 1P 1,11
sed a Spiritu Sancto ducti locuti sunt a Deo homines.

DE FALSIS DOCTORIBUS: 2,1-22

Exsurgent magistri mendaces: 2,1-3

2 Fuerunt vero et pseudoprophetae in populo, sicut et in *1–22:* Jd 3-16
vobis erunt magistri mendaces, qui introducent sectas
perditionis et eum, qui emit eos, Dominatorem negantes
superducent sibi celerem perditionem. **2** Et multi sequentur
eorum luxurias, propter quos via veritatis blasphemabitur;
3 et in avaritia fictis verbis de vobis negotiabuntur. Quibus
iudicium iam olim non cessat, et perditio eorum non dor-
mitat.

Seductores in diem iudicii puniendi reservabuntur: 2,4-10 a

4 Si enim Deus angelis peccantibus non pepercit, sed Jd 6
rudentibus inferni detractos in tartarum tradidit in iudi- 1P 3,19s

16 captiosas] doctas W S C; indoctas V (– Wi: arte compositas; – C) | adventum] praesentiam W S Co Wi Si C; praescientiam G E St L P | speculatores] spectatores Wi ● 17 prolata] delapsa W S V | Filius meus dilectus meus hic est] hic est Filius meus dilectus W S V | ego *om.* W S V | complacui] complacui (complacitum est Wi) ipsum audite V ● 18 prolatam] allatam W S V (– Wi: delatam) ● 19 ~ attendentes benefacitis Wi | quasi] tamquam Wi | lucenti *om.* Wi | ~ loco caliginoso E Wi | dies *om.* G | elucescat V (– G Wi); lucescat W ● 20 haec primum G | Scripturae *om.* G St ● 21 prolata] allata W S V | ~ aliquando prophetia W S V | a[1] *om.* W S V (– Wi) | ducti] inspirati W S V (– Wi: impulsi) | a Deo] sancti Dei W S V
¶ 2.1 et[1] *om.* Wi | sicut et in vobis] sic et inter vos Wi | et eum qui … superducent] et negabunt Dominum, qui eos emerat, adducentes Wi | Dominatorem negantes] Dominum (Deum G E St) negant W S V (– Wi) | superducentes W S V (– Wi) ● 2 luxurias] perditionem Wi | propter] per W S V ● 4 rudentibus] catenis Wi | tradidit in iudicium reservatos] tradidit (+ cruciandos V) in iudicium (+ cruciatos W S) reservari W S V

→ habere vos *om.* Wi | post … faciatis] ut horum meminisse semper possitis post obitum meum Wi | horum] *add.* omnium G Co E St Si

cium reservatos; **5** et originali mundo non pepercit, sed
octavum Noe iustitiae praeconem custodivit diluvium mun-
Gn 19,24s Jd 7 do impiorum inducens; **6** et civitates Sodomae et Gomorrae
in cinerem redigens eversione damnavit, exemplum ponens
Gn 19,1-16 eorum, quae sunt impiis futura; **7** et iustum Lot oppressum
a nefandorum luxuria conversationis eruit: **8** aspectu enim
et auditu iustus habitans apud eos, de die in diem animam
iustam iniquis operibus cruciabat. **9** Novit Dominus pios
de tentatione eripere, iniquos vero in diem iudicii puniendos
reservare, **10** maxime autem eos, qui post carnem in con-
cupiscentia immunditiae ambulant dominationemque con-
temnunt.

De prava conversatione seductorum: 2,10b-22

Audaces, superbi, glorias non metuunt blasphemantes,
11 ubi angeli fortitudine et virtute cum sint maiores, non
portant adversum illas coram Domino iudicium blasphe-
miae. **12** Hi vero velut irrationabilia animalia naturaliter
genita in captionem et in corruptionem, in his, quae igno-
rant, blasphemantes, in corruptione sua et corrumpentur
13 inviti percipientes mercedem iniustitiae; voluptatem
existimantes diei delicias, coinquinationes et maculae de-
liciis affluentes, in voluptatibus suis luxuriantes vobiscum,
14 oculos habentes plenos adulterae et incessabiles delicti,
pellicientes animas instabiles, cor exercitatum avaritiae

6 Sodomorum W S V (– Si: Sodomotum) | Gomorraeorum W S V | ponens eorum quae sunt impiis futura] eorum qui impie acturi sunt ponens W S V ● 7 oppressum] adflictum Wi | a nefaria Wi | luxuria conversationis eruit] iniuria ac luxuriosa (*om.* ac luxuriosa W S; *om.* iniuria ac Co) conversatione eripuit (eruit S G) W S V (– Wi: luxuriosorum conversatione eripuit) ● 8 aspectu … cruciabat] nam iusti anima, cum apud eos habitaret, in dies cruciabatur videns et audiens horum iniqua opera Wi | iustus] *add.* erat W S V (– Wi) | eos] *add.* qui W S V (– Wi) | de die in diem] diem de die W S | cruciabant W S V (– Wi) ● 9 Dominus] Deus G Co E Wi St | puniendos reservare] reservare cruciandos V; cruciandos reservare W S ● 10 maxime] magis W S V | eos qui] hos qui Wi | superbi glorias non metuunt] sibi placentes sectas non metuunt introducere (– W S) W S V (– Wi: praefracti sectas non metuunt introducere) ● 11 ubi] at cum Wi | cum sint *om.* Wi | portant … blasphemiae] portant adversum se exsecrabile iudicium W S V (– Wi: sustineant blasphemare eos qui condemnantur) ● 12 vero *om.* Wi | animalia] pecora W S V | naturaliter genita] naturaliter W S V (– Wi: nata) | in[1+2] ad Wi | corruptionem] perniciem W S V | in his] his Co St; haec Wi | et[2] *om.* W V | corrumpentur] peribunt W S V ● 13 inviti *om.* W S V | diei delicias] quotidianum luxum Wi | coinquinationis V (– C; – Wi: labes sunt) | voluptatibus] conviviis W S V (– Wi: eleemosynis) | suis] vestris Wi | vobiscum *om.* Wi ● 14 adulterii V (– Co: adulteri); adulterio W S | incessabilis V (– Wi) | incessabiles delicti] non cessantes peccare Wi | pellicentes W S | instabiles] infirmas Wi | cor exercitat L | avaritia V (– E Wi St: in avaritia)

habentes, maledictionis filii, **15** derelinquentes rectam viam
erraverunt, secuti viam Balaam ex Bosor, qui mercedem
iniquitatis amavit, **16** correptionem vero habuit suae prae-
varicationis; subiugale mutum in hominis voce loquens pro- Nu 22,28s
hibuit prophetae insipientiam. **17** Hi sunt fontes sine aqua
et nebulae turbine exagitatae, quibus caligo tenebrarum
reservatur. **18** Superba enim vanitatis loquentes pelliciunt
in concupiscentiis carnis luxuriis illos, qui paululum effu-
giunt eos, qui in errore conversantur, **19** libertatem illis pro-
mittentes, cum ipsi servi sint corruptionis; a quo enim quis
superatus est, huius servus est.

20 Si enim refugientes coinquinationes mundi in cogni-
tione Domini nostri et Salvatoris Iesu Christi his rursus
implicati superantur, facta sunt eis posteriora deteriora Mt 12,45
prioribus. **21** Melius enim erat illis non cognoscere viam
iustitiae quam post agnitionem retrorsum converti ab eo,
quod illis traditum est, sancto mandato. **22** Contigit enim
eis illud veri proverbii:

«*Canis reversus ad suum vomitum*, Prv 26,11
et sus lota in volutabro luti».

14 ~ filii maledictionis Wi ● 15 relinquentes Wi | ~ viam rectam E | ex] filii Wi ● 16 correptione G | praevaricationis] vesaniae W S V | mutum] *add.* animal V | in *om.* Wi L P C ● 17 turbinibus W S V | agitatae Wi | reservatur] *add.* in perpetuum Wi ● 18 superbia G St | superba enim vanitatis] superbe enim et vane Wi | pellicent W S G | concupiscentiis] desideriis W S V | luxuriae W S V (– Wi: et lascivia) | illos] eos W S V | paululum] vere Wi | effugerant Wi | eos *om.* W S V | qui in errore conversantur] cum per fallaciam pervertunt eos Wi | conversantur] conversati Co E ● 19 quis] quispiam Wi | huius et servus W S V ● 20 refugientes] postquam effugerant Wi | in cognitione … Christi] cognito Domino et Salvatore Iesu Christo Wi | impliciti W S ● 21 ab eo … mandato] a sancto mandato quod illis traditum est Wi ● 22 veri proverbii] quod vere proverbio dici solet Wi | reversus] *add.* est Wi | ~ vomitum suum Wi | luti] caeni Wi

DE SPE ADVENTUS CHRISTI: 3,1-16

De adventu Christi indubitabili: 3,1-7

1P 1,1 3 Hanc vobis, carissimi, iam secundam scribo epistulam,
in quibus excito vestram in commonitione sinceram
Jd 17 mentem, 2 ut memores sitis eorum, quae praedicta sunt
verborum a sanctis prophetis, et ab apostolis traditi vobis
praecepti Domini et Salvatoris; 3 hoc primum scientes quod
Jd 18 venient in novissimis diebus in illusione illudentes, iuxta
proprias concupiscentias suas ambulantes, 4 dicentes: «Ubi
est promissio adventus eius?». Ex quo enim patres dormie-
runt, omnia sic perseverant ab initio creaturae. 5 Latet
Gn 1,3-31 enim eos hoc volentes quod caeli erant prius et terra de
aqua et per aquam consistens Dei verbo, 6 per quae ille
Gn 7,10-24 tunc mundus aqua inundatus periit; 7 caeli autem, qui nunc
sunt, et terra eodem verbo repositi sunt igni, servati in diem
iudicii et perditionis impiorum hominum.

De tardatione eius: 3,8-13

8 Unum vero hoc non lateat vos, carissimi, quia unus
Ps 90,4 dies apud Dominum sicut mille anni, et mille anni sicut dies
unus. 9 Non tardat Dominus promissionem, sicut quidam
1T 2,4 tarditatem existimant, sed patienter agit in vos nolens ali-
quos perire, sed omnes ad paenitentiam reverti. 10 Adveniet

¶ 3.1 hanc] *add.* ecce W S V (– Wi: *add.* iam) | iam *om.* W S V | in quibus ... mentem] ut excitem sinceram mentem vestram commonefaciendo Wi | ~ vestram excito V (– Wi) ● 2 praedicta sunt] praedixi W S V (– Wi) | verborum *om.* Wi | a sanctis prophetis] sanctorum prophetarum W | ab apostolis traditi vobis praecepti] apostolorum vestrorum praeceptorum W S V (– Wi) | ab apostolis ... Salvatoris] mandati domini et salvatoris, quod audistis a nobis Apostolis Wi | et[2] *om.* G ● 3 in illusione illudentes] in deceptione illusores W S V (– Wi: illusores) | suas *om.* W S V ● 4 promissio] *add.* aut W S V (– Wi) ● 5 latet enim eos hoc volentes] nolunt autem cernere Wi | hoc *om.* E | quod caeli ... (6) ... periit] quod mundus olim etiam aqua inundatur perierit, quamquam fuissent diu ante caeli, et terra tum quoque existeret, ex aqua et in aqua verbo Dei constituta Wi ● 6 per quae] per quem G ● 7 reservati V (– Co) | in die Co St ● 8 quia] quod Wi ● 9 promissionem] *add.* suam V (– G); promissis W; promissi S G | sicut quidam tarditatem existimant] sicut quidam existimant V (– G); *om.* W S G | in] propter W S V

autem dies Domini ut fur, in qua caeli magno impetu 1Th 5,2 Mt 24,43
transient, elementa vero calore solventur, et terra et opera,
quae in ea invenientur.
11 Cum haec omnia ita dissolvenda sint, quales oportet
esse vos in sanctis conversationibus et pietatibus **12** exspec-
tantes et properantes adventum diei Dei, propter quam
caeli ardentes solventur, et elementa ignis ardore tabescent.
13 *Novos* vero *caelos et terram novam* secundum promissum Is 65,17; 66,22 Ap 21,1
ipsius exspectamus, in quibus iustitia habitat.

De testimonio Pauli: 3,14-16

14 Propter quod, carissimi, haec exspectantes satagite
immaculati et inviolati ei inveniri in pace **15** et Domini
nostri longanimitatem salutem arbitramini, sicut et carissi-
mus frater noster Paulus secundum datam sibi sapientiam
scripsit vobis, **16** sicut et in omnibus epistulis loquens in
eis de his, in quibus sunt quaedam difficilia intellectu, quae
indocti et instabiles depravant sicut et ceteras Scripturas ad
suam ipsorum perditionem.

CONCLUSIO. EXHORTATIO ET DOXOLOGIA: 3,17-18

17 Vos igitur, dilecti, praescientes custodite, ne iniquo-
rum errore simul abducti excidatis a propria firmitate;
18 crescite vero in gratia et in cognitione Domini nostri et

10 ut] sicut E | fur] *add.* in nocte Wi | in qua] in quo V (– Wi: qua) | transient] peribunt Wi | et terra et opera quae in ea invenientur] terra autem et (+ omnia E Wi) quae in ipsa sunt opera exurentur V (– G); *om.* W S G • **11** haec] igitur haec V (– G); haec igitur W S G | ita *om.* W S V | quales] obsecro quales Wi | oportet] decet Wi | ~ vos esse V | pietate Wi • **12** in adventum W S V | diei Dei] diei Domini V (– Wi); Dei diei S | propter quam] per quem Co E St C; per quam W S G L P Si; in qua Wi | dissolventur Wi | ignis ardore tabescent] accensa liquescent Wi • **13** ~ novam terram W S V | secundum] et W S G E Wi St Si | promissa W S V • **14** propter quod] ideo Wi | satis agite W S | satagite ... in pace] studete ut immaculati et inculpati inveniamini in pace Wi • **15** nostri] *add.* Iesu Christi Co E St | arbitremini L P St Si C • **16** loquens in eis] loquitur Wi • **17** dilecti] fratres W S V (– Wi) | praescientes custodite] praevidentes observate Wi | iniquorum] insipientium W S V (– Wi: impiorum) | errore] fallaciis Wi | simul abducti] traducti V (– G Wi); transducti W S G; seducti Wi

Jd 25 1P 4,11 Salvatoris Iesu Christi. Ipsi gloria et nunc et in diem aeter-
nitatis. Amen.

EPISTULA IOANNIS I

PROLOGUS. DE VERBO VITAE: 1,1-5

J 1,1-5.14 1 Quod fuit ab initio, quod audivimus, quod vidimus ocu-
lis nostris, quod perspeximus, et manus nostrae con-
trectaverunt de verbo vitae 2 – et vita apparuit, et vidimus
et testamur et annuntiamus vobis vitam aeternam, quae
erat coram Patre et apparuit nobis – 3 quod vidimus et
7 audivimus, annuntiamus et vobis, ut et vos communionem
J 17,20s 1K 1,9 habeatis nobiscum. Communio autem nostra est cum Patre
J 15,11; 16,20.22.24; et cum Filio eius Iesu Christo. 4 Et haec scribimus nos, ut
17,13 2J 12 gaudium nostrum sit plenum. 5 Et haec est annuntiatio,
3,11 quam audivimus ab eo et annuntiamus vobis, quoniam
Dn 2,22 J 8,12 Jc 1,17 Deus lux est, et tenebrae in eo non sunt ullae.

DE SOCIETATE LUCIS DIVINAE: 1,6–2,17

Deus lux est: 1,6-7

6 Si dixerimus quoniam communionem habemus cum eo
2,4.11 J 3,20s et in tenebris ambulamus, mentimur et non facimus verita-

18 nunc in diem Co | in die W S | in diem aeternitatis] in aeternum Wi ¶ 1.1 fuit] erat Wi | adspeximus Wi | contrectaverunt] tentaverunt S ● 2 apparuit[1]] manifestata (manifesta G) est W S V | coram Patre] apud Patrem W S V | nobis] vobis E ● 3 et[2] *om.* W V | communionem] societatem W S V | communio autem nostra est] et societas nostra sit W S V | cum[2] *om.* E Wi ● 4 haec] hoc G | nos] vobis W S V | ut] *add.* gaudeatis et W V | nostrum] vestrum V ● 5 quoniam] quod Wi | ~ est lux Wi ● 6 quoniam] quod Wi | communionem] societatem W S V | ~ veritatem non facimus V

tem; **7** si autem in luce ambulemus, sicut ipse est in luce, J 8,12; 12,35s
communionem habemus ad invicem, et sanguis Iesu Filii H 9,14.22
eius mundat nos ab omni peccato.

De remissione peccatorum: 1,8–2,2

8 Si dixerimus quoniam peccatum non habemus, nosmet-
ipsos seducimus, et veritas in nobis non est. **9** Si confitea-
mur peccata nostra, fidelis est et iustus, ut remittat nobis Ex 34,6s Dt 32,4
peccata et emundet nos ab omni iniustitia. **10** Si dixerimus Prv 28,13
quoniam non peccavimus, mendacem facimus eum, et ver-
bum eius non est in nobis.

2 Filioli mei, haec scribo vobis, ut non peccetis. Sed si J 14,16s; 15,26; 17,12
quis peccaverit, advocatum habemus ad Patrem, Iesum R 8,34
Christum iustum; **2** et ipse est propitiatio pro peccatis H 7,25 4,10
nostris, non pro nostris autem tantum sed etiam pro totius
mundi.

De vera cognitione Dei: 2,3-6

3 Et in hoc cognoscimus quoniam novimus eum: si man-
data eius servemus. **4** Qui dicit: «Novi eum», et mandata 1,6
eius non servat, mendax est, et in isto veritas non est; **5** qui
autem servat verbum eius, vere in hoc caritas Dei consum- 5,3 J 14,21.23
mata est. In hoc cognoscimus quoniam in ipso sumus.
6 Qui dicit se in ipso manere, debet, sicut ille ambulavit, et J 13,14s
ipse ambulare.

De mandato novo: 2,7-11

7 Carissimi, non mandatum novum scribo vobis, sed
mandatum vetus, quod habuistis ab initio: mandatum vetus
est verbum, quod audistis. **8** Verumtamen mandatum no- J 13,34 R 13,12

7 ambulamus V | sicut et ipse W S V | communionem] societatem W S V | Iesu] *add.* Christi W V (– G) | emundat V (– G) ● 8 quoniam] quod Wi | nosmetipsos] ipsi nos W S V ● 9 peccata²] *add.* nostra W V | ab *om.* L P | iniustitia] iniquitate W S V ● 10 quoniam] quod Wi

¶ 2.1 sed] sed et W S V (– E: et) | ad] apud W S V ● 3 in hoc] per hoc Wi | cognoscimus] scimus W S V | quoniam] quod Wi | novimus] cognovimus W S V | observemus W S L P Si C; observamus G Co E Wi St ● 4 novi eum] se nosse eum (Deum E Wi St Si) W S V | servat] custodit W S V | et² *om.* S | isto] hoc W S V (– E Wi: eo) ● 5 consummata est] perfecta est W S V (– Wi: perficitur) | in²] et in Si C | cognoscimus] scimus W S V | quoniam] quod Wi ● 6 in ipso] in Christo G Co E St ● 8 verumtamen] iterum W S V

vum scribo vobis, quod est verum in ipso et in vobis, quo-
4,20 niam tenebrae transeunt, et lumen verum iam lucet. **9** Qui
dicit se in luce esse et fratrem suum odit, in tenebris est
J 11,9 usque adhuc. **10** Qui diligit fratrem suum, in lumine manet,
et scandalum ei non est; **11** qui autem odit fratrem suum,
1,10; 12,35 in tenebris est et in tenebris ambulat et nescit quo vadat,
quoniam tenebrae obcaecaverunt oculos eius.

De christianis et de mundo: 2,12-17

12 Scribo vobis, filioli: Remissa sunt vobis peccata prop-
ter nomen eius. **13** Scribo vobis, patres: Nostis eum, qui ab
initio est. Scribo vobis, adulescentes: Vicistis Malignum.
14 Scripsi vobis, parvuli: Nostis Patrem. Scripsi vobis,
patres: Nostis eum, qui ab initio est. Scripsi vobis, adu-
lescentes: Fortes estis, et verbum Dei in vobis manet, et
vicistis Malignum.
J 5,42 **15** Nolite diligere mundum neque ea, quae in mundo
sunt. Si quis diligit mundum, non est caritas Patris in eo;
Prv 27,20 **16** quoniam omne, quod est in mundo, concupiscentia car-
nis et concupiscentia oculorum et iactantia divitiarum, non
est ex Patre, sed ex mundo est. **17** Et mundus transit et
concupiscentia eius; qui autem facit voluntatem Dei, manet
in aeternum.

DE MANDATIS FIDEI CUSTODIENDIS: 2,18–3,24

De seductoribus: 2,18-27

18 Filioli, novissima hora est; et sicut audistis quia anti-
1T 4,1 christus venit, ita nunc antichristi multi adsunt, unde co-
2Th 2,3s gnoscimus quoniam novissima hora est. **19** Ex nobis pro-

8 est verum] verum est et V; est verum et W S | quoniam] quia V | transierunt W V | ~ verum lumen V ● **10** ei] in eo W S V ● **11** vadat] eat W S V | quoniam] quia V ● **12** filioli] *add.* quoniam (quod Wi) W S V | remissa sunt] remittuntur W S V | peccata] *add.* vestra G St ● **13** patres] *add.* quoniam W S V | nostis] cognovistis W S V | adulescentes] *add.* quoniam W S V ● **14** scripsi[1+3]] scribo W V | parvuli] infantes quoniam W S V (– G: infantes quia; – Wi: pueri quoniam) | nostis[1]] cognovistis W S V | scripsi[2]] scribo W E Wi | scripsi vobis patres nostis eum qui ab initio est *om.* V (– E Wi) | patres] *add.* quia W S; *add.* quoniam E Wi | nostis[2]] cognovistis W S E Wi | est *om.* S | adulescentes] iuvenes quoniam V; adulescentes quia W S | ~ manet in vobis V ● **16** carnis] *add.* est V | oculorum] *add.* est W S | iactantia divitiarum] superbia vitae quae W S V ● **17** transiit Co St ● **18** quia] quod Wi | ita] et Si C; *om.* W S V (– Si C) | adsunt] facti sunt W S V (– Wi: sunt) | cognoscimus] scimus W S V | quoniam] quia (quod Wi) W V

dierunt, sed non erant ex nobis, nam si fuissent ex nobis,
permansissent nobiscum; sed ut manifestaretur quoniam
illi omnes non sunt ex nobis. **20** Sed vos unctionem habetis 27 2K 1,21
a Sancto et scitis omnes. **21** Non scripsi vobis quasi nescien-
tibus veritatem sed quasi scientibus eam, et quoniam omne
mendacium ex veritate non est. **22** Quis est mendax, nisi is
qui negat quoniam Iesus est Christus? Hic est antichristus,
qui negat Patrem et Filium. **23** Omnis, qui negat Filium, 4,15 J 5,23;
nec Patrem habet; qui confitetur Filium, et Patrem habet. 12,44s; 14,6s

24 Vos, quod audistis ab initio, in vobis permaneat; si in
vobis permanserit, quod ab initio audistis, et vos in Filio et
in Patre manebitis. **25** Et haec est repromissio, quam ipse J 5,24;
pollicitus est nobis: vitam aeternam. 6,40; 17,2

26 Haec scripsi vobis de eis, qui seducunt vos. **27** Et vos
unctionem, quam accepistis ab eo, manet in vobis, et non
necesse habetis, ut aliquis doceat vos; sed sicut unctio
ipsius docet vos de omnibus, et verum est et non est menda- J 14,26; 16,13
cium, et, sicut docuit vos, manetis in eo.

De fide firmiter servanda: 2,28-29

28 Et nunc, filioli, manete in eo, ut, cum apparuerit, ha-
beamus fiduciam et non confundamur ab eo in adventu eius.
29 Si scitis quoniam iustus est, scitote quoniam et omnis,

19 permansissent] *add.* utique W S V | manifestaretur] manifesti sint W S V | quoniam] quod Wi | illi omnes non sunt] non sunt omnes (omnes sunt Wi) W S V • **20** scitis omnes] nostis omnia W S V • **21** nescientibus] ignorantibus W S V | quoniam] quod Wi • **22** quoniam] quod Wi | est[2]] non est W S V (– G Wi C) • **23** qui confitetur Filium et Patrem habet *om.* Wi • **24** si] quia si V (– L P C) | ~ audistis ab initio V | et[1]] etiam Wi | in Filio et Patre W S V • **25** promissio Wi • **26** eis] his W V • **27** vos[1] *om.* Wi Si | unctio Wi | quam] *add.* vos Wi | manet] maneat W V | ipsius] eius W S V | sicut[2]] quemadmodum Wi | manetis] manete W S V • **29** quoniam[1+2]] quod Wi

qui facit iustitiam, ex ipso natus est.

De eis, qui ex Deo nati sunt: 3,1-10

J 1,12s R 8,14-17 3 Videte qualem caritatem dedit nobis Pater, ut filii Dei
E 1,5 nominemur, et sumus! Propter hoc mundus non co-
gnoscit nos, quia non cognovit eum. 2 Carissimi, nunc filii
Dei sumus, et nondum manifestatum est quid erimus; sci-
Kol 3,4 mus quoniam, cum ipse apparuerit, similes ei erimus, quo-
1 K 13,12 niam videbimus eum, sicuti est.
3 Et omnis, qui habet spem hanc in eo, purificat se,
sicut ille purus est. 4 Omnis, qui facit peccatum, et iniqui-
J 1,29 tatem facit, quia peccatum est iniquitas. 5 Et scitis quoniam
H 7,26 ille apparuit, ut peccata tolleret, et peccatum in eo non est.
6 Omnis, qui in eo manet, non peccat; omnis, qui peccat,
non vidit eum nec novit eum.

7 Filioli, nemo vos seducat. Qui facit iustitiam, iustus
12 Gn 3,15 est, sicut ille iustus est; 8 qui facit peccatum, ex Diabolo
J 8,34.44 est, quoniam a principio Diabolus peccat. Propter hoc ap-
paruit Filius Dei, ut dissolvat opera Diaboli. 9 Omnis, qui
natus est ex Deo, peccatum non facit, quoniam semen
ipsius in eo manet; et non potest peccare, quoniam ex Deo
natus est.
10 In hoc manifesti sunt filii Dei et filii Diaboli: omnis,
qui non facit iustitiam, non est ex Deo, et qui non diligit
fratrem suum.

De dilectione fraterna: 3,11-18

1,5; 2,7 J 13,34 11 Quoniam haec est annuntiatio, quam audistis ab initio,
Gn 4,8 ut diligamus alterutrum. 12 Non sicut Cain: ex Maligno
erat et occidit fratrem suum. Et propter quid occidit eum?

¶ 3.1 et sumus] et simus V (– Wi: *om.*) | cognoscit] novit W S V | nos] vos Wi | cognovit] novit W S V ● 2 manifestatum est] apparuit W S V | quid erimus] quod futuri sumus Wi | quoniam[1]] quod Wi | ipse *om.* W S V ● 3 ~ hanc spem V | purificat] sanctificat W S V (– Wi) | sicut et ille W S V | purus] sanctus W S V (– Wi) ● 4 iniquitatem] praevaricationem Wi | quia] et W S V | iniquitas] praevaricatio Wi ● 5 quoniam] quia (quod Wi) V | peccata] *add.* nostra W St L P Si C ● 6 omnis[2]] et omnis W V | videt G | cognovit W S V (– Wi) ● 7 sicut et ille W S V ● 8 a principio] ab initio W S V | propter] in W S V ● 9 ipsius in eo] illius in hoc Wi ● 10 in hoc] per hoc Wi | facit iustitiam] est iustus W S V (– Co) | ex] de W S ● 11 est *om.* G | diligatis E L P Si C ● 12 Cain] *add.* qui V

Quoniam opera eius maligna erant, fratris autem eius iusta.

13 Nolite mirari, fratres, si odit vos mundus. **14** Nos sci- J 15,18-21
mus quoniam transivimus de morte in vitam, quoniam dili- J 5,24; 11,26
gimus fratres; qui non diligit, manet in morte. **15** Omnis, Mt 5,21-26
qui odit fratrem suum, homicida est, et scitis quoniam J 8,44
omnis homicida non habet vitam aeternam in semetipso
manentem.

16 In hoc novimus caritatem, quoniam ille pro nobis ani- J 13,1; 15,12s
mam suam posuit; et nos debemus pro fratribus animas
ponere. **17** Qui habuerit substantiam mundi et viderit fra- 4,20
trem suum necesse habere et clauserit viscera sua ab eo, Jc 2,15s
quomodo caritas Dei manet in eo? **18** Filioli, non diliga- Jc 1,25; 2,12.15-17
mus verbo nec lingua sed in opere et veritate.

De fiducia ad Deum habenda: 3,19-24

19 In hoc cognoscemus quoniam ex veritate sumus, et in
conspectu eius placabimus corda nostra, **20** quoniam si
reprehenderit nos cor, maior est Deus corde nostro et
cognoscit omnia. **21** Carissimi, si cor nostrum non repre-
henderit nos, fiduciam habemus ad Deum **22** et, quodcum- J 14,13s; 15,7; 16,23s.26

12 eius[1]] sua Wi | maligna] prava Wi | eius[2]] *om.* Wi ● 14 quoniam[1]] quod Wi | transivimus] translati sumus W S V | in[1]] ad V ● 15 quoniam] quod Wi | semetipso] se W S G Co E Wi St ● 16 in] per Wi | cognovimus W S V | caritatem] *add.* Dei V (– Wi) | quoniam] quod Wi | ~ animam suam pro nobis V ● 17 huius mundi V (– L P) | necesse] necessitatem Si C | necesse habere] egere Wi ● 18 filioli] *add.* mei W V | nec] neque V | in *om.* W S V ● 19 in hoc] per hoc Wi | cognoscimus W S V | quoniam] quod Wi | in conspectu eius] coram eo Wi | placabimus] suadebimus V (– Wi: persuademus); suademus W; suadeamus S ● 20 quoniam] quod Wi | cor] *add.* nostrum W V | cognoscit] novit W S V ● 21 nostrum *om.* S ● 22 quodcumque] quidquid V

que petierimus, accipimus ab eo, quoniam mandata eius custodimus et ea, quae sunt placita coram eo, facimus.

23 Et hoc est mandatum eius, ut credamus nomini Filii
J 13,34; 15,12.17 eius Iesu Christi et diligamus alterutrum, sicut dedit man-
J 14,21-23 datum nobis. 24 Et, qui servat mandata eius, in ipso manet, et ipse in eo; et in hoc cognoscimus quoniam manet in nobis, ex Spiritu, quem nobis dedit.

FIDES VIA VITAE: 4,1–5,12

De probatione spirituum: 4,1-6

1 K 12,10 1 Th 5,21 **4** Carissimi, nolite omni spiritui credere, sed probate spiritus si ex Deo sint, quoniam multi pseudoprophetae prodierunt in mundum. 2 In hoc cognoscitis Spiritum Dei:
1 K 12,3 omnis spiritus, qui confitetur Iesum Christum in carne
2,18.22 venisse, ex Deo est. 3 Et omnis spiritus, qui non confitetur
2 J 7 Iesum, ex Deo non est; et hoc est antichristi, quod audistis quoniam venit, et nunc iam in mundo est. 4 Vos ex Deo estis, filioli, et vicistis eos, quoniam maior est, qui in vobis est quam qui in mundo. 5 Ipsi ex mundo sunt; ideo ex
J 8,47; 14,17; 15,26; 16,13 mundo loquuntur, et mundus eos audit. 6 Nos ex Deo sumus. Qui cognoscit Deum, audit nos; qui non est ex Deo, non audit nos. Ex hoc cognoscimus Spiritum veritatis et spiritum erroris.

Fides caritate perficitur: 4,7-16

7 Carissimi, diligamus invicem, quoniam caritas ex Deo
16 est, et omnis, qui diligit, ex Deo natus est et cognoscit

22 accipiemus W S V | ~ placita sunt Wi ● 23 nomini] in nomine W S V ● 24 ipso] illo W S V | in hoc] per hoc Wi | cognoscimus] scimus W S V | quoniam] quod Wi | ex] de W S V (– Wi) | ex Spiritu] per spiritum Wi | ~ dedit nobis V
¶ 4.1 si] an Wi | exierunt W S V ● 2 in hoc] per hoc Wi | cognoscitur Spiritus W S V (– Wi: cognoscite spiritum) ● 3 non confitetur] solvit W S V (– Wi) | Iesum] *add.* Christum in carne venisse Wi | hoc] hic W V | antichristus V | quod] de quo V; quem W | quoniam venit] quod venturus sit Wi | iam *om.* Wi ● 4 filioli *om.* G | eos] eum V (– Wi) ● 5 ex¹⁺²] de W S V ● 6 cognoscit] novit W S V | ex³] in W S V (– Wi: per) ● 7 diligamus] *add.* nos V | quoniam] quia V | diligit] *add.* fratrem suum E

Deum. **8** Qui non diligit, non cognovit Deum, quoniam
Deus caritas est. **9** In hoc apparuit caritas Dei in nobis, J 3,16 R 3,25; 5,8
quoniam Filium suum unigenitum misit Deus in mundum,
ut vivamus per eum. **10** In hoc est caritas, non quasi nos
dilexerimus Deum, sed quoniam ipse dilexit nos et misit
Filium suum propitiationem pro peccatis nostris.

11 Carissimi, si sic Deus dilexit nos, et nos debemus
alterutrum diligere. **12** Deum nemo vidit umquam; si dili- J 1,18; 5,37; 6,46
gamus invicem, Deus in nobis manet, et caritas eius in
nobis consummata est. **13** In hoc cognoscimus quoniam in
ipso manemus, et ipse in nobis, quoniam de Spiritu suo
dedit nobis. **14** Et nos vidimus et testificamur quoniam J 4,42
Pater misit Filium salvatorem mundi. **15** Quisque confessus
fuerit: «Iesus est Filius Dei», Deus in ipso manet, et ipse in
Deo. **16** Et nos, qui credidimus, novimus caritatem, quam
habet Deus in nobis. Deus caritas est, et, qui manet in
caritate, in Deo manet, et Deus in eo manet.

De caritate et de timore: 4,17-21

17 In hoc consummata est caritas nobiscum, ut fiduciam
habeamus in die iudicii, quia sicut ille est, et nos sumus in
hoc mundo. **18** Timor non est in caritate, sed perfecta cari-
tas foras mittit timorem, quoniam timor poenam habet; qui
autem timet, non est consummatus in caritate.

8 novit W S V ● **9** in hoc] per hoc Wi | in nobis *om.* Wi | quoniam] quod Wi ● **10** quasi] quod Wi | quoniam] quod Wi | ipse] *add.* prior V (– Wi L P) | propitiatorem E Wi ● **11** sic *om.* G Co E Wi St | ~ debemus et nos Wi ● **12** diligimus E Wi | consummata] perfecta W S V ● **13** in hoc] per hoc Wi | cognoscimus] intellegimus W S | quoniam[1]] quod Wi | ipso] eo W S V | de Spiritu] *add.* sancto G E Wi St Si ● **14** quoniam Pater misit] quod Pater miserit Wi | Filium] *add.* suum V (– Wi) ● **15** quisquis W V | fuerit] *add.* quoniam (quod Wi) W S V | ipso] eo W S V ● **16** qui credidimus novimus caritatem] cognovimus et credidimus (credimus W) caritati W S V | in nobis] erga nos Wi | manet[3] *om.* W S V ● **17** consummata] perfecta W S V | caritas] *add.* Dei Co Wi St Si C | nobiscum] in nobis Wi ● **18** consummatus] perfectus W S V

9s **19** Nos diligimus, quoniam ipse prior dilexit nos. **20** Si
quis dixerit: «Diligo Deum», et fratrem suum oderit, men-
dax est; qui enim non diligit fratrem suum, quem videt,
Mt 22,37-40 J 14,15.21; 15,17 Deum, quem non videt, non potest diligere. **21** Et hoc man-
datum habemus ab eo, ut, qui diligit Deum, diligat et
fratrem suum.

De fide, quae vicit mundum: 5,1-8

4,15 J 1,12; 3,3 **5** Omnis, qui credit quoniam Iesus est Christus, ex Deo
natus est; et omnis, qui diligit Deum qui genuit, diligit
et eum qui natus est ex eo. **2** In hoc cognoscimus quoniam
diligimus natos Dei, cum Deum diligamus et mandata eius
faciamus. **3** Haec est enim caritas Dei, ut mandata eius
2,14 servemus; et mandata eius gravia non sunt, **4** quoniam
omne, quod natum est ex Deo, vincit mundum; et haec est
victoria, quae vicit mundum: fides nostra.

5 Quis est qui vincit mundum, nisi qui credit quoniam
J 19,34; 1,33; 14,26 Iesus est Filius Dei? **6** Hic est qui venit per aquam et
sanguinem, Iesus Christus; non in aqua solum sed in aqua
et in sanguine. Et Spiritus est, qui testificatur, quoniam
Spiritus est veritas. **7** Quia tres sunt qui testificantur: **8** Spiri-

19 nos[1]] *add.* ergo W S V | diligimus] diligamus (+ Deum V) W S V | ipse] Deus W S V ● 20 dixerit] *add.* quoniam (quod Wi) W S V | videt[1+2]] vidit S Co | non[3]] quomodo W S V ● 21 ab eo] a Deo V

¶ 5.1 quoniam Iesus est] quod Iesus sit Wi | Deum] eum W S V | et[2] *om.* W S ● 2 in hoc] per hoc Wi | quoniam diligimus] quod diligamus Wi | natos] filios Wi | diligamus] diligimus Wi | faciamus] servamus Wi ● 3 ~ enim est Co | servemus] custodiamus W S V (– G: custodimus) ● 4 vicit] vincit W S V ● 5 est[1]] *add.* autem G Co E Wi St | quoniam Iesus est] quod Iesus sit Wi ● 6 in aqua[1+2]] per aquam Wi | in[3] *om.* W S V (– Wi) | in sanguine] per sanguinem Wi | quoniam] quod Wi | Spiritus[2]] Christus W S V ● 7 quia] quoniam V | testificantur] testimonium dant W S Wi; testimonium dant in caelo: Pater, Verbum et Spiritus sanctus; et hi tres unum sunt V (– Wi) ● 8 Et tres sunt, qui testimonium dant in terra: Spiritus *etc.* V (– Wi)

tus et aqua et sanguis; et hi tres in unum sunt.

De testimonio Dei: 5,9-12

9 Si testimonium hominum accipimus, testimonium Dei J 5,32.36s
maius est, quoniam hoc est testimonium Dei, quia testifica-
tus est de Filio suo. **10** Qui credit in Filium Dei, habet
testimonium in se. Qui non credit Deo, mendacem facit
eum, quoniam non credidit in testimonium, quod testifica- J 8,44
tus est Deus de Filio suo. **11** Et hoc est testimonium, quo- J 1,4; 5,21.24.26
niam vitam aeternam dedit nobis Deus, et haec vita in Filio
eius est. **12** Qui habet Filium, habet vitam; qui non habet
Filium Dei, vitam non habet.

ULTIMA EXHORTATIO. DE VITA AETERNA ET DE PECCATO: 5,13-21

13 Haec scripsi vobis, ut sciatis quoniam vitam habetis J 20,31
aeternam, qui creditis in nomen Filii Dei.
14 Et haec est fiducia, quam habemus ad eum, quia si J 14,13s
quid petierimus secundum voluntatem eius, audit nos. **15** Et
si scimus quoniam audit nos, quidquid petierimus, scimus
quoniam habemus petitiones, quas postulavimus ab eo.
16 Si quis videt fratrem suum peccare peccatum non ad J 15,22-24 Mt 12,31 H 6,4-6; 10,26-29
mortem, petet, et dabit ei Deus vitam, peccantibus non ad
mortem. Est peccatum ad mortem; non pro illo dico, ut
roget. **17** Omnis iniustitia peccatum est, et est peccatum
non ad mortem.
18 Scimus quoniam omnis, qui natus est ex Deo, non 3,6.9

8 et[1] *om.* V (– Si C) | hi *om.* W S G | in *om.* W S V (– Co Wi) | in unum] simul Wi | et hi tres in unum sunt *om.* Co ● 9 Dei[2]] *add.* quod maius est W S V | quia] quoniam V (– E; – Wi: quod) | testificatus est] testificatur Wi ● 10 in Filio W S | testimonium[1]] *add.* Dei W S V (– Wi) | qui[2]] *add.* vero E Wi | Deo] Filio W S V (– Wi) | quoniam] quia W V | credidit] credit V | in testimonio W S | testificatus est] testificatur Wi ● 12 qui[1]] *add.* non Wi | Filium[1]] *add.* Dei Co E Wi St Si | habet vitam] vitam non habet Wi | Dei *om.* C ● 13 scribo V | vobis] *add.* credentibus in nomen filii Dei Wi | quoniam] quod Wi | ~ vitam aeternam habetis Wi | qui creditis] et ut credatis Wi | in nomine W S V (– Wi) ● 14 ad eum] ad Deum G E Wi St Si | quia] quod Wi | si quid] quodcumque W S V (– G: quaecumque; – Wi: quidquid) ● 15 si *om.* W S V | quoniam[1]] quia V (– Wi: quod) | quoniam[2]] quod Wi | postulamus W V ● 16 si quis videt] qui scit W S V | petat V | dabitur V | Deus *om.* W S V | vita V | peccantibus] peccanti W V | roget] *add.* quis V ● 17 iniustitia] iniquitas W S V | non *om.* W V (– Wi) ● 18 quoniam] quia V (– E; – Wi: quod)

J 1,14.18 peccat, sed ille qui genitus est ex Deo, conservat eum, et
J 8,47; 12,31; 14,30 Malignus non tangit eum. **19** Scimus quoniam ex Deo
J 17,3; 20,28 sumus, et mundus totus in Maligno positus est. **20** Et scimus
quoniam Filius Dei venit et dedit nobis sensum, ut co-
gnoscamus eum, qui verus est; et sumus in eo, qui verus est,
in Filio eius Iesu Christo. Hic est qui verus est, Deus et
vita aeterna. **21** Filioli, custodite vos a simulacris!

EPISTULA IOANNIS II

INSCRIPTIO: 1-3

3 J 1 **1** Presbyter electae dominae et filiis eius, quos ego diligo
in veritate, et non ego solus, sed et omnes, qui noverunt veri-
J 14,17 tatem, **2** propter veritatem, quae permanet in nobis et
nobiscum erit in sempiternum. **3** Erit nobiscum gratia,
misericordia, pax a Deo Patre et a Iesu Christo, Filio Patris,
in veritate et caritate.

AMBULANDUM IN VERITATE: 4-6

3 J 3 **4** Gavisus sum valde quoniam inveni de filiis tuis ambu-

18 ille qui genitus est ex Deo] generatio Dei W S V (– Wi: genitus ex Deo) | conservat eum] custodit se Wi | tanget G Co E St • **19** quoniam] quod Wi • **20** quoniam] quod Wi | eum qui verus est] verum Deum W S V (– Co E Wi: Deum verum) | sumus in eo qui verus est, in Filio eius Iesu Christo] simus in vero Filio eius W S V (– Wi: simus veraces in Iesu Christo filio eius) | hic ... Deus] hic est verus Deus W S V • **21** custodite vos] cavete vobis Wi | simulacris] *add.* amen L P Si C
¶ **1.1** presbyter] senior W S V | filiis] natis W S V (– Wi) | cognoverunt W S V • **2** in vobis G E Wi St | vobiscum G Co E Wi St | sempiternum] aeternum W S V • **3** erit] sit W S V | vobiscum W V | ~ Christo Iesu W S V

lantes in veritate, sicut mandatum accepimus a Patre. **5** Et
nunc rogo te, domina, non tamquam mandatum novum 1 J 2,7-11
scribens tibi, sed quod habuimus ab initio, ut diligamus
alterutrum. **6** Et haec est caritas, ut ambulemus secundum J 14,21 1 J 5,3
mandata eius; hoc mandatum est, quemadmodum audistis
ab initio, ut in eo ambuletis.

SEDUCTORES VITANDI: 7-11

7 Quoniam multi seductores prodierunt in mundum, qui 1 J 2,18.22; 4,2s
non confitentur Iesum Christum venientem in carne; hic
est seductor et antichristus. **8** Videte vosmetipsos, ne per-
datis, quae operati estis, sed ut mercedem plenam accipia-
tis. **9** Omnis, qui ultra procedit et non manet in doctrina 1 J 2,23s
Christi, Deum non habet; qui permanet in doctrina, hic et
Patrem et Filium habet.

10 Si quis venit ad vos et hanc doctrinam non affert,
nolite accipere eum in domum nec «Ave» ei dixeritis; **11** qui
enim dicit illi: «Ave», communicat operibus illius malignis.

SALUTATIO: 12-13

12 Plura habens vobis scribere nolui per chartam et atra- 3 J 13s
mentum, spero enim me futurum apud vos et os ad os
loqui, ut gaudium nostrum plenum sit.

13 Salutant te filii sororis tuae electae.

6 mandatum est] est enim (enim est G Co) mandatum V | ~ ut quemadmodum audistis ab initio W S V ● 7 prodierunt] exierunt W S V | venisse V | in carnem V (– E Wi) ● 8 perdamus ... sumus ... accipiamus Wi ● 9 ultra procedit] recedit V; praecedit W S | permanet V | in doctrina^{2}] *add.* Christi G Wi | et^{2} *om.* G Co St | ~ Filium et Patrem W S ● 10 recipere W S V ● 11 illius] eius V | malignis] *add.* ecce praedixi vobis, ut in die Domini non confundamini Co E Wi St Si ● 12 os ad os] coram Wi | nostrum] vestrum W S V ● 13 filie G | electae] *add.* Gratia tecum. Amen E Wi

EPISTULA IOANNIS III

INSCRIPTIO: 1-4

2J 1 1 Presbyter Gaio carissimo, quem ego diligo in veritate.
2 Carissime, in omnibus exopto prospere te agere et
valere, sicut prospere agit anima tua. 3 Nam gavisus sum
valde venientibus fratribus et testimonium perhibentibus
veritati tuae, quomodo tu in veritate ambules. 4 Maius
horum non habeo gaudium, quam ut audiam filios meos in
veritate ambulare.

DE MINISTRIS VERBI SUSCIPIENDIS: 5-8

5 Carissime, fideliter facis, quidquid operaris in fratres
et hoc in peregrinos, 6 qui testimonium reddiderunt caritati
tuae in conspectu ecclesiae. Bene facies subveniens illis in
via digne Deo; 7 pro nomine enim profecti sunt, nihil
accipientes a gentilibus. 8 Nos ergo debemus sublevare
huiusmodi, ut cooperatores simus veritatis.

DIOTREPHES REPREHENSUS: 9-10

9 Scripsi aliquid ecclesiae; sed is qui amat primatum
gerere in eis, Diotrephes, non recipit nos. 10 Propter hoc,
si venero, commonebo eius opera, quae facit verbis malignis
garriens in nos; et quasi non ei ista sufficiant, nec ipse
suscipit fratres et eos, qui cupiunt, prohibet et de ecclesia
eicit.

DEMETRIUS COMMENDATUS: 11-12

1 J 2,3; 3.6.10 11 Carissime, noli imitari malum, sed quod bonum est.

¶ 1.1 presbyter] senior W S V • 2 in omnibus exopto prospere te agere] de omnibus orationem facio prospere te ingredi W S V (- Wi: de omnibus orationem facio ut prospere agant) | et valeant Wi • 3 nam *om.* W S V | quomodo] sicut W S V | ambulas W S V • 4 maiorem W S V (- Co Wi) | horum *om.* Wi | gaudium] gratiam W S V (- Co Wi) | ambulantes W S G • 5 operaris ... peregrinos] facis erga fratres et erga peregrinos Wi • 6 qui *om.* L P | bene facies subveniens illis in via] quos bene faciens deduces (deducis G) G Wi St Si C; quos (quo P) bene facies deducens W S Co E L P • 7 enim] *add.* eius V | gentibus W S St L P Si C • 8 sublevare] suscipere W S V | huiuscemodi E; tales Wi • 9 scripsi aliquid] scripsissem forsitan W S V (- Wi: scripsi forsitan) • 10 commoneam W S V (- Wi: indicabo; - Si C) | ~ ei ista non Wi | nec] neque V | cupiunt] suscipiunt V

Qui benefacit, ex Deo est; qui malefacit, non vidit Deum.
12 Demetrio testimonium redditur ab omnibus et ab J 19,35; 21,24
ipsa veritate; sed et nos testimonium perhibemus, et scis
quoniam testimonium nostrum verum est.

SALUTATIO: 13-15

13 Multa habui scribere tibi, sed nolo per atramentum 2J 12
et calamum scribere tibi; 14 spero autem protinus te videre,
et os ad os loquemur.
15 Pax tibi. Salutant te amici. Saluta amicos nominatim.

EPISTULA IUDAE

INSCRIPTIO: 1-2

1 Iudas Iesu Christi servus, frater autem Iacobi, his qui J 1,1
sunt vocati, in Deo Patre dilecti et Christo Iesu conservati:
2 misericordia vobis et pax et caritas adimpleatur. 2P 1,2

DE FALSIS DOCTORIBUS: 3-16

De fide sanctis semel tradita: 3-4

3 Carissimi, omnem sollicitudinem faciens scribendi 2P 2,1-22
vobis de communi nostra salute necesse habui scribere 1T 1,18
vobis, deprecans certare pro semel tradita sanctis fide.
4 Subintroierunt enim quidam homines, qui olim prae-

11 qui[2]] *add.* autem E Wi | videt V (– L P C) ● 12 sed et nos] et nos W; et nos autem S | scis] nosti W S V (– Co: nostis) | quoniam] quod Wi ● 13 scribere tibi[1]] tibi scribere V | nolui W S V ● 14 protinus] brevi Wi | os ad os loquemur] praesentes collocuturus esse Wi ● 15 saluta] *add.* tu Co E Wi Si | nominatim] per nomen W S G
¶ 1.1 his ... conservati] his qui sunt (– W S) in Deo Patre dilectis et Christo Iesu (Iesu Christo S) conservatis (+ et V) vocatis W S V ● 2 adimpleatur] augeatur Wi ● 3 omnem ... scribendi vobis] cum cuperem ad vos scribere Wi | nostra] vestra W S V (– Wi: *om.*) | necesse habui ... fide] necesse fuit vos adhortari, ut decertantes servetis fidem quae semel sanctis tradita est Wi | certare ... fide] supercertari semel traditae sanctis fidei W S V (– Wi) ● 4 proscripti Wi

G 2,4 scripti sunt in hoc iudicium, impii, Dei nostri gratiam trans-
ferentes in luxuriam et solum Dominatorem et Dominum
nostrum Iesum Christum negantes.

De poena seductorum: 5-7

2P 1,12 **5** Commonere autem vos volo, scientes vos omnia, quo-
niam Dominus semel populum de terra Aegypti salvans,
secundo eos, qui non crediderunt, perdidit; **6** angelos vero,
Gn 6,1-4 qui non servaverunt suum principatum, sed dereliquerunt
suum domicilium, in iudicium magni diei vinculis aeternis
Hen 6,7; 10,4-6 sub caligine reservavit. **7** Sicut Sodoma et Gomorra et fini-
Gn 19,4-11.23-25 timae civitates, simili modo exfornicatae et abeuntes post
carnem alteram, factae sunt exemplum, ignis aeterni poe-
nam sustinentes.

De prava conversatione eorum: 8-16

8 Similiter vero et hi somniantes carnem quidem macu-
lant, dominationem autem spernunt, glorias autem blasphe-
mant. **9** Cum Michael archangelus cum Diabolo disputans
altercaretur de Moysis corpore, non est ausus iudicium in-
Zch 3,2 ferre blasphemiae, sed dixit: «*Increpet te Dominus!*». **10** Hi
autem, quaecumque quidem ignorant, blasphemant, quae-
cumque autem naturaliter tamquam muta animalia norunt,
Gn 4,3-8 in his corrumpuntur. **11** Vae illis, quia via Cain abierunt
Nu 22–24 et errore Balaam mercede effusi sunt et contradictione
Nu 16 Core perierunt! **12** Hi sunt in agapis vestris maculae con-

4 Dei] Domini G E Wi St | solum ... negantes] negantes solum Dominum Deum et Dominum nostrum Iesum Christum Wi ● 5 ~ vos autem E | scientes semel omnia quoniam Iesus populum W S V (– Wi: scientes semel quod cum dominus populum) | de terra Aegypti salvans] ex Aegypto salvasset Wi ● 6 dereliquerunt] relinquentes Wi | diei] Dei E Wi St | sub] in Wi ● 7 et sicut Wi | fornicatae Wi | facti sunt G Co E St ● 8 similiter] ita Wi | vero *om.* W S V | hi] *add.* qui E | somniantes *om.* W S V (– Wi) | somniantes carnem quidem] somniis delusi qui carnem Wi | ~ quidem carnem G | dominationem] magistratus Wi | autem[1+2] *om.* Wi | glorias] maiestatem W V; maiestates S ● 9 disputans] disceptans Wi | increpet te] imperet tibi W S V (– Wi) | Dominus] Deus G Co E St ● 10 quaecumque[1+2] quae Wi | quidem *om.* Wi ● 11 illis] ipsis Wi | quia] qui (– Co C) in (– G) V | errore] in errore E; in seductionem Wi | et in contradictione V | abierunt G St ● 12 hi sunt ... timore] hae labes de eleemosynis vestris convivantur secure Wi | in agapis vestris] in epulis suis W S V (– Wi)

vivantes sine timore, semetipsos pascentes, nubes sine aqua,
quae a ventis circumferuntur, arbores autumnales infruc-
tuosae bis mortuae, eradicatae, **13** fluctus feri maris despu-
mantes suas confusiones, sidera errantia, quibus procella
tenebrarum in aeternum servata est.

14 Prophetavit autem et his septimus ab Adam Henoch
dicens: «Ecce venit Dominus in sanctis milibus suis **15** fa- Hen 1,9
cere iudicium contra omnes et arguere omnem animam de
omnibus operibus impietatis eorum, quibus impie egerunt,
et de omnibus duris, quae locuti sunt contra eum peccatores
impii». **16** Hi sunt murmuratores, querelosi, secundum con-
cupiscentias suas ambulantes, et os illorum loquitur super-
ba, mirantes personas quaestus causa.

EXHORTATIONES AD CONSTANTIAM ET AD CORRECTIONEM ERRANTIUM: 17-23

17 Vos autem, carissimi, memores estote verborum, quae 2P 3,2
praedicta sunt ab apostolis Domini nostri Iesu Christi,
18 quoniam dicebant vobis: «In novissimo tempore venient
illusores, secundum suas concupiscentias ambulantes im- 2P 3,3
pietatum». **19** Hi sunt qui segregant, animales, Spiritum
non habentes.

20 Vos autem, carissimi, superaedificantes vosmetipsos Kol 2,7

12 conferuntur Co | autumnales infructuosae] autumno marcescentes steriles Wi • 13 ~ feri fluctus Wi | suas confusiones] sua dedecora Wi | procella] caligo Wi | ~ servata (conservata E Wi) est in aeternum V • 14 et his] et de his V (– E L P); de his W E L P | veniet E Wi • 15 omnem animam] omnes impios W S V | eum] Deum V (– L P) • 16 querulosi V (– G; – Wi: queruli) | concupiscentias suas] desideria sua W S V | illorum] eorum V | superbiam W V (– Co C; – Wi: fastuosa) • 18 quoniam] qui W V; quia S | vobis] *add.* quoniam (quod Wi) W S V | in novissimis temporibus V (– L P C) | venient] erunt Wi | suas concupiscentias] desideria sua V; sua desideria W S | impietatum] in impietatibus V • 19 segregant] *add.* semetipsos W V

sanctissimae vestrae fidei, in Spiritu Sancto orantes, **21** ipsos
vos in dilectione Dei servate, exspectantes misericordiam
Domini nostri Iesu Christi in vitam aeternam. **22** Et his
quidem miseremini disputantibus, **23** illos vero salvate de
Am 4,11 Zch 3,2 igne, rapientes, aliis autem miseremini in timore, odientes
et eam, quae carnalis est, maculatam tunicam.

CONCLUSIO: 24-25

R 16,27 **24** Ei autem, qui potest vos conservare sine peccato et
constituere ante conspectum gloriae suae immaculatos in
2 P 3,18 exsultatione, **25** soli Deo salvatori nostro per Iesum Christum Dominum nostrum gloria, magnificentia, imperium et potestas ante omne saeculum et nunc et in omnia saecula. Amen.

20 vestrae] nostrae V (– Wi C) ● **21** ipsos vos] vosmetipsos V (– G) | exspectantes misericordiam Domini nostri Iesu Christi in vitam aeternam *om.* W S | in vitam] ad vitam Wi ● **22** his quidem miseremini disputantibus] hos quidem arguite iudicatos W S V (– Wi: quorundam miseremini diiudicantes) ● **23** illos vero salvate] quosdam vero per timorem salutate Wi | aliis ... in timore *om.* Wi | odientes eam E | et eam ... tunicam] maculatam tunicam quae carnalis est Wi ● **24** potest] potens est V | sine peccato] incolumes Wi | immaculatos] irreprehensibiles Wi | exsultatione] *add.* in adventu Domini nostri Iesu Christi V (– G Wi) ● **25** soli] *add.* sapienti Wi | per Iesum Christum Dominum nostrum *om.* Wi | gloria] *add.* et V (– G) | imperium] vis Wi | ante omne saeculum et] ante omnia saecula et Co E; *om.* Wi | saecula] *add.* saeculorum V (– Wi)

APOCALYPSIS IOANNIS

PROLOGUS: 1,1-3

1 Apocalypsis Iesu Christi, quam dedit illi Deus palam
facere servis suis, quae oportet fieri cito, et significavit Dn 2,28s
mittens per angelum suum servo suo Ioanni, 2 qui testi-
ficatus est verbum Dei et testimonium Iesu Christi, quae-
cumque vidit. 3 Beatus, qui legit et qui audiunt verba pro- 14,13; 16,15; 19,9; 20,6; 22,7.14
phetiae et servant ea, quae in ea scripta sunt; tempus enim
prope est.

PRAEFATIO EPISTULARIS: 1,4-8

4 Ioannes septem ecclesiis, quae sunt in Asia: Gratia 1 K 16,19
vobis et pax ab eo, qui est et qui erat et qui venturus est, Ex 3,14 ⊕
et a septem spiritibus, qui in conspectu throni eius sunt,
5 et ab Iesu Christo, qui est testis fidelis, primogenitus mor- Ps 89,38.28
tuorum et princeps regum terrae.
Ei, qui diligit nos et solvit nos a peccatis nostris in san- Ps 130,8
guine suo 6 et fecit nos regnum, sacerdotes Deo et Patri 5,10 Ex 19,6
suo, ipsi gloria et imperium in saecula saeculorum. Amen. Is 61,6

¶ 1.2 testificatus est verbum Dei] testimonium perhibuit verbo Dei W S V (- Wi: testificatur de verbo Dei) | testimonium] de testimonio Wi ● 3 qui audiunt] audit V (- G: qui audit) | prophetiae] *add.* huius W V (- Wi) | servat V ● 4 in conspectu throni] coram throno Wi ● 5 ab] a V | ei *om.* W S V | dilexit W S V | solvit] lavit W S V ● 6 nos regnum] nos regnum (reges Wi) et V; nostrum regnum W S

Dn 7,13 **7** *Ecce venit cum nubibus*, et *videbit* eum omnis oculus et
Zch 12,10 qui eum *pupugerunt*, *et plangent se super eum omnes tribus*
terrae. Etiam, amen.

Ex 3,14 Ⓖ **8** Ego sum Alpha et Omega, dicit Dominus Deus, qui est
et qui erat et qui venturus est, Omnipotens.

EPISTULAE SEPTEM ECCLESIIS MITTENDAE: 1,9–3,22

De mandato scribendi dato in spiritu: 1,9-20

9 Ego Ioannes, frater vester et particeps in tribulatione
et regno et patientia in Iesu, fui in insula, quae appellatur
Patmos, propter verbum Dei et testimonium Iesu. **10** Fui
Act 20,7 1 K 16,2 in spiritu in dominica die et audivi post me vocem magnam
1 K 16,19 tamquam tubae **11** dicentis: «Quod vides, scribe in libro et
2,1-7.8-11. 12-17.18-29; mitte septem ecclesiis: Ephesum et Smyrnam et Pergamum
3,1-6.7-13.14-22 et Thyatiram et Sardis et Philadelphiam et Laodiciam».
12 Et conversus sum, ut viderem vocem, quae loquebatur
mecum; et conversus vidi septem candelabra aurea **13** et in
Dn 7,13 | Ez 9,2.11 Ⓖ medio candelabrorum *quasi Filium hominis, vestitum podere*
Dn 10,5 et *praecinctum* ad mamillas zonam *auream*; **14** *caput* autem
Dn 7,9; 10,6 *eius* et *capilli erant candidi tamquam lana* alba, *tamquam nix*,
et oculi eius velut flamma *ignis*, **15** *et pedes eius similes*
Ez 1,24; 43,2 *orichalco* sicut in camino ardenti, *et vox illius tamquam vox*

7 et[3]] *add.* tunc G | super eum *om.* Wi ● 8 Omega] *add.* principium et finis W S V ● 9 Iesu[1]] Christo Iesu V (– Co Wi: Iesu Christo) | Iesu[2]] Iesu Christi Co E Wi ● 11 dicentis] *add.* ego sum alpha et omega, primus et novissimus Wi | ecclesiis] *add.* quae sunt in Asia V (– G) | Epheso et (– Wi) Smyrnae et Pergamo et Thyatirae ... Philadelphiae et Laodiciae V ● 13 in medio septem candelabrorum aureorum (– W S) W S V (– Wi) | quasi Filium hominis] similem Filio hominis W S V | zona aurea V ● 14 tamquam[1]] velut E Wi | alba] *add.* et W V | velut] tamquam V (– Co Wi) ● 15 aurichalco V | sicut] velut Wi | ardentes Wi | et[2] *om.* Wi

aquarum multarum, **16** et habebat in dextera manu sua stellas 2,1
septem, et de ore eius gladius anceps acutus exibat, et facies
eius sicut sol lucet in virtute sua. Jdc 5,31

17 Et cum vidissem eum, cecidi ad pedes eius tamquam
mortuus; et posuit dexteram suam super me dicens: «Noli Is 44,2.6
timere! Ego sum primus et novissimus, **18** et vivens et fui 2,8; 22,13
mortuus et ecce sum vivens in saecula saeculorum et habeo Hos 13,14
claves mortis et inferni. **19** Scribe ergo, quae vidisti et quae Dn 2,29
sunt et quae oportet fieri post haec. **20** Mysterium septem
stellarum, quas vidisti ad dexteram meam, et septem cande-
labra aurea: septem stellae angeli sunt septem ecclesiarum,
et candelabra septem septem ecclesiae sunt.

Ad ecclesiam Ephesiam: 2,1-7

2 Angelo ecclesiae, quae est Ephesi, scribe:
Haec dicit, qui tenet septem stellas in dextera sua, qui 1,16
ambulat in medio septem candelabrorum aureorum: **2** Scio
opera tua et laborem et patientiam tuam, et quia non potes
sustinere malos et tentasti eos, qui se dicunt apostolos et 2K 11,13
non sunt, et invenisti eos mendaces; **3** et patientiam habes
et sustinuisti propter nomen meum et non defecisti. **4** Sed
habeo adversus te quod caritatem tuam primam reliquisti. 1T 5,12
5 Memor esto itaque unde excideris, et age paenitentiam et

16 manu *om.* W S V | anceps] utraque parte W S V ● 17 dicens] *add.* mihi Wi ● 18 vivens[1]] vivus W S V ● 20 mysterium] sacramentum W S V (- Wi) | in dextera mea W S V | candelabra septem] *add.* quae vidisti Wi
¶ 2.1 angelo] et angelo V (- Wi Si) | ecclesiae quae est Ephesi] Ephesi (Ephesinae Wi) ecclesiae W S V ● 2 quia] quod Wi | apostolos] apostolus G; *add.* esse V ● 4 adversum V | te] *add.* pauca V (- C)

prima opera fac; sin autem, venio tibi et movebo candela-
brum tuum de loco suo, nisi paenitentiam egeris. 6 Sed hoc
habes, quia odisti facta Nicolaitarum, quae et ego odi.
11.17.29; 3,6.13.22 7 Qui habet aurem, audiat quid Spiritus dicat ecclesiis.
Mt 11,15 | Gn 2,9 Vincenti dabo ei edere de ligno vitae, quod est in paradiso
Ez 31,8 22,2.14.19 Dei.

Ad ecclesiam Smyrnaeam: 2,8-11

8 Et angelo ecclesiae, quae est Smyrnae, scribe:
Is 44,6 1,17 Haec dicit Primus et Novissimus, qui fuit mortuus et
vixit: 9 Scio tribulationem tuam et paupertatem tuam – sed
dives es – et blasphemiam ab his, qui se dicunt Iudaeos
3,9 esse et non sunt, sed sunt synagoga Satanae. 10 Nihil horum
timeas, quae passurus es. Ecce missurus est Diabolus ex
Dn 1,12.14 vobis in carcerem, ut tentemini, et habebitis tribulationem
diebus decem. Esto fidelis usque ad mortem, et dabo tibi
Jc 1,12 coronam vitae.
7 11 Qui habet aurem, audiat quid Spiritus dicat ecclesiis.
Qui vicerit, non laedetur a morte secunda.

Ad ecclesiam Pergamenam: 2,12-17

12 Et angelo ecclesiae, quae est Pergami, scribe:
Haec dicit, qui habet romphaeam ancipitem acutam:
13 Scio, ubi habitas, ubi thronus est Satanae, et tenes
nomen meum et non negasti fidem meam et in diebus Anti-
pas, testis meus fidelis, qui occisus est apud vos, ubi Sata-

5 sin autem] quod si non feceris Wi | venio tibi] cito veniam Wi; veniam tibi cito Si ● 6 quia] quod Wi ● 7 ei *om.* V | Dei] *add.* mei W S V (- Wi) ● 8 ecclesiae quae est Smyrnae] Smyrnae ecclesiae W S V (- Wi: ecclesiae Smyrnensium) | vivit W S V (- Co) ● 9 blasphemiam] blasphemaris W S V ● 10 Diabolus] *add.* aliquos V (- G) | tibi *om.* G ● 12 ecclesiae quae est Pergami] Pergami ecclesiae W S V (- Wi: ecclesiae Pergamensium) | dixit Wi | ancipitem] (+ ex Co E Wi Si) utraque parte W S V ● 13 scio ... thronus est] scio opera tua et ubi habites et ubi sit sedes Wi | thronus] sedes W S V | diebus] *add.* illis V (- Wi: *add.* meis)

nas habitat. **14** Sed habeo adversus te pauca, quia habes illic
tenentes doctrinam Balaam, qui docebat Balac mittere Nu 31,16; 25,1s 𝔊
scandalum coram filiis Israel, edere idolothyta et fornicari;
15 ita habes et tu tenentes doctrinam Nicolaitarum similiter.
16 Ergo paenitentiam age; si quo minus, venio tibi cito et
pugnabo cum illis in gladio oris mei.
17 Qui habet aurem, audiat quid Spiritus dicat ecclesiis. 7
Vincenti dabo ei de manna abscondito et dabo illi calculum Ps 78,24
candidum, et in calculo nomen novum scriptum, quod Is 62,2
nemo scit, nisi qui accipit.

Ad ecclesiam Thyatirenam: 2,18-29

18 Et angelo ecclesiae, quae est Thyatirae, scribe:
Haec dicit Filius Dei, qui habet oculos ut flammam ignis, Dn 10,5s
et pedes eius similes orichalco: **19** Novi opera tua et carita-
tem et fidem et ministerium et patientiam tuam et opera tua
novissima plura prioribus. **20** Sed habeo adversus te, quia
permittis mulierem Iezabel, quae se dicit prophetissam, et
docet et seducit servos meos fornicari et manducare idolo- Nu 31,16; 25,1s 𝔊
thyta. **21** Et dedi illi tempus, ut paenitentiam ageret, et non
vult paeniteri a fornicatione sua. **22** Ecce mitto eam in lec-
tum et, qui moechantur cum ea, in tribulationem magnam,
nisi paenitentiam egerint ab operibus eius. **23** Et filios eius
interficiam in morte, et scient omnes ecclesiae quia ego sum

14 quia *om.* W | idolothyta *om.* W S V (– Wi) • **15** Nicolaitarum] *add.* quod odi Wi | similiter *om.* W S V • **16** ergo] similiter W S V | si quo minus] quod si non egeris Wi | veniam W V | tibi *om.* Wi • **17** dabo ei (– V) manna absconditum W S V • **18** ecclesiae quae est Thyatirae] Thyatirae ecclesiae W S V (– Wi: ecclesiae Thyatirensium) | ut] tamquam V | similes] simul G | aurichalco V • **19** et caritatem ... ministerium] et fidem et caritatem tuam et ministerium V (– Wi: et caritatem tuam et ministerium et fidem) • **20** te] *add.* pauca V | prophetissam] propheten W S V (– Wi; – St: prophetin); *add.* esse Wi | et docet et seducit] docere et (– Wi) seducere W S V | idolothyta] de idolothytis W S V • **21** paeniteri] paenitere V • **22** mitto] ego mitto G Co E Wi Si; ego mittam St; mittam L P C | in tribulationem magnam] in tribulatione maxima erunt V; in tribulationem maximam W S | egerint ... eius] ab operibus suis egerint V • **23** in mortem V (– Si C) | quia] quod Wi | sum scrutans] investigo Wi

Ps 7,10 Jr 11,20 | Ps 62,13 Prv 24,12 scrutans renes et corda, et dabo unicuique vestrum secun-
dum opera vestra. **24** Vobis autem dico ceteris, qui Thyati-
rae estis, quicumque non habent doctrinam hanc, qui non co-
gnoverunt altitudines Satanae, quemadmodum dicunt, non
mittam super vos aliud pondus; **25** tamen id quod habetis,
tenete, donec veniam. **26** Et, qui vicerit et qui custodierit
usque in finem opera mea,

Ps 2,8s ⊕ *dabo illi* potestatem super *gentes*,
27 et *reget illas in virga ferrea*,
tamquam vasa fictilia confringentur,

28 sicut et ego accepi a Patre meo, et dabo illi stellam ma-
tutinam.
7 **29** Qui habet aurem, audiat quid Spiritus dicat ecclesiis.

Ad ecclesiam Sardensem: 3,1-6

3 Et angelo ecclesiae, quae est Sardis, scribe:
Haec dicit, qui habet septem spiritus Dei et septem stel-
las: Scio opera tua, quia nomen habes quod vivas, et mor-
tuus es. **2** Esto vigilans et confirma cetera, quae moritura
erant, non enim invenio opera tua plena coram Deo meo;
3 in mente ergo habe qualiter acceperis et audieris, et serva
et paenitentiam age. Si ergo non vigilaveris, veniam tam-
quam fur, et nescies qua hora veniam ad te. **4** Sed habes
pauca nomina in Sardis, qui non inquinaverunt vestimenta
sua et ambulabunt mecum in albis, quia digni sunt. **5** Qui
vicerit, sic vestietur vestimentis albis, et non delebo nomen

23 corda] cor Wi | dabo] *add.* vobis Wi | vestra] sua V (– G St) ● **24** dico et ceteris V (– L P) | qui[1] quia G Si | qui[2] et qui V (– L P) | altitudinem V (– Si C) ● **26** qui[2] *om.* V ● **27** illas] eas V | et tamquam V | vasa fictilia] vas figuli W S V
¶ **3.1** quae est *om.* W S V | Sardiensium Wi ● **2** inveni E Wi | meo *om.* Wi ● **3** in mente ergo habe] recordare ergo Wi | si ergo] quod si Wi | veniam[1]] *add.* ad te V

eius de libro vitae et confitebor nomen eius coram Patre meo et coram angelis eius. Ex 32,32s Ps 69,29 Dn 12,1 13,8; 17,8; 20,12.15; 21,27
6 Qui habet aurem, audiat quid Spiritus dicat ecclesiis. 2,7

Ad ecclesiam Philadelphenam: 3,7-13

7 Et angelo ecclesiae, quae est Philadelphiae, scribe:
Haec dicit Sanctus, Verus, qui habet *clavem David, qui* Is 22,22
aperit, et nemo claudet; et claudit, et nemo aperit: 8 Scio opera tua – ecce dedi coram te ostium apertum, quod nemo potest claudere – quia modicam habes virtutem, et servasti verbum meum et non negasti nomen meum. 9 Ecce dabo
de synagoga Satanae, qui dicunt se Iudaeos esse et non 2,9
sunt, sed mentiuntur; ecce faciam illos, ut veniant et ado- Is 60,14
rent ante pedes tuos et scient quia ego dilexi te. 10 Quoniam Is 43,4
servasti verbum patientiae meae, et ego te servabo ab hora tentationis, quae ventura est super orbem universum tentare habitantes in terra. 11 Venio cito; tene quod habes, ut
nemo accipiat coronam tuam. 12 Qui vicerit, faciam illum
columnam in templo Dei mei, et foras non egredietur amplius, et scribam super eum nomen Dei mei et nomen Ez 48,35
civitatis Dei mei, novae Ierusalem, quae descendit de caelo a Deo meo, et nomen meum novum. Is 62,2

13 Qui habet aurem, audiat quid Spiritus dicat ecclesiis. 2,7

7 ecclesiae quae est Philadelphiae] Philadelphiae ecclesiae W S V (– Wi: ecclesiae Philadelphiae) | Sanctus] *add.* et W S V | claudet] cludit W S; claudit V | et[3] *om.* W V (– Wi) ● 9 dabo] do Wi | de] te E ● 10 ~ servabo te V | in hora Wi | super] in W S V ● 11 venio] ecce venio V

Ad ecclesiam Laodicensem: 3,14-22

14 Et angelo ecclesiae, quae est Laodiciae, scribe:
Ps 89,38 Haec dicit Amen, testis fidelis et verus, principium crea-
Prv 14,5 | Prv 8,22 Ⓖ turae Dei: **15** Scio opera tua, quia neque frigidus es neque
calidus. Utinam frigidus esses aut calidus! **16** Sic quia tepi-
dus es et nec calidus nec frigidus, incipiam te evomere ex
Hos 12,9 ore meo. **17** Quia dicis: “Dives sum et locupletatus et nullius
egeo”, et nescis quia tu es miser et miserabilis et pauper et
caecus et nudus, **18** suadeo tibi emere a me aurum igne
probatum, ut locuples fias et vestimentis albis induaris, et
non appareat confusio nuditatis tuae, et collyrium ad inun-
Prv 3,12 guendum oculos tuos ut videas. **19** Ego, quos amo, arguo
et castigo. Aemulare ergo et paenitentiam age. **20** Ecce sto
ad ostium et pulso. Si quis audierit vocem meam et aperue-
rit ianuam, introibo ad illum et cenabo cum illo, et ipse
Mt 19,28; 25,31 mecum. **21** Qui vicerit, dabo ei sedere mecum in throno
L 22,30 | 1 K 4,8 meo, sicut et ego vici et sedi cum Patre meo in throno eius.

2,7 **22** Qui habet aurem, audiat quid Spiritus dicat ecclesiis».

VISIO CAELI APERTI: 4,1–5,14

De senioribus in conspectu throni adorantibus: 4,1-11

4 Post haec vidi: et ecce ostium apertum in caelo, et vox
Ex 19,16 prima, quam audivi, tamquam tubae loquentis mecum
Ex 19,24 | Dn 2,29 dicens: «Ascende huc, et ostendam tibi, quae oportet fieri

14 ecclesiae quae est Laodiciae] Laodiciae ecclesiae W S V (– Wi: ecclesiae Laodiciae) | verus] *add.* qui est W S V ● **16** sic] sed W S V | ~ frigidus nec calidus W S V | incipiam te evomere] evomam te Wi ● **17** dicis] *add.* quod W S V (– Si) | quia] quod Wi | tu *om.* Wi ● **18** igne] ignitum W S V | et[2]] ut V (– C) | collyrio W S V | ad inunguendum] inungue W S V ● **20** aperuerit] *add.* mihi V (– L P) | intrabo V | illum] eum Wi | illo] eo Wi ● **21** ei] *add.* edere de ligno vitae et Wi
¶ **4.1** fieri] *add.* cito V (– Co Wi C)

post haec». **2** Statim fui in spiritu: et ecce thronus positus
erat in caelo; et supra thronum sedens; **3** et, qui sedebat, Is 6,1 Ez 1,26-28
similis erat aspectu lapidi iaspidi et sardino; et iris erat in
circuitu throni, aspectu similis smaragdo. **4** Et in circuitu
throni, viginti quattuor thronos et super thronos viginti
quattuor seniores sedentes circumamictos vestimentis albis
et super capita eorum coronas aureas. **5** Et de throno proce-
dunt fulgura et voces et tonitrua; et septem lampades ignis Ex 19,16 ⊕ Zch 4,2
ardentes ante thronum, quae sunt septem spiritus Dei, **6** et Ez 1,13
in conspectu throni tamquam mare vitreum simile crystallo. Ez 1,22
Et in medio throni et in circuitu throni quattuor animalia, Ez 1,5.18
plena oculis ante et retro: **7** et animal *primum* simile *leoni* Ez 1,10
et secundum animal simile *vitulo et tertium* animal habens
faciem quasi *hominis et quartum* animal simile *aquilae* vo-
lanti. **8** Et quattuor animalia *singula* eorum habebant *alas* Is 6,2
senas, in circuitu et intus plenae sunt oculis; et requiem non Ez 1,18 ⊕
habent die et nocte dicentia: «*Sanctus, sanctus, sanctus Do-* Is 6,3
minus, Deus omnipotens, qui erat et qui est et qui venturus Ex 3,14 ⊕
est!».

9 Et cum darent illa animalia gloriam et honorem et

1 post hac Wi ● 2 et statim Co Wi C | thronus] sedes W S V | posita W S V | thronum] sedem W S V ● 3 aspectu lapidi iaspidi et sardino] aspectui (aspectu St L P) lapidis iaspidis et sardini (sardinis E Wi St Si C; sardio G; sardii Co) W S V | throni aspectu similis smaragdo] sedis similis visioni smaragdinae W S V ● 4 throni viginti quattuor thronos] sedis sedilia viginti quattuor W S V | super¹] supra G Co | circumamicti V | vestimentis] stolis E Wi | super capita] in capitibus W S V | coronae aureae V (– E Wi) ● 5 procedebant V (– G) | ignis *om.* W S V (– Wi: igni) | quae] qui V (– Co E Wi) ● 6 throni¹⁺²⁺³] sedis W S V | in³ *om.* E ● 7 animal² *om.* G Co St ● 8 et in circuitu W S G Co E Wi C | plena W S V | habebant V | die ac nocte V ● 9 cum darent] quando dabant Wi

Is 6,1 Dn 6,27; 12,7 gratiarum actionem sedenti super thronum, viventi in sae-
cula saeculorum, 10 procidebant viginti quattuor seniores
ante sedentem in throno et adorabant viventem in saecula
saeculorum et mittebant coronas suas ante thronum di-
centes:

11 «Dignus es, Domine et Deus noster,
accipere gloriam et honorem et virtutem,
quia tu creasti omnia,
et propter voluntatem tuam erant et creata sunt».

De libro sigillis septem signato et de Agno: 5,1-14

Is 6,1 | Ez 2,9s Is 29,11 5 Et vidi in dextera sedentis super thronum librum scrip-
tum intus et foris, signatum sigillis septem. 2 Et vidi
angelum fortem praedicantem voce magna: «Quis est dignus
aperire librum et solvere signacula eius?». 3 Et nemo pot-
erat in caelo neque in terra neque subtus terram aperire
librum neque respicere illum. 4 Et ego flebam multum, quo-
niam nemo dignus inventus est aperire librum nec respicere
eum. 5 Et unus de senioribus dicit mihi: «Ne fleveris; ecce
Gn 49,9 Is 11,10 vicit leo de tribu Iudae, radix David, aperire librum et
septem signacula eius».

6 Et vidi in medio throni et quattuor animalium et in
Is 53,7 medio seniorum Agnum stantem tamquam occisum, haben-
Zch 4,10 tem cornua septem et oculos septem, qui sunt septem spiri-

9 gratiarum actionem] benedictionem W S V ● 10 procident W S | adorabunt W S | mittent W S ● 11 et[1] *om.* W V | erant] sunt Wi

¶ 5.1 super] supra V (– E Wi) ● 2 fortem et praedicantem G Wi St ● 3 in[1]] neque in V | subtus terram] sub terra Wi | inspicere Wi ● 4 quoniam] quod Wi | respicere] videre W S V ● 5 dixit V | Iuda W S V | et[2]] *add.* solvere V ● 6 vidi] *add.* et ecce W S V | septem[3] *om.* W S

tus Dei missi in omnem terram. **7** Et venit et accepit de
dextera sedentis in throno. **8** Et cum accepisset librum, Is 6,1
quattuor animalia et viginti quattuor seniores ceciderunt
coram Agno, habentes singuli citharas et phialas aureas
plenas incensorum, quae sunt orationes sanctorum. **9** Et Ps 141,2
cantant novum canticum dicentes: Ps 33,3

«Dignus es accipere librum
et aperire signacula eius,
quoniam occisus es et redemisti Deo in sanguine tuo
ex omni tribu et lingua et populo et natione
10 et fecisti eos Deo nostro regnum et sacerdotes, 1,6 Ex 19,6
et regnabunt super terram». Is 61,6

11 Et vidi et audivi vocem angelorum multorum in cir-
cuitu throni et animalium et seniorum, et erat numerus
eorum myriades myriadum et milia milium **12** dicentium Dn 7,10
voce magna:

«Dignus est Agnus, qui occisus est, Is 53,7
accipere virtutem et divitias et sapientiam
et fortitudinem et honorem et gloriam et benedictio-
nem».

13 Et omnem creaturam, quae in caelo est et super ter-
ram et sub terra et super mare et quae in eis omnia, audivi
dicentes: «Sedenti super thronum et Agno benedictio et Is 6,1
honor et gloria et potestas in saecula saeculorum».

7 in] de S | throno] *add.* librum V ● 8 accepisset] aperuisset W S V (– Wi) | incensorum] odoramentorum W S V ● 9 cantabant V | ~ canticum novum V | es[1]] *add.* Domine V | aperire] solvere E Wi | redemisti] *add.* nos W S V | Deo] Deus E; *om.* Wi | in sanguine] sanguine Wi ● 10 eos] nos V | regnum] reges Wi | regnabimus V ● 11 myriades myriadum et *om.* W S V ● 12 divitias] divinitatem W S V (– Wi) | et[2] *om.* E ● 13 et[2]] *add.* quae E Wi | et sub terra] *om.* W; et sub terram S; et subtus terram E | super mare] quae sunt in mari W S V (– E: mare) | quae in eis omnia] quae in eo (ea W S) omnes W S V (– E: quae in eo sunt sunt omnes; – Wi: omnia quae in eis sunt) | dicentes] dicere Wi | super thronum] in throno W S V

14 Et quattuor animalia dicebant: «Amen»; et seniores
ceciderunt et adoraverunt.

DE SEPTEM ANGELIS ET DE SEPTEM TUBIS: 6,1–11,19

Aperiuntur sex sigilla: 6,1-17

6 Et vidi, cum aperuisset Agnus unum de septem si-
gillis, et audivi unum de quattuor animalibus dicens
Zch 1,8; 6,3.6 tamquam voce tonitrui: «Veni». 2 Et vidi: et ecce equus
albus; et, qui sedebat super illum, habebat arcum, et data
est ei corona, et exivit vincens et ut vinceret.

3 Et cum aperuisset sigillum secundum, audivi secundum
Zch 1,8; 6,2 animal dicens: «Veni». 4 Et exivit alius equus rufus; et, qui
sedebat super illum, datum est ei, ut sumeret pacem de terra,
et ut invicem se interficiant, et datus est illi gladius magnus.

5 Et cum aperuisset sigillum tertium, audivi tertium ani-
Zch 6,2.6 mal dicens: «Veni». Et vidi: et ecce equus niger; et, qui
sedebat super eum, habebat stateram in manu sua. 6 Et
audivi tamquam vocem in medio quattuor animalium di-
centem: «Bilibris tritici denario, et tres bilibres hordei de-
nario; et oleum et vinum ne laeseris».

7 Et cum aperuisset sigillum quartum, audivi vocem
quarti animalis dicentis: «Veni». 8 Et vidi: et ecce equus
Hos 13,14 pallidus; et, qui sedebat desuper, nomen illi Mors, et In-
fernus sequebatur eum, et data est illis potestas super quar-

14 et[2]] *add.* viginti quattuor V | ceciderunt] *add.* in facies suas V | adoraverunt] *add.* viventem in saecula saeculorum V
¶ 6.1 cum] quod W S V (- Wi) | sigillis] signaculis W S | dicentem W S | vocem W S V | veni] *add.* et vide V ● 2 illum] eum E | ei] illi Wi | et ut] ut W S V ● 3 veni] *add.* et vide V ● 4 illi] ei V ● 5 audivi] et vidi et audivi Wi | vide V | eum] illum V ● 6 dicentium V (- Co) | bilibris] choenix Wi | denario[1+2]] *add.* uno V (- L P C) | bilibres] choenices Wi | ~ vinum et oleum W S V (- Wi) ● 8 vide V (- Wi) | pallidus] spadix Wi | desuper] super eum V | nomen illius mors Wi | Inferus W S | illis] illi W S V

tam partem terrae, interficere gladio et fame et morte et a Jr 14,12; 15,3 Ez 5,12.17; 14,21
bestiis terrae.
9 Et cum aperuisset quintum sigillum, vidi subtus altare
animas interfectorum propter verbum Dei et propter testi-
monium, quod habebant. 10 Et clamaverunt voce magna
dicentes: «Usquequo, Domine, sanctus et verus, non iudicas Zch 1,12 Ps 79,5
et vindicas sanguinem nostrum de his, qui habitant in Dt 32,43 2Rg 9,7
terra?».
11 Et datae sunt illis singulae stolae albae, et dictum est
illis, ut requiescant tempus adhuc modicum, donec im-
pleantur et conservi eorum et fratres eorum, qui interfi-
ciendi sunt sicut et illi.
12 Et vidi, cum aperuisset sigillum sextum, et terraemo-
tus factus est magnus, et sol factus est niger tamquam saccus Is 13,10; 50,3 Ⓖ Ez 32,8 Joel 3,4
cilicinus, et luna tota facta est sicut sanguis, 13 et stellae
caeli ceciderunt in terram, sicut ficus mittit grossos suos, Is 34,4 Ⓖ
cum vento magno movetur, 14 et caelum recessit sicut liber Is 34,4
involutus, et omnis mons et insula de locis suis motae sunt.
15 Et reges terrae et magnates et tribuni et divites et fortes Ps 2,2 Is 24,21
et omnis servus et liber absconderunt se in speluncis et in Is 2,10.19
petris montium; 16 *et dicunt montibus et petris: «Cadite* Hos 10,8
super nos et *abscondite nos* a facie sedentis super thronum Is 6,1
et ab ira Agni, 17 quoniam venit dies magnus irae ipsorum, Joel 2,11 Nah 1,6 R 2,5
et quis poterit stare?».

8 quartam partem] quattuor partes W S V | terrae[1]] *add.* et Co St | gladio fame W S V | a *om.* W S V (– Wi) ● 9 ~ sigillum quintum V | sub altari Wi ● 10 clamabant W S V | et non vindicas V (– Wi) | his] iis St L P Si C ● 11 requiescerent W S V | ~ adhuc tempus W V | compleantur V | et[3] *om.* W S V ● 12 et[2]] *add.* ecce V | ~ magnus factus est V ● 13 caeli] de caelo V | in] super W S V | emittit V | a vento V ● 14 omnes montes Wi | insulae W S V (– Co) ● 15 magnates] principes W S V | in[2] *om.* W S ● 16 et[3] *om.* E ● 17 ipsorum] eius Wi

De signatis ex Israel et ex gentibus: 7,1-17

Ez 7,2 **7** Post haec vidi quattuor angelos stantes super quattuor
Ez 37,9 angulos terrae tenentes quattuor ventos terrae, ne flaret
ventus super terram neque super mare neque in ullam arbo-
rem. **2** Et vidi alterum angelum ascendentem ab ortu solis,
habentem sigillum Dei vivi, et clamavit voce magna quat-
tuor angelis, quibus datum est nocere terrae et mari, **3** di-
cens: «Nolite nocere terrae neque mari neque arboribus,
Ez 9,4.6 quoadusque signemus servos Dei nostri in frontibus
eorum». **4** Et audivi numerum signatorum, centum quadra-
ginta quattuor milia signati ex omni tribu filiorum Israel:
5 ex tribu Iudae duodecim milia signati, ex tribu Ruben
duodecim milia, ex tribu Gad duodecim milia, **6** ex tribu
Aser duodecim milia, ex tribu Nephthali duodecim milia,
ex tribu Manasse duodecim milia, **7** ex tribu Simeon duo-
decim milia, ex tribu Levi duodecim milia, ex tribu Issachar
duodecim milia, **8** ex tribu Zabulon duodecim milia, ex
tribu Ioseph duodecim milia, ex tribu Beniamin duodecim
milia signati.

9 Post haec vidi: et ecce turba magna, quam dinumerare
nemo poterat, ex omnibus gentibus et tribubus et populis
et linguis stantes ante thronum et in conspectu Agni, amicti

¶ 7.1 flaret ventus] flarent V ● 2 sigillum] signum W S V | clamavi Wi ● 3 neque[1]] et V ● 5 Iuda W S V | milia[2+3]] *add.* signati V ● 6 milia[1+2+3]] *add.* signati V ● 7 milia[1+2+3]] *add.* signati V ● 8 milia[1+2]] *add.* signati V ● 9 et ecce turba magna] turbam magnam W S V

stolis albis, et palmae in manibus eorum; **10** et clamant voce
magna dicentes: «Salus Deo nostro, qui sedet super thro- Is 6,1
num, et Agno».

11 Et omnes angeli stabant in circuitu throni et seniorum
et quattuor animalium, et ceciderunt in conspectu throni
in facies suas et adoraverunt Deum **12** dicentes:
«Amen! Benedictio et gloria et sapientia et gratiarum
actio et honor et virtus et fortitudo Deo nostro in saecula
saeculorum. Amen».

13 Et respondit unus de senioribus dicens mihi: «Hi qui
amicti sunt stolis albis, qui sunt et unde venerunt?». **14** Et
dixi illi: «Domine mi, tu scis». Et dixit mihi: «Hi sunt qui
veniunt de tribulatione magna et laverunt stolas suas et Dn 12,1 Gn 49,11
dealbaverunt eas in sanguine Agni. **15** Ideo sunt ante thro-
num Dei et serviunt ei die ac nocte in templo eius; et, qui
sedet in throno, habitabit super illos. **16** *Non esurient* Is 6,1 | Is 49,10
amplius, *neque sitient* amplius *neque cadet super illos sol*
neque ullus *aestus*, **17** quoniam Agnus, qui in medio throni
est, *pascet illos et deducet eos ad vitae fontes aquarum*, et Ez 34,23 Ps 23,2 Jr 2,13

9 stolas albas W S • 10 clamabant W S V • 11 in conspectu throni] coram throno Wi • 12 gloria] claritas W S V (– Wi) | et[4] *om.* V • 13 dicens] et dixit V • 14 venerunt V • 16 amplius[1] *om.* W S V | neque[2]] nec W V (– G Co Wi) • 17 pascet] reget W S V | eos] illos G | ad vivos fontes Wi

Is 25,8 *absterget Deus omnem lacrimam* ex oculis eorum».

De septimo sigillo et de septem angelis: 8,1-5

8 Et cum aperuisset sigillum septimum, factum est silen-
tium in caelo quasi media hora. **2** Et vidi septem ange-
los, qui stant in conspectu Dei, et datae sunt illis septem
tubae. **3** Et alius angelus venit et stetit ante altare habens
Ps 141,2 turibulum aureum, et data sunt illi incensa multa, ut daret
orationibus sanctorum omnium super altare aureum, quod
est ante thronum. **4** Et ascendit fumus incensorum de
orationibus sanctorum de manu angeli coram Deo. **5** Et
Lv 16,12 accepit angelus turibulum et implevit illud de igne altaris
Ex 19,16 G et misit in terram; et facta sunt tonitrua et voces et fulgura
et terraemotus.

De quattuor primis tubis: 8,6-13

6 Et septem angeli, qui habebant septem tubas, parave-
runt se, ut tuba canerent.

Ex 9,23-25 Ez 38,22 Joel 3,3 **7** Et primus tuba cecinit. Et facta est grando et ignis
mixta in sanguine, et missum est in terram: et tertia pars
terrae combusta est, et tertia pars arborum combusta est, et
omne fenum viride combustum est.

Jr 51,25 G **8** Et secundus angelus tuba cecinit. Et tamquam mons
magnus igne ardens missus est in mare: et facta est tertia
Ex 7,20s pars maris sanguis, **9** et mortua est tertia pars creaturarum,
quae in mari sunt, quae habent animas, et tertia pars na-
vium interiit.

Is 14,12 **10** Et tertius angelus tuba cecinit. Et cecidit de caelo

17 ex] ab V

¶ **8.2** qui stant] stantes W S V ● **3** incensa] thymiamata Wi | daret] *add.* de V | supra G | thronum] *add.* Dei V ● **4** incensorum] thymiamatum Wi ● **5** turibulum] *add.* aureum G Co E St Si | terraemotus] *add.* magnus V (– Wi) ● **6** praeparaverunt V ● **7** primus] *add.* angelus W V | mixta in] admixto Wi | missa sunt Wi | terrae combusta est et tertia pars *om.* Wi | combusta[2]] concremata V ● **9** creaturarum] creaturae W S; creaturae eorum V (– Wi) | quae in mari sunt *om.* W S V | habebant V | animas] *add.* in mari V (– Wi)

stella magna ardens tamquam facula et cecidit super tertiam
partem fluminum et super fontes aquarum. **11** Et nomen
stellae dicitur Absinthius. Et facta est tertia pars aquarum
in absinthium, et multi hominum mortui sunt de aquis,
quia amarae factae sunt.

12 Et quartus angelus tuba cecinit. Et percussa est tertia
pars solis et tertia pars lunae et tertia pars stellarum, ut
obscuraretur tertia pars eorum, et diei non luceret pars
tertia, et nox similiter.
13 Et vidi et audivi unam aquilam volantem per medium
caelum dicentem voce magna: «Vae, vae, vae habitantibus
in terra de ceteris vocibus tubae trium angelorum, qui tuba
canituri sunt!».

De quinta tuba: 9,1-12

9 Et quintus angelus tuba cecinit. Et vidi stellam de caelo 12,4 Mt 24,29
cecidisse in terram, et data est illi clavis putei abyssi. Mc 13,25
2 Et aperuit puteum abyssi, et ascendit fumus ex puteo sicut Ex 19,18 Gn 19,28
fumus fornacis magnae, et obscuratus est sol et aer de fumo Joel 2,10
putei. **3** Et de fumo exierunt locustae in terram, et data est Ex 10,12
illis potestas, sicut habent potestatem scorpiones terrae.
4 Et dictum est illis, ne laederent fenum terrae neque omne Ex 10,15
viride neque omnem arborem, nisi tantum homines, qui
non habent signum Dei in frontibus. **5** Et datum est illis, ne Ez 9,4
occiderent eos, sed ut cruciarentur mensibus quinque; et

10 super[1+2]] in W S V ● 11 Absinthium V ● 12 tuba *om.* G Co St | ut] ita ut V | ~ tertia pars Wi | noctis V (- G: nocti) ● 13 unam aquilam volantem] vocem unius aquilae (angeli Wi) volantis W S V | caeli V | dicentis W S V | ex ceteris vocibus Wi | tubae *om.* V | qui tuba canituri sunt] qui erant tuba (- G) canituri W S V
¶ 9.1 cecidisse] cadere Wi | illi] ei V ● 2 ex puteo] putei W S V (- Wi) | ex puteo sicut fumus *om.* Wi ● 3 de] ex Wi | fumo] *add.* putei V (- Wi) ● 4 dictum] praeceptum W S V | frontibus] *add.* suis W V ● 5 datum] dictum G E | illis] eis G | cruciarent V (- G L P)

cruciatus eorum ut cruciatus scorpii, cum percutit homi-
Job 3,21 nem. 6 Et in diebus illis quaerent homines mortem et non
invenient eam; et desiderabunt mori, et fugit mors ab ipsis.

Joel 2,4s **7** Et similitudines locustarum similes equis paratis in
proelium, et super capita earum tamquam coronae similes
auro, et facies earum sicut facies hominum, **8** et habebant
Joel 1,6 capillos sicut capillos mulierum, et dentes earum sicut
leonum erant, **9** et habebant loricas sicut loricas ferreas, et
Joel 2,5 vox alarum earum sicut vox curruum equorum multorum
currentium in bellum. **10** Et habent caudas similes scorpio-
nibus et aculeos, et in caudis earum potestas earum nocere
hominibus mensibus quinque. **11** Habent super se regem
angelum abyssi, cui nomen Hebraice Abaddon et Graece
nomen habet Apollyon.

12 Vae unum abiit. Ecce veniunt adhuc duo vae post haec.

De sexta tuba: 9,13-21

13 Et sextus angelus tuba cecinit. Et audivi vocem unam
ex cornibus altaris aurei, quod est ante Deum, **14** dicentem
sexto angelo, qui habebat tubam: «Solve quattuor angelos,
Gn 15,18 qui alligati sunt super flumen magnum Euphraten». **15** Et
soluti sunt quattuor angeli, qui parati erant in horam et

6 et[1] *om.* Wi | fugiet W S V | ipsis] eis V ● 7 ad proelium G | sicut] tamquam V (– Co) ● 8 sicut[2]] *add.* dentes V (– L P) ● 9 earum] illarum G ● 10 habebant W S V | scorpionibus et aculeos et] scorpionum et aculei (+ erant V) W S V | et potestas V ● 11 habent] et habebant W S V | Abaddon Graece autem Apollyon (+ et W S Co E) Latine habens (habet W S) nomen Exterminans W S V (– G: Labaddon; – Wi: Abaddon Graece autem Apollyon) ● 12 et ecce V ● 13 unam] unum W S | ex quattuor cornibus V | Deum] oculos Dei W S V ● 14 super flumen magnum Euphraten] in flumine magno Euphrate (Euphraten G) W S V

diem et mensem et annum, ut occiderent tertiam partem
hominum. **16** Et numerus equestris exercitus vicies milies
dena milia; audivi numerum eorum. **17** Et ita vidi equos in Dn 8,1s
visione et, qui sedebant super eos, habentes loricas igneas
et hyacinthinas et sulphureas; et capita equorum erant tam-
quam capita leonum, et de ore ipsorum procedit ignis et
fumus et sulphur. **18** Ab his tribus plagis occisa est tertia
pars hominum, de igne et fumo et sulphure, quod procedebat
ex ore ipsorum. **19** Potestas enim equorum in ore eorum est
et in caudis eorum, nam caudae illorum similes serpentibus
habentes capita, et in his nocent.

20 Et ceteri homines, qui non sunt occisi in his plagis
neque paenitentiam egerunt de operibus manuum suarum, Is 17,8; 2,8.20
ut non adorarent daemonia et *simulacra aurea et argentea* Ps 106,37 | Dn 5,4.23
et aerea et lapidea et lignea, quae neque videre possunt *neque* Ps 115,4-7; 135,15-17
audire neque ambulare, **21** et non egerunt paenitentiam ab
homicidiis suis neque a veneficiis suis neque a fornicatione
sua neque a furtis suis.

De angelo de caelo descendente et de libello devorando: 10,1-11

10 Et vidi alium angelum fortem descendentem de caelo
amictum nube, et iris super caput, et facies eius erat
ut sol, et pedes eius tamquam columnae ignis, **2** et habebat

15 diem mensem E • 16 dena] decem Wi | et audivi V • 17 habebant W V | ipsorum] eorum V (– E Wi) | procedebat E Wi • 18 ab] et ab V | et de (ex L P) fumo V | quod procedebat ex] qui procedebat ex W S; quae procedebant ex (de L P Si C) V • 19 illorum] eorum W V | in his] his Wi • 20 in his] his Wi | adorent Wi
¶ 10.1 et[2] *om.* Wi | super caput] in capite eius W S V | columnae] columna W S G E St L P; flammae Wi

in manu sua libellum apertum. Et posuit pedem suum dex-
terum supra mare, sinistrum autem super terram, **3** et cla-
Am 3,8 mavit voce magna, quemadmodum cum leo rugit. Et cum
clamasset, locuta sunt septem tonitrua voces suas. **4** Et cum
locuta fuissent septem tonitrua, scripturus eram; et audivi
vocem de caelo dicentem: «Signa, quae locuta sunt septem
Dn 12,4.9 tonitrua, et noli ea scribere».

5 Et angelus, quem vidi stantem supra mare et supra
Dn 12,7 terram, *levavit manum suam dexteram ad caelum* **6** *et iuravit*
Gn 14,22.19 Neh 9,6 *per Viventem in saecula* saeculorum, qui creavit caelum et
ea, quae in illo sunt, et terram et ea, quae in ea sunt, et
mare et ea, quae in eo sunt: «Tempus amplius non erit,
7 sed in diebus vocis septimi angeli, cum coeperit tuba
canere, et consummatum est mysterium Dei, sicut evange-
lizavit servis suis prophetis».

8 Et vox, quam audivi de caelo, iterum loquentem me-
cum et dicentem: «Vade, accipe librum apertum de manu
angeli stantis supra mare et supra terram». **9** Et abii ad
Ez 2,8; 3,1-3 angelum dicens ei, ut daret mihi libellum. Et dicit mihi:
«Accipe et devora illum; et faciet amaricare ventrem tuum,
sed in ore tuo erit dulcis tamquam mel». **10** Et accepi libel-
lum de manu angeli et devoravi eum, et erat in ore meo

2 supra] super W V (– G Co) ● **4** tonitrua[1]] *add.* voces suas et (– L P C) ego V | dicentem] *add.* mihi V | signa] ob signa Wi | et[3] *om.* W ● **5** angelum S | supra[1+2]] super St L P Si C | dexteram *om.* W S V ● **6** illo] eo V (– E) | et terram et ea quae in ea sunt *om.* Wi | mare et quae S | sunt[3]] *add.* quia (quod Wi) W S V | ~ non erit amplius V ● **7** et *om.* W V | consummatum est] consummabitur W S V | evangelizavit per servos suos prophetas W S V ● **8** vox quam audivi] audivi vocem V | vade] *add.* et V | supra[1]] super St L P Si C | supra[2]] super V ● **9** libellum] librum W S V | dicit] dixit V | accipe] *add.* librum W V | faciet amaricare] faciet amaricari V (– Wi: exacerbabit) | dulce W S V ● **10** libellum] librum W S V | eum[1]] illum V

tamquam mel dulcis; et cum devorassem eum, amaricatus
est venter meus. 11 Et dicunt mihi: «Oportet te iterum pro-
phetare super populis et gentibus et linguis et regibus Jr 1,10 Dn 3,4; 7,14
multis».

De mensura templi: 11,1-2

11 Et datus est mihi calamus similis virgae dicens: «Surge Ez 40,3
et metire templum Dei et altare et adorantes in eo.
2 Atrium autem, quod est foris templum, eice foras et ne
metiaris illud, quoniam datum est gentibus, et civitatem Zch 12,3 ⓖ
sanctam calcabunt mensibus quadraginta duobus. Is 63,18

De prophetia duorum testium: 11,3-14

3 Et dabo duobus testibus meis, et prophetabunt diebus
mille ducentis sexaginta amicti saccis». 4 *Hi sunt duae olivae* Zch 4,3.11-14
et duo candelabra in conspectu Domini terrae stantes. 5 Et si
quis eis vult nocere, ignis exit de ore illorum et devorat 2 Rg 1,10 2 Sm 22,9
inimicos eorum; et si quis voluerit eos laedere, sic oportet
eum occidi. 6 Hi habent potestatem claudendi caelum, ne
pluat pluvia diebus prophetiae ipsorum, et potestatem ha- 1 Rg 17,1
bent super aquas convertendi eas in sanguinem et percutere Ex 7,17 | 1 Sm 4,8
terram omni plaga, quotienscumque voluerint. 7 Et cum
finierint testimonium suum, bestia, quae ascendit de abysso, Dn 7,3.7.21
faciet adversus illos bellum et vincet eos et occidet illos.
8 Et corpus eorum in platea civitatis magnae, quae vocatur

10 dulce W S V | amaricatus] exacerbatus Wi ● 11 dicunt] dixit V | prophetizare Co | super *om.* W S V | ~ gentibus et populis V
¶ 11.1 dicens] et dictum est mihi V ● 2 autem] vero G; *om.* Wi | foris] intra Wi; infra Si | metieris W S | illud] eum W S ● 3 saccos W S ● 4 candelabra] *add.* lucentia E; lucentia Wi | stantia Si ● 5 eis vult] eos voluerit W S; voluerit eos V | nocere] laedere Wi | exiet W S V (– Wi: exibit) | illorum] eorum V | devorabit W S V ● 6 pluvia *om.* W S V | ipsorum] illorum G Co E; eorum Wi | percutere] percutiendi Wi ● 7 adversum St L P Si C | illos[1+2] eos V | eos] illos W V (– Wi) ● 8 et corpora eorum (+ iacebunt V) in plateis W S V

spiritaliter Sodoma et Aegyptus, ubi et Dominus eorum
crucifixus est; **9** et vident de populis et tribubus et linguis
et gentibus corpus eorum per tres dies et dimidium, et cor-
pora eorum non sinunt poni in monumento. **10** Et inhabi-
tantes terram gaudent super illis et iucundantur et munera
mittent invicem, quoniam hi duo prophetae cruciaverunt
eos, qui inhabitant super terram.

Ez 37,5.10 **11** Et post dies tres et dimidium spiritus vitae a Deo
Gn 15,12 intravit in eos, et steterunt super pedes suos; et timor mag-
nus cecidit super eos, qui videbant eos. **12** Et audierunt
Ex 19,24 vocem magnam de caelo dicentem illis: «Ascendite huc»;
2 Rg 2,11 et ascenderunt in caelum in nube, et viderunt illos inimici
Ez 38,19s eorum. **13** Et in illa hora factus est terraemotus magnus, et
decima pars civitatis cecidit, et occisi sunt in terraemotu
nomina hominum septem milia, et reliqui in timorem sunt
missi et dederunt gloriam Deo caeli.

14 Vae secundum abiit; ecce vae tertium venit cito.

De septima tuba: 11,15-19

15 Et septimus angelus tuba cecinit, et factae sunt voces
Ps 2,2 Dn 7,14.27 Zch 14,9 magnae in caelo dicentes: «Factum est regnum huius mundi
Domini nostri et Christi eius, et regnabit in saecula saecu-
lorum».

9 videbunt W S V | ~ tribubus et (+ de G) populis V (– Wi) | et gentibus *om.* Wi | corpus] corpora W S V (– Wi: cadavera) | corpora] cadavera Wi | sinent V | monumentis W S V ● **10** gaudebunt W S V | super illos W V | iucundabuntur W S V | inhabitant] habitabant V (– G: inhabitabant; – E: habitant) ● **11** intrabit G | viderunt W S V ● **12** illis] eis V ● **13** occisa V (– G) | in timore S ● **14** et ecce V | veniet W S V ● **15** regnabunt G Co St | saeculorum] *add.* amen V

16 Et viginti quattuor seniores, qui in conspectu Dei
sedent in thronis suis, ceciderunt super facies suas et adora-
verunt Deum 17 dicentes:

«Gratias agimus tibi,
Domine, Deus omnipotens,
qui es et qui eras, Ex 3,14 𝔊
quia accepisti virtutem tuam magnam et regnasti. Ps 99,1

18 Et iratae sunt gentes, Ps 2,1
et advenit ira tua, et tempus mortuorum iudicari Ps 2,5
et reddere mercedem servis tuis prophetis et sanctis
et timentibus nomen tuum, pusillis et magnis, Ps 115,13
et exterminare eos, qui exterminant terram».

19 Et apertum est templum Dei in caelo, et visa est arca 1 Rg 8,1.6
testamenti eius in templo eius; et facta sunt fulgura et voces Ex 19,16 𝔊; 9,24
et terraemotus et grando magna.

DE PROELIO CAELESTI ET DE SATANA POPULUM DEI IMPUGNANTE: 12,1–14,5

De muliere et dracone: 12,1-6

12 Et signum magnum apparuit in caelo: mulier amicta
sole, et luna sub pedibus eius, et super caput eius
corona stellarum duodecim; 2 et in utero habens, et clamat Is 66,7 Mch 4,10
parturiens et cruciatur, ut pariat. 3 Et visum est aliud signum
in caelo: et ecce draco rufus magnus, habens capita septem

16 thronis] sedibus W S V | super] in W S V • 17 Deus] *add.* noster G Co E St Si | eras] *add.* et qui venturus es V • 18 iudicari] ut iudicentur Wi | reddere] ut reddas Wi | exterminare] exterminandi W S V (– Wi: ut perdas) | exterminant] corruperunt W S V • 19 eius[1] *om.* Co | voces] *add.* et tonitrua Wi Si
¶ 12.1 paruit S | super caput] in capite W S V • 2 et clamat] et (– Co Si C) clamabat V | cruciabatur Wi P Si C | ut pareret Wi • 3 ~ magnus rufus W S V

Dn 7,7 et cornua decem, et super capita sua septem diademata;
Dn 8,10 9,1 4 et cauda eius trahit tertiam partem stellarum caeli et misit
Mch 5,2 eas in terram. Et draco stetit ante mulierem, quae erat paritura, ut, cum peperisset, filium eius devoraret.
5 Et peperit
Is 66,7 Ps 2,9 𝔊 filium, masculum, qui *recturus est* omnes *gentes in virga ferrea;* et raptus est filius eius ad Deum et ad thronum eius.
6 Et mulier fugit in desertum, ubi habet locum paratum a Deo, ut ibi pascant illam diebus mille ducentis sexaginta.

De dracone ab angelis in terram proiecto: 12,7-12

Dn 10,13.20 7 Et factum est proelium in caelo, Michael et angeli eius, ut proeliarentur cum dracone. Et draco pugnavit et angeli
Dn 2,35 eius,
8 et non valuit, neque locus inventus est eorum amplius in caelo.
Gn 3,1.14 Zch 3,1 Job 1,6 9 Et proiectus est draco ille magnus, serpens antiquus, qui vocatur Diabolus et Satanas, qui seducit universum orbem; proiectus est in terram, et angeli eius cum illo proiecti sunt.
10 Et audivi vocem magnam in caelo dicentem:

«Nunc facta est salus et virtus et regnum Dei nostri
et potestas Christi eius,
quia proiectus est accusator fratrum nostrorum,
qui accusabat illos ante conspectum Dei nostri die
ac nocte.

11 Et ipsi vicerunt illum propter sanguinem Agni
et propter verbum testimonii sui;
et non dilexerunt animam suam
usque ad mortem.

3 super capita sua] in capitibus suis (eius G St L P Si C) W S V | septem *om.* Wi | ~ diademata septem L P St Si C • 4 trahebat W S V | caeli *om.* Wi • 5 est[1]] erat V; erit W S • 6 desertum] solitudinem W S V | habebat V | pascat G E Wi St | illam] eam V • 7 proelium] *add.* magnum V | ut proeliarentur] proeliabantur W S V | pugnabat W S V • 8 valuerunt W S V | ~ amplius eorum G • 9 vocabatur G | proiectus[2]] et proiectus V (– Co) | proiecti] missi W S V (– Wi) • 10 ~ dicentem in caelo Wi | accusator fratrum nostrorum] is Wi | ante conspectum Dei nostri] coram Deo Wi • 11 illum] eum V | animas suas W V

12 Propterea laetamini, caeli Is 44,23
et qui habitatis in eis.
Vae terrae et mari, quia descendit Diabolus ad vos habens iram magnam, sciens quod modicum tempus habet!».

De dracone mulierem persequente: 12,13-18

13 Et postquam vidit draco quod proiectus est in terram,
persecutus est mulierem, quae peperit masculum. **14** Et da-
tae sunt mulieri duae alae aquilae magnae, ut volaret in
desertum in locum suum, ubi alitur per tempus et tempora Dn 7,25; 12,7
et dimidium temporis a facie serpentis. **15** Et misit serpens
ex ore suo post mulierem aquam tamquam flumen, ut eam
faceret trahi a flumine. **16** Et adiuvit terra mulierem, et
aperuit terra os suum et absorbuit flumen, quod misit draco de ore suo.
17 Et iratus est draco in mulierem et abiit facere proelium cum reliquis de semine eius, qui custodiunt mandata Dei et habent testimonium Iesu.
18 Et stetit super arenam maris.

De duabus bestiis: 13,1-18

13 Et vidi de mari bestiam ascendentem habentem cornua decem et capita septem, et super cornua eius decem diademata, et super capita eius nomina blasphemiae. Dn 7,3.7
2 Et bestia, quam vidi, similis erat pardo, et pedes eius Dn 7,4-6
sicut ursi, et os eius sicut os leonis. Et dedit illi draco virtu-
tem suam et thronum suum et potestatem magnam. **3** Et
unum de capitibus suis quasi occisum in mortem, et plaga

12 vae terrae et mari] vae habitantibus terram et mare Wi ● **13** est[1]] esset V ● **14** ~ alae duae V ● **15** faceret trahi a flumine] mergeret in flumen Wi ● **16** terra[2] *om.* Co ● **17** Iesu] *add.* Christi V ● **18** super] supra St L P Si C
¶ **13.1** ~ capita septem et cornua decem W S V | blasphemia G ● **2** bestiam S | sicut[1]] *add.* pedes V (– L P) | et thronum suum *om.* W S V ● **3** et[1]] *add.* vidi V

mortis eius curata est.
Et admirata est universa terra post bestiam, 4 et adorave-
runt draconem, quia dedit potestatem bestiae, et adorave-
runt bestiam dicentes: «Quis similis bestiae, et quis potest
pugnare cum ea?».

Dn 7,8.25 5 Et datum est ei os loquens magna et blasphemias, et
data est illi potestas facere menses quadraginta duos. 6 Et
aperuit os suum in blasphemias ad Deum, blasphemare
nomen eius et tabernaculum eius, eos, qui in caelo habitant.
Dn 7,21 7 Et datum est illi bellum facere cum sanctis et vincere illos,
et data est ei potestas super omnem tribum et populum et
linguam et gentem. 8 Et adorabunt eum omnes, qui inhabi-
Dn 12,1 Ps 69,29 tant terram, cuiuscumque non est scriptum nomen in libro
Is 53,7 3,5 vitae Agni, qui occisus est, ab origine mundi. 9 Si quis habet
aurem, audiat:

Jr 15,2; 43,11 10 *Si quis in captivitatem,*
in captivitatem vadit;
si quis in gladio debet occidi,
oportet eum *in gladio* occidi.

4 quia] qui V | poterit W S V | ea] illa G ● 5 blasphemiae W S; blasphemiam G St | illi] ei V | facere] *add.* bellum Co ● 6 ad] adversus Wi | eos] et eos W S V ● 7 ~ est datum V (– G Co Wi) | illos] eos V | ei] illi V | super] in W S V ● 8 adoraverunt V | eum] eam V | inhabitant terram] inhabitabant terram G Co St; habitabant in terra Wi | cuiuscumque non est scriptum nomen] quorum non sunt scripta nomina W S V ● 10 si quis[1+2]] qui W S V | captivitatem[1]] *add.* duxerit V | vadet V (– L P) | in gladio[1]] gladio Wi | debet occidi] occiderit W S V | oportet eum in gladio occidi] oportet eum gladio occidi W S V (– Wi: eum gladio occidi oportet)

Hic est patientia et fides sanctorum.
11 Et vidi aliam bestiam ascendentem de terra, et habe-
bat cornua duo similia agni, et loquebatur sicut draco.
12 Et potestatem prioris bestiae omnem facit in conspectu
eius. Et facit terram et inhabitantes in ea adorare bestiam
primam, cuius curata est plaga mortis. **13** Et facit signa
magna, ut etiam ignem faciat de caelo descendere in terram
in conspectu hominum. **14** Et seducit habitantes terram
propter signa, quae data sunt illi facere in conspectu bestiae,
dicens habitantibus in terra, ut faciant imaginem bestiae,
quae habet plagam gladii et vixit. **15** Et datum est illi, ut
daret spiritum imagini bestiae, ut et loquatur imago bestiae
et faciat, ut quicumque non adoraverint imaginem bestiae, Dn 3,5s
occidantur. **16** Et facit omnes pusillos et magnos et divites
et pauperes et liberos et servos accipere characterem in
dextera manu sua aut in frontibus suis, **17** et ne quis possit
emere aut vendere, nisi qui habet characterem, nomen
bestiae aut numerum nominis eius. **18** Hic sapientia est: qui

12 facit[1]] faciebat W S V | facit[2]] fecit W V (– Wi) | habitantes V (– E) | in eam S | plaga mortis] letalis plaga Wi ● 13 facit] fecit W S V (– Wi) | faciat] faceret W S V (– Wi) ● 14 seduxit V (– G L P) | terram] in terra V ● 15 ~ et ut V | faciet G Co E St | ut[3] *om.* S | adoraverit W Co E Wi | occidatur W Co E Wi ● 16 facit] faciet W S V (– Wi) | accipere] habere W S V | character W S | ~ manu dextera Si | sua *om.* W S G Co E Wi ● 17 posset E | qui *om.* G | habeat G Co E Wi St | characterem] character W S; *add.* nominis bestiae G | nomen] aut nomen V; nominis W | bestiae *om.* G

habet intellectum, computet numerum bestiae; numerus
enim hominis est: et numerus eius est sescenti sexaginta
sex.

De Agno et de eis, qui Agnum sequuntur : 14,1-5

14 Et vidi: et ecce Agnus stans supra montem Sion, et
cum illo centum quadraginta quattuor milia, haben-
Ez 9,4 tes nomen eius et nomen Patris eius scriptum in frontibus
Ez 1,24; 43,2 suis. 2 Et audivi vocem de caelo tamquam vocem aquarum
multarum et tamquam vocem tonitrui magni; et vox, quam
audivi, sicut citharoedorum citharizantium in citharis suis.
Ps 33,3 Is 42,10 3 Et cantant quasi canticum novum ante thronum et ante
quattuor animalia et seniores. Et nemo poterat discere canti-
cum nisi illa centum quadraginta quattuor milia, qui empti
sunt de terra. 4 Hi sunt qui cum mulieribus non sunt coin-
quinati, virgines enim sunt. Hi qui sequuntur Agnum, quo-
cumque abierit. Hi empti sunt ex hominibus primitiae Deo
Is 53,9 Zph 3,13 et Agno; 5 et in ore ipsorum non est inventum mendacium:
sine macula sunt.

DE IUDICIO DEI: 14,6–20,15

Iudicium annuntiatur : 14,6-13

6 Et vidi alterum angelum volantem per medium caelum,
habentem evangelium aeternum, ut evangelizaret super
sedentes in terra et super omnem gentem et tribum et lin-
guam et populum, 7 dicens magna voce: «Timete Deum et

18 est[3] *om.* V
¶ 14.1 stabat W S V | illo] eo V ● 2 vox] vocem W S V | quam *om.* Wi | in citharis] citharis Wi ● 3 cantabant W S V | thronum] sedem W S V | discere] dicere W V (– Co Wi) ● 4 hi qui] hi V; hi sunt qui W | ierit V | hominibus] omnibus G Co E Wi ● 5 ipsorum] eorum V | sine macula enim sunt ante thronum Dei V ● 6 alterum *om.* Wi | caeli V (– G Co) | super sedentes in terra] sedentibus (habitantibus Wi) super terram W S V ● 7 Deum] Dominum V (– Wi)

date illi gloriam, quia venit hora iudicii eius, et adorate
eum, qui fecit caelum et terram et mare et fontes aquarum». Ex 20,11

8 Et alius angelus secutus est dicens: «Cecidit, cecidit Is 21,9 Dn 4,27
Babylon illa magna, quae a vino irae fornicationis suae po- Jr 51,7s
tionavit omnes gentes!».

9 Et alius angelus tertius secutus est illos dicens voce
magna: «Si quis adoraverit bestiam et imaginem eius et ac-
ceperit characterem in fronte sua aut in manu sua, 10 et hic Is 51,17.22
bibet de vino irae Dei, quod mixtum est mero in calice irae Ps 75,9 ☉
ipsius, et cruciabitur igne et sulphure in conspectu angelo- Jr 25,15
rum sanctorum et ante conspectum Agni. 11 Et fumus tor- Is 34,9s
mentorum eorum in saecula saeculorum ascendit, nec ha- Gn 19,24
bent requiem die ac nocte, qui adoraverunt bestiam et ima-
ginem eius, et si quis acceperit characterem nominis eius».

12 Hic patientia sanctorum est, qui custodiunt mandata
Dei et fidem Iesu. 13 Et audivi vocem de caelo dicentem:

7 illi] ei Wi | gloriam] honorem W S V (– Wi) | terram mare V (– Co St) | mare] *add.* et omnia quae in eis sunt L P ● 8 secutus est] *add.* eum E | cecidit² *om.* Wi | Babylon] *add.* civitas E Wi | a] ex Wi | irae *om.* Wi | potavit V ● 9 alius angelus tertius] tertius angelus V ● 10 et¹ *om.* G Co E Wi St | quod mixtum] qui mixtus W S ● 11 tormentorum] supplicii Wi | in saecula ... ascendit] ascendet (descendet Co St) in saecula saeculorum V ● 12 qui] hic sunt qui Wi | Dei *om.* Wi ● 13 dicentem] *add.* mihi V

1,3 «Scribe: Beati mortui, qui in Domino moriuntur amodo.
Etiam, dicit Spiritus, ut requiescant a laboribus suis; opera
enim illorum sequuntur illos».

De hora messis et vindemiae: 14,14-20

Dn 7,13 **14** Et vidi: et ecce nubem candidam, et supra nubem
sedentem quasi Filium hominis, habentem super caput
suum coronam auream et in manu sua falcem acutam. **15** Et
alter angelus exivit de templo clamans voce magna ad se-
Joel 4,13 dentem super nubem: «Mitte falcem tuam et mete, quia
venit hora, ut metatur, quoniam aruit messis terrae». **16** Et
misit, qui sedebat supra nubem, falcem suam in terram, et
messa est terra.

17 Et alius angelus exivit de templo, quod est in caelo,
habens et ipse falcem acutam. **18** Et alius angelus de altari,
habens potestatem supra ignem, et clamavit voce magna ad
Joel 4,13 eum, qui habebat falcem acutam, dicens: «Mitte falcem
tuam acutam et vindemia botros vineae terrae, quoniam
maturae sunt uvae eius». **19** Et misit angelus falcem suam in
terram et vindemiavit vineam terrae et misit in lacum irae
Joel 4,13 Is 63,3 Dei magnum. **20** Et calcatus est lacus extra civitatem, et

13 amodo] posthac Wi | etiam] iam W S V (– Wi) | ~ dicit Spiritus etiam Wi | illorum ... illos] eorum ... eos Wi • **14** supra] super W V (– G) | quasi Filium] similem Filio W S V | super caput suum] in capite suo W S V • **15** alter] alius V | aruit] maturuit E • **16** supra] super W V | in terra St | messa est terra] demessa est terra L P C; messuit in terram G; messuit (demessuit St Si) eam Co E Wi St Si • **18** angelus] *add.* exivit V | habens] qui habet (habebat V) W S V | ignem] *add.* et aquam G | exclamavit G | ad eum *om.* S | acutam[2]] *add.* in terram Wi | vineae] vineam E; *om.* Wi • **19** suam] *add.* acutam V | vineam] vitem Wi

exivit sanguis de lacu usque ad frenos equorum per stadia
mille sescenta.

Septem plagae novissimae annuntiantur 15,1-8

15 Et vidi aliud signum in caelo magnum et mirabile:
angelos septem habentes plagas septem novissimas, Lv 26,21 ⊛
quoniam in illis consummata est ira Dei.
2 Et vidi tamquam mare vitreum mixtum igne et eos, qui
vicerunt bestiam et imaginem illius et numerum nominis
eius, stantes supra mare vitreum, habentes citharas Dei.
3 Et cantant canticum Moysis servi Dei et canticum Agni Ex 15,1; 14,31
dicentes:

«Magna et mirabilia opera tua, Ex 15,11 Ps 92,5; 111,2; 139,14
Domine, Deus omnipotens;
iustae et verae viae tuae, Dt 32,4
Rex gentium! Ps 145,1
4 Quis non timebit, Domine,
et glorificabit nomen tuum? Ps 99,3
Quia solus Sanctus,
quoniam omnes gentes venient Ps 86,9
et adorabunt in conspectu tuo,
quoniam iudicia tua manifestata sunt».

5 Et post haec vidi: et apertum est templum tabernaculi Ex 40,34 ⊛
testimonii in caelo, 6 et exierunt septem angeli habentes
septem plagas de templo, vestiti lino mundo candido et Lv 26,21 ⊛ | Dn 10,5
praecincti circa pectora zonis aureis. 7 Et unum ex quattuor Ez 9,2.11 ⊛
animalibus dedit septem angelis septem phialas aureas ple-
nas iracundiae Dei viventis in saecula saeculorum. 8 Et

¶ 15.2 illius] eius V | et numerum nominis eius *om.* Wi | supra] super St L P Si C ● 3 cantant] cantantes W V | mirabilia] *add.* sunt V | verae] *add.* sunt V | tuae] *add.* Domine G Co E St Si | gentium] saeculorum W S V (- E Wi: sanctorum) ● 4 timebit] *add.* te W V | glorificabit] magnificabit W S V (- Wi) | Sanctus] pius W S V (- Wi); *add.* es V | manifesta V (- Wi) ● 5 et[2]] *add.* ecce W S V ● 6 lino] lapide W S V (- Co Si C) | mundo] *add.* et W S ● 7 unus W S | ex] de V (- E Wi) | iracundiae] irae Wi

Ex 40,34s 1 Rg 8,10 impletum est templum fumo de gloria Dei et de virtute eius,
Is 6,4 et nemo poterat introire in templum, donec consummaren-
Lv 26,21 tur septem plagae septem angelorum.

De septem angelis phialas irae effundentibus: 16,1-21

Is 66,6 16 Et audivi vocem magnam de templo dicentem septem
Zph 3,8 angelis: «Ite et effundite septem phialas irae Dei in
terram».
2 Et abiit primus et effudit phialam suam in terram; et
Dt 28,35 Ex 9,9s factum est vulnus saevum ac pessimum in homines, qui
habebant characterem bestiae, et eos, qui adorabant imagi-
nem eius.
3 Et secundus effudit phialam suam in mare; et factus
Ex 7,17s est sanguis tamquam mortui, et omnis anima vivens mortua
est, quae est in mari.
Ex 7,19 4 Et tertius effudit phialam suam in flumina et in fontes
aquarum; et factus est sanguis. 5 Et audivi angelum aqua-
Ps 119,137 Ex 3,14 ⊕ rum dicentem: «Iustus es, qui es et qui eras, Sanctus, quia
Dt 32,4 ⊕ Ps 79,3 haec iudicasti, 6 quia sanguinem sanctorum et prophetarum
Is 49,26 ⊕ fuderunt, et sanguinem eis dedisti bibere: digni sunt!». 7 Et
audivi altare dicens: «Etiam, Domine, Deus omnipotens,
Ps 19,10 vera et iusta iudicia tua!».

8 templum[1]] *add.* Dei G Co St | de gloria] a maiestate W S V (– Wi: a gloria; – Si: de maiestate)

¶ 16.1 septem[2] *om.* Wi | Dei *om.* Wi ● 2 primus] *add.* angelus G Co E St Si | vulnus] hulcus Wi | ac] et V (– E) | habent W S | et in eos V | adorabant] adoraverunt (+ bestiam et G Co E Wi St Si) W S V ● 3 secundus] *add.* angelus V | quae est *om.* W S V ● 4 tertius] *add.* angelus E Wi Si | effugit C *(err.)* | in[1+2]] super W S V ● 5 aquarum *om.* Wi | es[1]] *add.* Domine V | eras] *add.* et Wi | quia] qui V (– L P) | hoc iudicasti G Co E Wi St ● 6 effuderunt W V (– Co: effunderunt) | digni] *add.* enim V ● 7 altare dicens] alterum (+ angelum E) dicentem G E St L P Si; de altari dicentem Co; alium ex altari dicentem Wi; alterum ab altari dicentem C | iusta] *add.* sunt Wi

8 Et quartus effudit phialam suam in solem; et datum est
illi aestu afficere homines in igne. **9** Et aestuaverunt homi-
nes aestu magno et blasphemaverunt nomen Dei habentis
potestatem super has plagas et non egerunt paenitentiam,
ut darent illi gloriam.

10 Et quintus effudit phialam suam super thronum bes-
tiae; et factum est regnum eius tenebrosum, et comman- Ex 10,21s
ducaverunt linguas suas prae dolore **11** et blasphemaverunt
Deum caeli prae doloribus suis et vulneribus suis et non
egerunt paenitentiam ex operibus suis.

12 Et sextus effudit phialam suam super flumen illud Gn 15,18 Dt 1,7
magnum Euphraten; et exsiccata est aqua eius, ut prae- Jr 50,38
pararetur via regibus, qui sunt ab ortu solis. **13** Et vidi de Is 41,2.25
ore draconis et de ore bestiae et de ore pseudoprophetae
spiritus tres immundos velut ranas: **14** sunt enim spiritus Ex 8,3
daemoniorum facientes signa, qui procedunt ad reges uni-
versi orbis congregare illos in proelium diei magni Dei
omnipotentis.
15 Ecce venio sicut fur. Beatus, qui vigilat et custodit 1,3 Mt 24,37-44
vestimenta sua, ne nudus ambulet, et videant turpitudinem L 12,35-40
eius.
16 Et congregavit illos in locum, qui vocatur Hebraice
Harmagedon.

17 Et septimus effudit phialam suam in aerem; et exivit

8 quartus] *add.* angelus V | afficere] affligere V | in igne] et igni (igne E Si) W S V (– Wi: per ignem) ● 9 et non] neque W S V ● 10 quintus] *add.* angelus V | thronum] sedem W S V ● 11 suis[1] *om.* W S V | ab operibus Wi ● 12 sextus] *add.* angelus V | super] in W S V | exsiccata est] siccavit W S V | aquam W S V | qui sunt *om.* W S V ● 13 pseudoprophetae] *add.* exire V (– L P C) | velut ranas] in modum ranarum W S V ● 14 qui] et W S V (– Wi: ut) | procedent E; procederent Wi | universi orbis] totius terrae W S V | diei magni] ad diem magnum W S V | ~ omnipotentis Dei V ● 16 congregabit V (– Co) ● 17 septimus] *add.* angelus V

Is 66,6 vox magna de templo a throno dicens: «Factum est!». **18** Et
Ex 19,16 facta sunt fulgura et voces et tonitrua, et terraemotus factus
Dn 12,1 est magnus, qualis numquam fuit, ex quo homo fuit super
terram, talis terraemotus sic magnus. **19** Et facta est civitas
magna in tres partes, et civitates gentium ceciderunt. Et
Dn 4,27 Babylon magna venit in memoriam ante Deum dare ei
Is 51,17.22 calicem vini indignationis irae eius. **20** Et omnis insula fugit,
Jr 25,15 Ex 9,22-26 et montes non sunt inventi. **21** Et grando magna sicut talen-
tum descendit de caelo in homines; et blasphemaverunt
homines Deum propter plagam grandinis, quoniam magna
est plaga eius nimis.

De Babylone meretrice magna: 17,1-18

17 Et venit unus de septem angelis, qui habebant septem
phialas, et locutus est mecum dicens: «Veni, ostendam
Jr 51,13 tibi damnationem meretricis magnae, quae sedet super
Is 23,17 aquas multas, **2** cum qua fornicati sunt reges terrae, et
Ez 27,33 Jr 25,15s inebriati sunt, qui inhabitant terram, de vino prostitutionis
eius». **3** Et abstulit me in desertum in spiritu. Et vidi mulie-
Dn 7,7 rem sedentem super bestiam coccineam, plenam nominibus
blasphemiae, habentem capita septem et cornua decem.
4 Et mulier erat circumdata purpura et coccino et inaurata
Jr 51,7 auro et lapide pretioso et margaritis, habens poculum
aureum in manu sua plenum abominationibus et immundi-

17 magna *om.* Wi | de templo] de caelo Wi ● **18** factae sunt voces et fulgura Wi | homines fuerunt W S V | sic] *om.* E; adeo Wi ● **19** facta] fracta E | dare] ut daret Wi | ei] illi V (– Wi) ● **21** ~ Deum homines V (– G Co Wi) | est plaga eius nimis] facta est vehementer W S V
¶ **17.1** veni] *add.* et G Co E Wi St ● **3** me *om.* G | ~ in spiritu in desertum V | capita septem et *om.* Wi ● **4** abominatione V; abominationum W S | immunditia W S V

tiis fornicationis eius, **5** et in fronte eius nomen scriptum,
mysterium: «Babylon magna, mater fornicationum et abo- Dn 4,27
minationum terrae».
6 Et vidi mulierem ebriam de sanguine sanctorum et de
sanguine martyrum Iesu. Et miratus sum, cum vidissem
illam, admiratione magna. **7** Et dixit mihi angelus: «Quare
miraris? Ego tibi dicam mysterium mulieris et bestiae, quae
portat eam, quae habet capita septem et decem cornua:
8 bestia, quam vidisti, fuit et non est, et ascensura est de Dn 7,3
abysso et in interitum ibit. Et mirabuntur inhabitantes ter-
ram, quorum non sunt scripta nomina in libro vitae a con- Ex 32,32s Ps 69,29
stitutione mundi, videntes bestiam, quia erat et non est et Dn 12,1 3,5
aderit. **9** Hic est sensus, qui habet sapientiam. Septem capita
septem montes sunt, super quos mulier sedet. Et reges sep-
tem sunt: **10** quinque ceciderunt, unus est, alius nondum
venit et, cum venerit, oportet illum breve tempus manere.
11 Et bestia, quae erat et non est, et is octavus est et de
septem est et in interitum vadit. **12** Et decem cornua, quae Dn 7,24
vidisti, decem reges sunt, qui regnum nondum acceperunt,
sed potestatem tamquam reges una hora accipiunt cum
bestia. **13** Hi unum consilium habent et virtutem et potesta-
tem suam bestiae tradunt. **14** Hi cum Agno pugnabunt; et
Agnus vincet illos, quoniam Dominus dominorum est et Dt 10,17 Dn 2,47
Rex regum, et qui cum illo sunt vocati et electi et fideles». 1T 6,15

5 mysterium *om.* G ● **6** vidissem] viderem G Co E Wi St ● **7** ~ dicam tibi V | mysterium] sacramentum W S V (- Wi) | ~ cornua decem W V ● **8** bestia] bestiam S | inhabitantes terram] habitantes in terra Wi | ~ nomina scripta non sunt E Wi | quia] quae V | et aderit *om.* W S V (- Wi: tametsi est) ● **9** et hic W S V (- Wi) | sensus qui] mens quae Wi | supra G | et reges septem sunt] et septem reges G ● **10** et alius W V ● **11** et³ *om.* G | is octavus] ipsa octava W S V (- Wi: ipsa octavus rex) | vadet W Co E Wi ● **12** accipiunt] accipient V | cum bestia] post bestiam W S V ● **13** tradent W V ● **14** vincit Wi | illo] eo Wi | vocati electi W C | fideles] *add.* sunt Wi

Jr 51,13 **15** Et dicit mihi: «Aquae, quas vidisti, ubi meretrix sedet,
Dn 3,4 populi et turbae sunt et gentes et linguae. **16** Et decem cor-
nua, quae vidisti, et bestia, hi odient fornicariam et desola-
tam facient illam et nudam, et carnes eius manducabunt et
ipsam igne concremabunt; **17** Deus enim dedit in corda
eorum, ut faciant, quod illi placitum est, et faciant unum
consilium et dent regnum suum bestiae, donec consummen-
tur verba Dei. **18** Et mulier, quam vidisti, est civitas magna,
Ps 2,2 quae habet regnum super reges terrae».

De ruina Babylonis: 18,1-8

18 Post haec vidi alium angelum descendentem de caelo,
Ez 43,2 habentem potestatem magnam, et terra illuminata est
a claritate eius. **2** Et clamavit in forti voce dicens: «Cecidit,
Is 21,9 Dn 4,27 | cecidit Babylon magna et facta est habitatio daemoniorum
Is 13,21; 34,11 Jr 50,39 et custodia omnis spiritus immundi et custodia omnis
Jr 51,7 bestiae immundae et odibilis, **3** quia de vino irae fornicatio-
Is 23,17 Ez 27,33 nis eius biberunt omnes gentes, et reges terrae cum illa forni-
cati sunt, et mercatores terrae de virtute deliciarum eius
divites facti sunt!».

Is 48,20 2K 6,17 **4** Et audivi aliam vocem de caelo dicentem: «Exite de

15 dixit W S V | aquas W S Co | et turbae *om.* W S V ● 16 et²] in V | bestiam W S ● 17 ~ placitum est illi V; ~ est illi placitum W | et faciant unum consilium *om.* W S V | et²] ut W S V

¶ 18.1 et post haec W S V | a *om.* Wi | claritate] gloria W S V ● 2 exclamavit W S V (– G) | forti voce] fortitudine V | bestiae] volucris W S V | et odibilis *om.* W S | odibilis] invisa Wi ● 3 vino irae] ira W S | cum illa] cum ea Wi ● 4 de²] ex Wi

illa, populus meus, ut ne comparticipes sitis peccatorum
eius et de plagis eius non accipiatis, **5** quoniam pervenerunt
peccata eius usque ad caelum, et recordatus est Deus iniqui- Jr 51,9
tatum eius. **6** Reddite illi, sicut et ipsa reddidit, et duplicate Jr 50,15.29 Ps 137,8
duplicia secundum opera eius; in poculo, quo miscuit,
miscete illi duplum. **7** Quantum glorificavit se et in deliciis
fuit, tantum date illi tormentum et luctum. Quia in corde
suo dicit: "Sedeo regina et vidua non sum et luctum non Is 47,7s
videbo", **8** ideo in una die venient plagae eius, mors et luc- Is 47,9
tus et fames, et igne comburetur, quia fortis est Dominus Jr 50,34
Deus, qui iudicavit illam».

Luctus super Babylonis interitu: 18,9-24

9 Et flebunt et plangent se super illam reges terrae, qui Ez 27,31-33 Is 23,17
cum illa fornicati sunt et in deliciis vixerunt, cum viderint
fumum incendii eius, **10** longe stantes propter timorem tor-
mentorum eius, dicentes: «Vae, vae, civitas illa magna, Dn 4,27 Ez 26,17
Babylon, civitas illa fortis, quoniam una hora venit iudi-
cium tuum!».

11 Et negotiatores terrae flent et lugent super illam, quo- Ez 27,31.36
niam mercem eorum nemo emit amplius: **12** mercem auri

4 ut] et G Co E Wi | participes W S V | peccatorum] delictorum W S V ● 5 Deus] Dominus W V (- L P) ● 6 et[1] *om.* W S | reddidit] *add.* vobis V | quo] quod W | miscuit] *add.* vobis V (- L P C) | miscete] miscite W S; miscere G ● 7 ut regina E Wi ● 8 Dominus *om.* W S V (- Co Wi) | iudicabit W V (- Co; - Wi: iudicat) ● 9 cum illa] cum ea Wi ● 10 Babylon] *add.* et G ● 11 flent et lugent super illam] flebunt et lugebunt super illam W S V (- G: flebunt super illam et lugebunt) | merces W S V | emet W S V ● 12 merces W V (- G)

et argenti et lapidis pretiosi et margaritarum, et byssi et pur-
purae et serici et cocci, et omne lignum thyinum et omnia
vasa eboris et omnia vasa de ligno pretiosissimo et aera-
mento et ferro et marmore, **13** et cinnamomum et amomum
et odoramenta et unguenta et tus, et vinum et oleum et simi-
lam et triticum, et iumenta et oves et equorum et raedarum,
Ez 27,13 et mancipiorum et animas hominum. **14** Et fructus tui,
desiderium animae, discesserunt a te, et omnia pinguia et
clara perierunt a te, et amplius illa iam non invenient.

Ez 27,31.36 **15** Mercatores horum, qui divites facti sunt ab ea, longe
stabunt propter timorem tormentorum eius flentes ac lugen-
tes, **16** dicentes: «Vae, vae, civitas illa magna, quae amicta
erat byssino et purpura et cocco, et deaurata auro et lapide
pretioso et margarita, **17** quoniam una hora desolatae sunt
tantae divitiae!».

Ez 27,27-34 Et omnis gubernator et omnis, qui in locum navigat, et

12 margaritae W V; margaritis S | et serici *om.* Wi | cocci] coccini G Co | eboris] eburnea Wi | et omnia vasa² *om.* Co | de ligno pretiosissimo] de lapide pretioso W S V (– Wi: ex ligno pretioso) | aeramento] aere Wi ● **13** et amomum *om.* Wi L P C | odoramentorum et unguenti et turis et vini et olei et similae et tritici et iumentorum et ovium W S V (– Wi) | triticum iumenta Wi | et equos et raedas et mancipia Wi | animarum W S V (– Wi) ● **14** fructus tui desiderium] poma (+ tua W S G) desiderii W S V | animae] *add.* tuae V | discessit W S | pinguia] lauta Wi | praeclara V (– Wi: splendida) | iam *om.* Wi | invenies Wi ● **15** horum] hominum G Co E St ● **16** et dicentes W S V | bysso V | deaurata] *add.* erat St L P Si C; *add.* est W S G Co E Wi | margaritis W S V ● **17** desolatae] destitutae W S V | omnis²] omnes W G Co E Wi St | in locum navigat] navibus praesunt Wi | locum] lacum V (– Wi) | navigant W G Co E St

nautae et, quotquot maria operantur, longe steterunt **18** et
clamabant, videntes fumum incendii eius, dicentes: «Quae
similis civitati huic magnae?». **19** Et miserunt pulverem
super capita sua et clamabant, flentes et lugentes, dicentes:
«Vae, vae, civitas illa magna, in qua divites facti sunt Ez 26,19
omnes, qui habent naves in mari, de opibus eius, quoniam
una hora desolata est! **20** Exsulta super eam, caelum, et Is 44,23
sancti et apostoli et prophetae, quoniam iudicavit Deus Dt 32,43 ⊕
iudicium vestrum de illa!».

21 Et sustulit unus angelus fortis lapidem quasi molarem Jr 51,63 s
magnum et misit in mare dicens: «Impetu sic mittetur Baby- Dn 4,27
lon magna illa civitas et ultra iam non invenietur. **22** Et vox Ez 26,21
citharoedorum et musicorum et tibia canentium et tuba Is 24,8 Ez 26,13
non audietur in te amplius, et omnis artifex omnis artis non
invenietur in te amplius, et vox molae non audietur in te Jr 25,10
amplius, **23** et lux lucernae non lucebit tibi amplius, et vox
sponsi et sponsae non audietur in te amplius, quia mercato- Is 23,8; 47,9
res tui erant magnates terrae, quia in veneficiis tuis errave- Nah 3,4

17 quotquot] qui W S V | maria] in mari V ● 18 clamaverunt W S V | fumum] locum W S V (– Wi) | quae] *add.* fuit Wi ● 19 clamaverunt W S V | vae^{2} *om.* Co | illa *om.* W S | habebant V | opibus] pretiis W S V ● 20 exsultate E Wi | et^{2} *om.* V ● 21 impetu sic] hoc (tali Wi) impetu W S V | ~ civitas illa magna V ● 22 ~ canentium tibia Wi | omnis artis] omnisque ars G E Wi ● 23 et lux lucernae non lucebit tibi amplius *om.* Wi | tibi] in te V (– Wi) | in te amplius] adhuc (posthac Wi) in te W S V | magnates] principes W S V | quia veneficiis Wi | erraverunt] deceptae sunt Wi

Jr 51,49 runt omnes gentes, 24 et in ea sanguis prophetarum et
sanctorum inventus est et omnium, qui interfecti sunt in
terra!».

Iubilatio turbarum caelestium: 19,1-10

19 Post haec audivi quasi vocem magnam turbae multae
in caelo dicentium:

«Alleluia!
Salus et gloria et virtus Deo nostro,
Ps 19,10 2 quia vera et iusta iudicia eius;
quia iudicavit de meretrice magna, quae corrupit
2 Rg 9,7 terram in prostitutione sua, et vindicavit sanguinem servorum suorum de manibus eius!».

Is 34,10 3 Et iterum dixerunt: «Alleluia! Et fumus eius ascendit in
saecula saeculorum!».

4 Et ceciderunt seniores viginti quattuor et quattuor ani-
Is 6,1 malia et adoraverunt Deum sedentem super thronum di-
centes: «Amen. Alleluia».

5 Et vox de throno exivit dicens:
Ps 134,1 «Laudem dicite Deo nostro, omnes servi eius et
Ps 115,13 qui timetis eum, pusilli et magni!».

Ez 1,24; 43,2 6 Et audivi quasi vocem turbae magnae et sicut vocem
aquarum multarum et sicut vocem tonitruum magnorum
dicentium:

«Alleluia,

¶ **19.1** quasi *om.* Wi | magnam *om.* V (- Co E Wi) | turbarum multarum W S L P Si C; tubarum multarum G Co E Wi St | salus] laus V (- Co Wi C) | gloria] *add.* et honor Wi | gloria ... nostro] virtus et gloria Dei nostri Co | nostro] *add.* est W S V (- Co Wi) ● **2** iudicia] *add.* sunt W S V | quia²] qui W V (- Wi) | in prostitutione] fornicatione Wi | vindicavit] ultus est Wi | de manibus eius] de manu illius Wi ● **4** ~ viginti quattuor seniores E Wi ● **5** dicens *om.* Wi | laudem dicite Deo nostro] laudate Deum nostrum Wi | servi] sancti G Co E St | eum] Deum G E Wi ● **6** quasi *om.* Wi | turbae] tubae G Co E St | ~ multarum aquarum Wi | tonitruorum V | tonitruum magnorum] vehementium tonitruorum Wi

quoniam regnavit Dominus, Deus noster omnipo- Ps 93,1 Dn 7,14
tens.
7 Gaudeamus et exsultemus et demus gloriam ei, Ps 118,24
quia venerunt nuptiae Agni,
et uxor eius praeparavit se.

8 Et datum est illi, ut cooperiat se byssino splendenti Ps 45,14s
mundo: byssinum enim iustificationes sunt sanctorum».

9 Et dicit mihi: «Scribe: Beati, qui ad cenam nuptiarum 1,3
Agni vocati sunt!». Et dicit mihi: «Haec verba Dei vera
sunt». 10 Et cecidi ante pedes eius, ut adorarem eum. Et
dicit mihi: «Vide, ne feceris! Conservus tuus sum et fra-
trum tuorum habentium testimonium Iesu. Deum adora. 22,9
Testimonium enim Iesu est spiritus prophetiae».

De ruina bestiae et prophetarum eius: 19,11-21

11 Et vidi caelum apertum: et ecce equus albus; et, qui Ez 1,1
sedebat super eum, vocabatur Fidelis et Verax, et in iustitia Ps 96,13
iudicat et pugnat.
12 Oculi autem eius sicut flamma ignis, et in capite eius Dn 10,6
diademata multa, habens nomen scriptum, quod nemo
novit nisi ipse, 13 et vestitus veste aspersa sanguine, et voca- Is 63,1s
tur nomen eius Verbum Dei. 14 Et exercitus, qui sunt in

6 quoniam] quia Wi | Dominus Deus noster] Deus Wi • 8 byssinum splendens W S G | mundo] et candido V (- G); candidum W S G • 9 dicit[1]] dixit V | scribe *om.* Wi | nuptiarum *om.* Wi | dicit[2]] dixit G Co E C | ~ vera Dei W S • 10 ante] ad St | dixit G Co E | Iesu[2] *om.* Co • 11 vocabatur Fidelis et Verax] fidelis et verax est Wi | Verax] *add.* vocatur W S | in] cum W V; *om.* S • 13 vestitus] *add.* erat W S V | vestem aspersam W S | vocabatur V (- L P C)

caelo, sequebantur eum in equis albis, vestiti byssino albo
Is 11,4; 49,2 mundo. **15** Et de ore ipsius procedit gladius acutus, ut in
Ps 2,9 𝔊 ipso percutiat gentes, et ipse *reget eos in virga ferrea;* et
Is 63,2s ipse calcat torcular vini furoris irae Dei omnipotentis. **16** Et
habet super vestimentum et super femur suum nomen scrip-
Dn 2,47 Dt 10,17 tum: Rex regum et Dominus dominorum.

17 Et vidi unum angelum stantem in sole, et clamavit
voce magna dicens omnibus avibus, quae volabant per me-
Ez 39,4.17-20 dium caeli: «Venite, congregamini ad cenam magnam Dei,
18 ut manducetis carnes regum et carnes tribunorum et
carnes fortium et carnes equorum et sedentium in ipsis et
carnes omnium liberorum ac servorum et pusillorum ac
magnorum».

Ps 2,2 **19** Et vidi bestiam et reges terrae et exercitus eorum con-
gregatos ad faciendum proelium cum illo, qui sedebat super
equum, et cum exercitu eius. **20** Et apprehensa est bestia et
cum illa pseudopropheta, qui fecit signa coram ipsa, quibus
seduxit eos, qui acceperunt characterem bestiae et qui ado-
Dn 7,11 Is 30,33 rant imaginem eius; vivi missi sunt hi duo in stagnum ignis
ardentis sulphure. **21** Et ceteri occisi sunt in gladio sedentis
Ez 39,17.20 super equum, qui procedit de ore ipsius, et omnes aves
saturatae sunt carnibus eorum.

14 byssinum album mundum W S | albo] *add.* et V ● **15** ipsius] eius V | procedebat G | gladius ex utraque parte acutus V (– L P) | in ipso] ipso Wi | eos] eas V | in virga] virga Wi | ipse[2] *om.* G Co ● **16** super vestimentum] in vestimento W S V | super femur suum] in (– E) femore suo W S V | nomen *om.* W S V (– Wi) | dominorum] dominantium W S V ● **17** volant G | venite] *add.* et V | Dei *om.* G Co St ● **18** tribunorum] ducum Wi | ac[1]] et V (– E) | ac[2]] et V (– E Wi) ● **19** super equum] in equo W S V ● **20** illa] ea V (– E); illo W S | pseudoprophetae G | qui[1]] et qui G E St | ipsa] ipso W S V | ~ qui et W S | adoraverunt V | sulphure] et sulphuris G Co E Wi St; et sulphure L P ● **21** in *om.* Wi

De regno mille annorum: 20,1-6

20 Et vidi angelum descendentem de caelo habentem
clavem abyssi et catenam magnam in manu sua. 2 Et
apprehendit draconem, serpentem antiquum, qui est Diabo- Gn 3,1 Zch 3,1
lus et Satanas, et ligavit eum per annos mille 3 et misit eum Job 1,6
in abyssum et clausit et signavit super illum, ut non seducat
amplius gentes, donec consummentur mille anni; post haec
oportet illum solvi modico tempore. 4 Et vidi thronos, et Dn 7,9.22 ◎
sederunt super eos, et iudicium datum est illis; et animas
decollatorum propter testimonium Iesu et propter verbum
Dei, et qui non adoraverunt bestiam neque imaginem eius
nec acceperunt characterem in frontibus et in manibus suis;
et vixerunt et regnaverunt cum Christo mille annis. 5 Ceteri 1 K 6,2
mortuorum non vixerunt, donec consummentur mille anni.
Haec est resurrectio prima. 6 Beatus et sanctus, qui habet 1,3
partem in resurrectione prima! In his secunda mors non
habet potestatem, sed erunt sacerdotes Dei et Christi et Is 61,6
regnabunt cum illo mille annis.

De ruina Satanae irrevocabili: 20,7-10

7 Et cum consummati fuerint mille anni, solvetur Satanas
de carcere suo 8 et exibit seducere gentes, quae sunt in Ez 38,6 Is 11,12
quattuor angulis terrae, Gog et Magog, congregare eos in Ez 7,2; 38,2
proelium, quorum numerus est sicut arena maris. 9 Et
ascenderunt super latitudinem terrae et circumierunt castra Hab 1,6 ◎

¶ **20.3** obsignavit Wi | et post haec L P Si C; et post hoc G Co E Wi St ● **4** thronos] sedes W S V | eos] eas W S V | nec] neque E | characterem] *add.* eius W V | aut in manibus W S V ● **5** ceteri] *add.* vero E Wi | vixerunt] resurrexerunt Wi ● **6** et[1]] est Wi | Christi] *add.* eius E Wi ● **8** seducere] et seducet W S V | in[1]] super W S V (– Wi) | angulos W S V (– Wi) | congregare] et congregabit W S V

Ps 87,2 2 Rg 1,10 sanctorum et civitatem dilectam. Et descendit ignis de caelo
Ez 39,6 et devoravit eos; **10** et Diabolus, qui seducebat eos, missus
Ez 38,22 est in stagnum ignis et sulphuris, ubi et bestia et pseudo-
propheta, et cruciabuntur die ac nocte in saecula saeculo-
rum.

Omnes mortui iudicantur: 20,11-15

Is 6,1 **11** Et vidi thronum magnum candidum et sedentem super
Ps 114,3.7 | Dn 2,35 ⊛ eum, a cuius aspectu fugit terra et caelum, et locus non est
inventus eis. **12** Et vidi mortuos, magnos et pusillos, stantes
Dn 7,10 | Ps 69,29 in conspectu throni; et libri aperti sunt. Et alius liber aper-
3,5 tus est, qui est vitae; et iudicati sunt mortui ex his, quae
Ps 28,4 scripta erant in libris secundum opera ipsorum. **13** Et dedit
Hos 13,14 mare mortuos, qui in eo erant, et mors et infernus dederunt
mortuos, qui in ipsis erant; et iudicati sunt singuli secun-
Ps 28,4 Hos 13,14 Is 25,8 ⊛ dum opera ipsorum. **14** Et mors et infernus missi sunt in
1 K 15,26 stagnum ignis. Haec mors secunda est, stagnum ignis. **15** Et
Ex 32,32 s Dn 12,1 Ps 69,29 si quis non est inventus in libro vitae scriptus, missus est in
3,5 stagnum ignis.

DE CAELO NOVO ET DE TERRA NOVA: 21,1–22,5

De Deo cum hominibus habitante: 21,1-8

Is 65,17; 66,22 **21** Et vidi caelum novum et terram novam; primum
enim caelum et prima terra abierunt, et mare iam non
Is 52,1 G 4,26 H 12,22 est. **2** Et civitatem sanctam Ierusalem novam vidi descen-
Is 61,10 dentem de caelo a Deo, paratam sicut sponsam ornatam
viro suo. **3** Et audivi vocem magnam de throno dicentem:

9 ignis] *add.* a Deo W S V | devorabit G ● **10** seducit Wi | pseudoprophetes S; pseudo-prophetae G Co E Wi | et[5] *om.* V ● **11** aspectu] conspectu W V (- G) | inventus ab eis W S G E Wi ● **12** ~ pusillos et magnos Wi | in conspectu throni] coram Deo Wi ● **13** mortuos[1]] *add.* suos G E Wi | inferus W S | mortuos[2]] *add.* suos V | et iudicatum est de singulis W S V ● **14** et[1]... infernus] et inferus (infernus V) et mors W S V | ~ est mors secunda V | stagnum ignis[2] *om.* V ● **15** si quis] qui W S V | ~ inventus est V (- G)
¶ **21.1** prius enim caelum et prior terra Wi | abiit W S V (- Wi: transierunt) ● **2** et civitatem ... vidi] et ego Ioannes vidi sanctam civitatem Ierusalem (- Wi) novam V

«*Ecce tabernaculum* Dei cum hominibus! *Et habitabit cum* Lv 26,11 sl
eis, et ipsi populi eius erunt, et ipse Deus cum eis erit eorum Ez 37,27 Zch 2,14
Deus, **4** *et absterget omnem lacrimam* ab oculis eorum, et Is 8,8 | Is 25,8
mors ultra non erit, neque luctus neque clamor neque dolor 1 K 15,26 Is 35,10
erit ultra, quia prima abierunt».

5 Et dixit, qui sedebat super throno: «Ecce nova facio Is 6,1; 43,19 ⊕ 2 K 5,17
omnia». Et dicit: «Scribe: Haec verba fidelia sunt et vera».
6 Et dixit mihi: «Facta sunt! Ego sum Alpha et Omega,
principium et finis. Ego sitienti dabo de fonte aquae vivae Is 55,1 Zch 14,8
gratis. **7** Qui vicerit, hereditabit haec, et *ero illi Deus, et ille* R 8,17
erit mihi filius. **8** Timidis autem et incredulis et exsecratis et 2 Sm 7,14 22,15
homicidis et fornicatoribus et veneficis et idololatris et Mt 15,19
omnibus mendacibus, pars illorum erit in stagno ardenti Ez 38,22
igne et sulphure, quod est mors secunda».

De civitate nova Ierusalem: 21,9–22,5

9 Et venit unus de septem angelis habentibus septem
phialas plenas septem plagis novissimis et locutus est me- Lv 26,21 ⊕
cum dicens: «Veni, ostendam tibi sponsam uxorem Agni».

3 populus W S V ● 4 absterget] *add.* Deus W S V | dolor ... abierunt] labor quia priora transierunt Wi | quia] quae S G E St L P ● 5 super] in W S V | dicit] dixit mihi V (– Wi: dicit mihi) | scribe] *add.* quia W S V | fidelissima W S V (– Wi) ● 6 factum est W S V | sum *om.* Co | principium] initium W S V | vivae] vitae V (– G E Wi) ● 7 hereditabit] possidebit W S V | ille] ipse E Wi ● 8 idolatris W S G Co Wi ● 9 venit] *add.* ad me E Wi | septem² *om.* W S V | et ostendam V

Ez 40,2 **10** Et sustulit me in spiritu super montem magnum et altum
Is 52,1 et ostendit mihi civitatem sanctam Ierusalem descendentem
Is 60,1 s de caelo a Deo, **11** habentem claritatem Dei; lumen eius
simile lapidi pretiosissimo, tamquam lapidi iaspidi, in mo-
Ez 48,31 dum crystalli; **12** et habebat murum magnum et altum et
habebat *portas* duodecim et super portas angelos duodecim
Ex 28,21 et *nomina* inscripta, quae sunt duodecim *tribuum filiorum*
Ez 48,31-35 *Israel.* **13** *Ab oriente portae tres et ab aquilone portae tres et*
ab austro portae tres et ab occasu portae tres; **14** et murus
civitatis habens fundamenta duodecim, et super ipsis duo-
decim nomina duodecim apostolorum Agni.

Ez 40,3.5 **15** Et, qui loquebatur mecum, habebat mensuram arundi-
nem auream, ut metiretur civitatem et portas eius et murum
Ez 43,16 eius. **16** Et civitas in quadro posita est, et longitudo eius
tanta est quanta et latitudo. Et mensus est civitatem arun-
dine per stadia duodecim milia; longitudo et latitudo et
Ez 40,5 altitudo eius aequales sunt. **17** Et mensus est murum eius
centum quadraginta quattuor cubitorum, mensura homi-
Is 54,11 s nis, quae est angeli. **18** Et erat structura muri eius ex
iaspide, ipsa vero civitas aurum mundum simile vitro mun-
Ez 28,13 ® do. **19** Fundamenta muri civitatis omni lapide pretioso
ornata: fundamentum primum iaspis, secundus sapphirus,

10 super] in W S V | a Deo *om.* G Co St ● **11** claritatem] gloriam Wi | et lumen V | pretioso W S V | tamquam ... crystalli] tamquam lapidi iaspidis (– G Wi) sicut crystallum W S V (– Wi: iaspidi imitanti crystallum) ● **12** et habebat[2]] habentem V (– Wi); habens W S | super portas] in portis W S V | scripta W | sunt] *add.* nomina W S V ● **13** et[1+2]] *om.* E Wi ● **14** super] in W S V | Agni] et Agni G ● **15** arundineam W V | eius[2] *om.* W S V ● **16** arundine] de arundine aurea (– W S L P) W S V (– Wi) | et longitudo V | ~ altitudo et latitudo V | aequalia W S V ● **17** murus W S G; muros Co E Wi ● **18** ex lapide iaspide W S V | auro mundo W S ● **19** et fundamenta V | et fundamentum G Co E Wi St | secundum V (– G)

tertius chalcedonius, quartus smaragdus, **20** quintus sar-
donyx, sextus sardinus, septimus chrysolithus, octavus
beryllus, nonus topazius, decimus chrysoprasus, undecimus
hyacinthus, duodecimus amethystus. **21** Et duodecim por-
tae duodecim margaritae sunt, et singulae portae erant ex
singulis margaritis. Et platea civitatis aurum mundum tam-
quam vitrum perlucidum.

22 Et templum non vidi in ea: Dominus enim, Deus
omnipotens, templum illius est, et Agnus. **23** Et civitas non Is 60,1.19
eget sole neque luna, ut luceant ei, nam claritas Dei illumi-
navit eam, et lucerna eius est Agnus. **24** Et ambulabunt Is 60,3.11
gentes per lumen eius, et reges terrae afferunt gloriam suam Ps 72,10
in illam; **25** et portae eius non claudentur per diem, nox Zch 14,7
enim non erit illic; **26** et afferent gloriam et divitias gentium
in illam. **27** Nec intrabit in ea aliquid coinquinatum et fa- Is 52,1
ciens abominationem et mendacium, nisi qui scripti sunt in Is 4,3 Dn 12,1
libro vitae Agni. Ps 69,29 3,5

22 Et ostendit mihi fluvium aquae vitae splendidum Gn 2,10 Zch 14,8
tamquam crystallum, procedentem de throno Dei et
Agni. **2** *In medio* plateae eius et *fluminis ex utraque parte* Ez 47,12 Gn 2,9
lignum vitae afferens fructus duodecim, *per menses* singulos
reddens *fructum suum*, *et folia* ligni *ad sanitatem* gentium.
3 Et omne maledictum non erit amplius. Et thronus Dei et Zch 14,11
Agni in illa erit; et servi eius servient illi **4** et videbunt fa- Ps 17,15

19 tertium V (– G) | carcedonius W S | quartum V (– G) ● **20** quintum … sextum sardius septimum … octavum … nonum … decimum … undecimum … duodecimum V (– G) | beryllius Wi ● **21** sunt] *add.* per singulas W S V | mundum] purum Wi | perlucidum] perspicuum Wi ● **23** ei] in ea W S V | claritas] gloria Wi | illuminabit G E Wi St Si ● **24** gentes] *add.* eorum qui salvi facti sunt Wi | per lumen] in lumine V | afferent W S V | suam] *add.* et honorem W S V (– Wi) | in illam] in eam Wi ● **25** per diem] per noctem G | non[2] *om.* Wi ● **26** v. 26 *om.* Wi | divitias] honorem W S V (– Wi) ● **27** nec] non V (– G) | in eam V (– G) | aliquod W St L P Si C | et[1]] aut V | ~ abominationem faciens V

¶ **22.1** vitae] vivae W V (– C) | procedentem] promanantem Wi | throno] sede W S V ● **2** ~ ex utraque parte fluminis W S V | singula reddentia S | sanitatem] medicinam Wi ● **3** et[2]] sed V (– L P) | thronus] sedes W S V | erit[2]] erunt W S V (– Wi) | illi] ei Wi

ciem eius, et nomen eius in frontibus eorum. 5 Et nox ultra
non erit, et non egent lumine lucernae neque lumine solis,
Is 60,19 quoniam Dominus Deus illuminabit super illos, et regna-
Dn 7,18.27 bunt in saecula saeculorum.

TESTIMONIUM DE VISIONIBUS FIDELISSIMUM.
EXHORTATIONES ET EPILOGUS: 22,6-21

6 Et dixit mihi: «Haec verba fidelissima et vera sunt, et
Dominus, Deus spirituum prophetarum, misit angelum
Dn 2,28 suum ostendere servis suis, quae oportet fieri cito. 7 Et ecce
Zch 2,14 12.20; 1,3 venio velociter. Beatus, qui servat verba prophetiae libri
huius».

8 Et ego Ioannes, qui audivi et vidi haec. Et postquam
audissem et vidissem, cecidi, ut adorarem ante pedes angeli,
19,10 qui mihi haec ostendebat. 9 Et dicit mihi: «Vide, ne feceris.
Conservus tuus sum et fratrum tuorum prophetarum et
eorum, qui servant verba libri huius; Deum adora!».

Dn 12,4 10 Et dicit mihi: «Ne signaveris verba prophetiae libri
Dn 12,9s huius; tempus enim prope est! 11 Qui nocet, noceat adhuc,
et, qui sordidus est, sordescat adhuc, et iustus iustitiam
faciat adhuc, et sanctus sanctificetur adhuc.

Zch 2,14
Is 40,10 𝔊 12 Ecce venio cito, et merces mea mecum est, reddere
Ps 28,4
Is 44,6 unicuique sicut opus eius est. 13 Ego Alpha et Omega, pri-
1,17

5 nox] vox G | egebunt W S V | illuminat W S L P | super *om.* W S V ● 6 fidelia Wi | ~ sunt et vera V | spiritum E; sanctorum Wi ● 7 servat] custodit W S V ● 9 dixit V | conservus] *add.* enim V | verba] *add.* prophetiae V (– L P) ● 10 dixit G Co E Wi | obsignaveris Wi ● 11 sordidus] in sordibus W S V | iustus iustitiam faciat] qui iustus est (– Co) iustificetur V ● 12 sicut opus eius est] secundum opera sua W S V ● 13 ego] *add.* sum V

mus et novissimus, principium et finis. **14** Beati, qui lavant 1,3
stolas suas, ut sit potestas eorum super lignum vitae, et Gn 2,9; 3,22
per portas intrent in civitatem. **15** Foris canes et venefici et 21,8 Mt 15,19
impudici et homicidae et idolis servientes et omnis, qui
amat et facit mendacium!

16 Ego Iesus misi angelum meum testificari vobis haec
super ecclesiis. Ego sum radix et genus David, stella splen- Is 11,1.10 Nu 24,17
dida matutina».

17 Et Spiritus et sponsa dicunt: «Veni!». Et, qui audit,
dicat: «Veni!». Et, qui sitit, veniat; qui vult, accipiat aquam Is 55,1 | Zch 14,8
vitae gratis.

18 Contestor ego omni audienti verba prophetiae libri
huius: Si quis apposuerit ad haec, apponet Deus super Dt 4,2; 13,1
illum plagas scriptas in libro isto; **19** et si quis abstulerit de Dt 29,20 | Dt 4,2
verbis libri prophetiae huius, auferet Deus partem eius de
ligno vitae et de civitate sancta, de his, quae scripta sunt in Gn 2,9; 3,22
libro isto.

20 Dicit, qui testimonium perhibet istorum: «Etiam,
venio cito». «Amen. Veni, Domine Iesu!». 7.12; 3,11 1 K 16,22

21 Gratia Domini Iesu cum omnibus. H 13,25

14 suas] *add.* in sanguine Agni V (– L P) | super lignum] in ligno W S V | per portas] portis W S • 15 foris] *add.* autem G E Wi • 16 super] in W S V | ~ genus et radix E | splendida] *add.* et W S V • 17 et qui vult V • 18 ego] enim V • 19 abstulerit] diminuerit W S V | ligno] libro V | et de his W S V • 20 etiam] certe Wi | veni] certe veni Wi • 21 Domini] *add.* nostri W S V | Iesu] *add.* Christi W S V | omnibus] *add.* (+ vobis V) amen W V